

AA. 6

L. ANNAEI SENECAE

PHILOSOPHI

OPERA OMNIA

QVAE SVPERSVNT


RECOGNOVIT ET ILLVSTRAVIT

FRIDERICVS ERNESTVS RVHKOPF

DIRECTOR GYMNASII BIELEFELDENSIS.



VOLVMEN PRIMVM.



LIPSIAE

IN LIBRARIA WEIDMANNIA

MDCXCXVII.



5048

32 819

II



I L L V S T R I S S I M O

E T

EXCELLENTISSIMO

IOANNI CHRISTOPHORO
DE WOELLNER

POTENTISSIMI REGIS BORVSSORVM A
CONSILIIIS INTIMIS

CVI SVPREMA CVRA RERVM ECCLESIASTICARVM ET
SCHOLASTICARVM CONFSSIONVM AVGVSTANAE AC RO-
MANO-CATHOLICAE ATQVE VNIVERSITATVM COMMISSA
EST IDEOQVE SENATVS SCHOLASTICI ET CONSISTORII
SVPREMI PRAESIDI SVMMO ACADEMIAE SCIENTIARVM
BEROLINENSIS ET PLVRIVM SOCIETATVM OECONO-
MICARVM MEMBRO EXPERIENTISSIMO ETC.

DOMINO HEREDITARIO GROSS ET KLEINRIETZAE,
BIRKHOLZAE RASSMANNSDORFIAE ET
DRAHENDORFIAE

VIRO SVMMO ET PIE VENERANDO

HANC

SENECAE PHILOSOPHI OPERVM EDITIONEM

SACRAM ESSE IVBET

FRIDERICVS ERNESTVS RVHKOPF

Vides, VIR ILLVSTRISIME, causas, quae me impulerint, ut tum hunc scriptorem paulo emendatiorem et commodiorem ad legendum praestare conarer, tum ut potissimum TIBI hanc operam meam dicere auderem. Nam quum haud exigua laus sit viris laudatis se suaque probasse, meum esse putavi, TIBI, cui omnia, quae ad religionem et literas bonas proferendas faciant, conamina, optatissima sunt, et benignissimo auxilio adiuvantur, hanc editionem offerre, quae TIBI speciminis et pignoris loco sit temporis mei a munere obeundo residui, e virium et subsidiorum modulo tenuium, collocati. Quae si TVO assensu digna videantur, impense laetabor, et omnes, quae mihi sunt, vires nervosque intendam, ut indies et iuventute recte erudienda et literis bonis excolendis dignior reddar TVO patrocinio,

VIR ILLVSTRISIME

et

EXCELLENTISIME

TIBI

addictissimus cliens

Fridericus Ernestus Ruhkopf.

P R A E F A T I O.

Quum in scriptoribus romanis, qui post Ciceronem lectione et studio vel maxime digni censeantur, philosophicis, Seneca is certe fit, qui siue rerum argumentorumque copiam atque gravitatem, siue sententiarum praeceptorumque, quibus abundat, vim atque utilitatem spectaveris, primum fere locum obtinere debeat; neminem fore confido, qui operam qualemcunque in huius egregii scriptoris libris, a quibus tum melior tum doctior discendas, vel recognoscendis vel illustrandis recte collocet, in reprehensionem vocandam esse duxerit. Nempe diversae sunt viae et rationes, quibus de auctore vel graeco vel romano bene merearis, modo ipse consilium prudenter apteque capias, et in eo exsequendo tibi constes, nec vel divitiis affluens et opibus doctrinae iusto liberalior sis aliosque prae te contempnas tenuiores illos quidem, sed ideo tamen non flocci faciendos, vel copiis parum largis utens divitiarum tibi speciem assumes, et dum nonnisi in recognoscendo auctore sis occupatus, recensionem te parare prae te feras. Alioquin verendum est, ut uterque assequatur quod velit: quandoquidem eos, in quorum ta-

men usum quum maxime laboratur, negligi, atque adeo ex animo interpretis criticive idemtidem effluere necesse est. Sicut proinde ille quidem haud dubie praeclara laude et diligentiae et ingenii merito dignus censetur, qui ab arte critica doctrinaque fatis instructus apparatu critico undecunque comparato et eo fatis amplo ita utatur, ut et Critici et Interpretis partes egregie explevisse dicendus sit: ita nec huius studium reprobari iure potest, qui quum maiora illa laudis praemia nec adipisci nec sectari valeat, aliis quippe lectoribus atque ille consiliisque sibi propositis, ea tamen nec ipsa quidem spernenda pro virili parte efficere atque afferre studuerit, quibus auctoris, quem sibi recognoscendum et illustrandum sumsisset, lectio fiat paulo certior, commodior atque utilior. Qui si emendato cursu se depelli non patitur, neque certos fines terminosque sibi constitutos temere migret, quos ultra citraque nequit consistere rectum, nae illi laus sua haud facile derogabitur umquam ab aestimatoribus harum rerum aequis. Quid ergo? Nonne haec et ex iis apta atque nexa, quae tamen neque haec pagina, neque hic locus capere possunt, eodem iure de Senecae enarratore et critico praedicare licet? Nihil igitur erat, quod curam huius scriptoris edendi a librario, Viro honestissimo mihi oblatam, Heynio meo auctore, in cuius Summi Viri disciplinam me

iue-

iuvenem receptum et posthac gratia adiutum esse in maximis a Providentia divina in me collatis beneficiis pio et grato animo pono, recusandam putarem.

Agebatur autem de repetendis Senecae philosophi Operibus ita ut, consilio, quod in prioribus editionibus ap. Weidmann. curatis sequi placuerat, mutato, primum textus, quem vocant, subsidiis criticis tum iis, quae potissimum a Grutero, Lipsio et Gronovio allata sunt, tum iis, quae forte in libris criticis laterent, sedulo adhibitis, emendatior evaderet: nam sic eum constituere velle, quasi nunc primum in vulgus edendus sit, neque opes nostrae neque consilium sinebant, quapropter non recensioem, sed recognitionem promittimus: deinde ut interpretatione accurata difficultates e sermone, philosophia stoica etc. ortae tollerentur: verbo, ut usibus eorum inprimis inferviretur, quibus quamvis litterarum bonarum haudquaquam imperitis, notitiae tamen eae, quae ad probe intelligendum auctorem faciant, non statim succurrant legentibus praestove sint. Adicienda proinde erant brevial et apta monita tum critica, tum exegetica, quae vocant, velut scholia, quae tamen notationibus fontium, tamquam argumentis et causis suis, destituta esse nolebam, ut si forte essent lectores, qui in explicatione breviora, quam apposuisssem, non acquiescendum sibi putarent,

ubi declaratio quaeri posset uberior harum rerum, fatis larga adesset opportunitas. Quibus de consiliis quum convenisset, eo lubentius curam istam in me recepi, quo intimior mihi erat contracta familiaritas cum Seneca, a cuius naturalibus Quaestionibus in nostrum sermonem convertendis tantum non recens eram.

Praeter subsidia, quae modo memoravi, uti mihi contigit in prima libri I de Clementia parte collatione Codicis Bibliothecae Amplonianae ad Portam Coeli, Erfurtenfis, a Viro doctiss. et mihi per plures annos amicissimo Matthiae, Profess. dirig. Gymnasii Leiningo-Grünstadiensis diligentissime confecta et mecum communicata. Codex ille membranaceus, seculi XII ut videtur, necdum ab ullo editorum usurpatus, scriptus est literis minusculis solitariis, s. minutis, non cursivis. Literae maiusculae initio periodorum sunt partim capitales, partim (et plurimae) unciales. Constat 110 foliis, s. potius 219 pp. form. quat. Continentur eo Epistolae Senecae LII priores: de Clementia I, c. 1—18 incl.: Epistolae Pauli Apostoli ad Senecam: tandem Epitaphium et excerpta. Sedulo et cum cura scriptus est. Ab alia manu adscripta leguntur: H. dei gr̄a Rex Anglie dñs Hybern̄y | dux Normanȳ et Aquitanȳ Comes Andeḡ | D: Itō in Xpō Fratri Vlrico. Hanc codicis descriptionem amico laudato debeo, qui et e literarum forma et e verbis adscriptis colligit,

ligit, esse fetum seculi XII. Lectiones sane non contemnendas continet. Maiorem tamen messem e libris criticis nacturum sperans, (quandoquidem per centum annos et quod excurrit, post Io. Frid. Gronovium praeterlapsos, multos viros doctos sciebam Senecae operam suam navasse,) multum temporis iis evolvendis et excutiendis infumsi, suppetias mihi afferente Iuvene humaniss. I. G. Brandesio, Hamburgensi, qui literarum bonarum causa tum Gottingae commorabatur. Enimvero parum auxilii mihi attulerunt. Nam si a Viris, dum in vivis essent, doctissimis et ingeniosissimis, I. M. Heusingero, et Trillero, altero Isenacensis Gymnasii directore, altero Profess. Vitebergensi, discesseris, vix unum alterumve deprehendi, qui operam suam criticam cum cura et successu in hisce operibus emendandis posuisset. In quorum emendationibus adhibendis hoc sequutus sum consilium, ut bona, quae attulissent, vel in textum immitterem, vel in margine subnotarem, iudicio meo qualicunque appposito, alia prorsus silentio transmitterem, alia quamvis reiicula speciminis loco allinerem. Praeter editiones iam laudatas contendi quoque Basileensem ap. Io. Hervagium Desid. Erasmi, quae emendatior prodiit MDXXXVII. fol., qua Gronovius non usus est, quippe qui multo priorem anni MDXV contendit. Nonnullis locis manifesto corruptis medelam alias frustra quaesitam,

fitam, dummodo levi ductu fieri id posset, coniectando adhibendam malui, quam lectionem falebrosam relinquere; in margine tamen lectione, quam eieci, subnotata, causaque mutationis adiuncta. Modeste quidem hac libertate editoris, de qua nondum lis ad liquidum deducta esse videtur, usus sum. Inprimis vero interpunctionem, quam editori magis liberam esse potissimum in Seneca, constat, ita temperavi, ut non solum lectio commodior et utilior reddita esse, sed ipse quoque auctor plus semel erroris crimine, quo premebatur, absolutus videatur.

Quod in enarratione Philosophi virorum laude mea maiorum, qui ante me Senecam expoliverunt, inprimis Lipsii et Gronovii vestigiis insistere, et eorum doctrina atque acumine uti placuit, id vero nulla mihi excusatione opus esse videtur. Etenim tantum absum, ut virorum vere clarorum merita de Seneca parvi faciam, aut de fama eorum detraham, quippe quibus ex inferis nulla refellendi et coarguendi obtrectatores conceditur opportunitas, ut nihil antiquius et sanctius habeam studio, reliquias eorum doctas, a veritate tamen et utilitate commendatas, quamvis tenuiores interim ad nostrorum temporum lucem, sedulo colligendi, et prout consilii mei rationibus conveniret, cum meis apte coniungendi: quominus et hac immortalitatis humanae parte, ut vel nomine nostro non commemorato facta dictave nostra
bona

bona aeternentur, spoliati vel oblivione sepeliantur, vel invidia obruantur. Attamen saepissime eos quoque honoris causa nominavi, a quibus me in enarrando Philosopho adiutum intellexeram. Auxilio eorum in argumentis conficiendis propter easdem rationes usus sum, imprimis Lipsii. Adieci deinde iis adumbrationem quandam literaturae fontiumve, unde vel occasionem scribendi, vel unum alterumve ex locis pertractatis, hausisse videri potest Seneca. In qua tamen non id agendum esse putavi, ut materia velut cum pulvisculo conversa, copiam et ubertatem affectarem, sed nonnisi strictim appositis praecipuis, quae eiusdem argumenti usque ad Senecam nobis innotuerunt, vestigia atque lineamenta ostenderem, quae, si cui vacet, utiliter contendere, atque adeo proferre et exornare licebit. Nam me non latet, multa addi adhuc posse: ut, ad Consolationes vel e Cicerone, ad quem praeclara illa epistola Serv. Sulpicii exstat, ad Div. IV, 5: ad librum de vita beata libri eiusdem inscriptionis Augustini, Ambrosii, Lactantii: quamquam haec additamenta ad tempora post Senecam spectant, ideoque a nostro consilio aliena sunt.

Haud paulo minorem commoditatem iis, qui Seneca vel legendo vel laudando uti velint, primus attulisse mihi videor, textu distinctionibus, quas paragraphos vocant, margini appositis, consignato.

Cete-

Ceterum ordinem et librorum Senecae et capitum saepe perperam factorum antiquitus nobis traditum semper sequutus sum, praeterquam in uno fragmento de Otio aut Secessu Sapientis; quod quum Muretus et Lipsius a libro de vita beata, quocum in codicibus et vett. edd. una serie connexum est, recte seiunxissent, alter adeo inscriptione nunc vulgari instruxisset, propter argumenti similitudinem post librum de Constantia Sap. collocandum arbitratus sum. Feci autem hoc non tam Mureti, Lipsii, Fabricii et Ernesti (cf. Fabricii Biblioth. Lat. Vol. II. p. 106. ed. Ernest.) auctoritatibus subnixus, quam ipso libelli tenore et argumento, quod cap. 29, 1. 2. declaratum legitur, permotus. Senecam ibi videmus singulari libro Stoicorum usum a Reip. tractatione abstinendi, ideoque decretum eorum de Otio Sapientis defensum ivisse. Quae quidem cum libro de vita beata nonnisi contorte et violenter connecti posse videntur, Iureto quamvis contrariam sententiam parum dilucide atque perspicue tuito. Accedit, quod in fragmento hocce neque vinculum satis firmum, quo uti possis ad nexum restituendum, nec ulla quidem vitae beatae mentio occurrit.

Scribebam Bielefeldae ipsis idibus
April. 1797.

A D N O V A T V M.
D E I R A
L I B R I T R E S.

A R G V M E N T V M
L I B R I P R I M I.

Irati habitus et species externa et ea foedissima, una cum iis, quae iram erupturam indicant atque sequuntur, initium libri constituunt. C. I. II Transit deinde ad irae notionem exponendam, aliorum definitionibus adiectis et diiudicatis, contra quas eam quam ipse dederat, defendit. Annexata est quaestio, an in feras ira cadat: qua quidem negata irae quaedam species describuntur, III. IV. Deinceps sequitur primo quaestio, an ira secundum hominis naturam sit: cui aptam esse negat ex ipsa naturae humanae indole: quin etiam a puniendo alienam esse iram docet. V. VI. Deinde quum Peripateticis placeret, iram non omnino vi sua carere bona, et maxime ad virtutem bellicam momenti esse, nec a bello abesse posse, Seneca iram non solum non utilem, sed adeo funditus tollendam suadet contenditque. Ac primum docet, fieri non posse, ut moderetur iram, qui semel ab ea abripi se passus sit, quippe quae virtutem et opprimat et expellat, ut virtuti nullum auxilium afferre queat. Deinde nec bellatori quidem suppetias ferri ab ira ostendit, utpote quae, nisi regatur, saevissima excitet pericula, ideoque iis, qui ei obtemperent, manifesto sit exitio. VII — XII. Quibus expositis immoratur potissimum Peripateticorum decretis de affectibus humanis et regendis et limitandis. Quae propterea imprimis falsa pronuntiat, quod ira nec ideo bonum quid esse possit, quoniam incrementum eius omni bono et virtute careat: quippe quo maior hoc fiat peior. Sapiens itaque improbo non irascetur: nostra enim propensio in vita nos commones faciat, ut ignoscamus: nec poena cum ira coniuncta esse debet. Sic transit oratio ad discrimen, quod inter iram et rationem, quam quidem iudex, quamvis severus, sequi debeat, intersit: ira autem eum haudquaquam decet. Finis libro imponitur irae descriptione ad Peripateticos refellendos instituta atque propemodum repetita. C. XIII — XVI.

A R G V M E N T V M

LIBRI SECVNDI.

Disquiruntur hoc libro duae quaestiones: prior de irae natura atque in dolo, posterior de remediis, quae adversus eam adhiberi oportet. Prior quidem pars usque ad C. XVII. pertinet. Ac primum quaerit, utrum ira a solo impetu, an a iudicio proficiatur. Respondet, eam nil nisi animo approbante conari. C. I. Sic pergit deinde ad docendum, quid sit ira; addit eius initia et gradus, et quomodo distet a crudelitate et furore, II — V. Virtutem itaque tum docet irae non esse capacem, ideoque nec sapientem, qui nulla ratione vitii et sceleribus humanis eorumque foelis effectibus, iusto fusius descriptis, ad iram admoveri possit in humanam naturam cadere. VI — X. Sequuntur quaestiunculae, a Peripateticis motae: contra quas monet, ne quisquam iram, quia formidini sit, magnum putet. XI. XII, 6. — Et vinci potest ira. — XIV. Si quis putet, ideo iram generosi quid habere, quod gentes liberae, ut Germani et Scythae iratissimae praedicantur: is reputet, feritate eas duci. — Oratori non iram sed irati imitationem prodesse. Sic respondit ad obiectiones istas Peripateticorum, irae utilitatem vindicantium — XVII. Posterior pars insit a cap. XVIII, ubi ad irae remedia accedit. Quorum duas facit partes: prior continet remedia, ne in iram incidamus, usque ad fin. libri: posterior pars tertio libro tractatur. A cap. XVIII — XXII. et internae et externae causae ac fontes irae atque iracundiae exponuntur. quae tum habitu et constitutione corporis, ideoque elementis, eorumque potestatibus (temperamenta vocamus) tum institutione puerili (de qua c. XXI. XXII. praecava monita occurrunt. A cap. XXIII — XXIV. alia quaedam, in quae ingenia nonnulla interdum proniora esse solent, e. c. suspicio, et coniectura etc. notantur. A cap. XXV. externae occasiones irae et iracundiae afferuntur vel in nobis, sitae, quae tamen ex ignoratione ac impudentia oriuntur: vel a diis immissae — c. XXVIII. Deinde regulae egregiae sequuntur: laesus ab aliis consilia agentium respice, maledictus in veritatem inquire etc. XXIX. XXX. Praecipue fastus est ponendus, et aestimatio sui nimia abiicienda, quae iracundos et vindictae cupidos facit. Pati potius decet et dissimulare; a tetro illo affectu optime abstinere possumus, si foeditatem irae cum saevis effectibus eius apud animum reputemus. — fin.

A R G V M E N T V M

L I B R I T E R T I I.

Pars secunda remediorum irae hoc libro continetur (cf. II, 18): versatur in praeceptis, ne in ira peccemus, i. ut iram refrenemus et cohibeamus. Quare discrimenibus nonnullis inter iram aliosque affectus observatis illius foeditatem maiorem monstrat atque effectus tetros, repetitis quae iam antea ad Peripateticos, fortitudinis cotem iram esse pronuntiantes, opposuerat. c. I — IV. Sequitur ordo tractandorum: primum de ira vitanda, deinde quemadmodum ab ira liberemur, tandem quomodo alium irascentem sistamus placeamusque. Prima pars pertinet, ut videtur, ad Cap. XII, 2: auctori enim non placuit transitum ad secundam partem accurate designare. Ira contenditur cum aliis affectibus ac vitiis: mala conditione eius, qui irae se tradiderit, adumbrata, ortus irae ab infirmitate, contentus iniuriarum a magnitudine animi derivatur. Monemur itaque, ne in πολυπραγμοσύνης vitium incidamus, ne difficilem et morosum, sed mitum ac proborum hominum consuetudine utamur. V — VIII. nec remissiore animo negotia tractemus, sed remediis, quae faciant, ne in iram incidamus, adhibitis, offensorem apud nos excusemus, et affectui moram iniiciamus — XII, 2. A cap. XII, 2. secunda pars insit, quae pertinet ad cap. XXXVIII. Morā interpositā, ira opprimetur: quod exemplis ad iram defugiendam et ad mansuetudinem exercendam apposite allatis illustratur: Platonis XII. Socratis XIII. Quibus opponuntur Cambyses. XIV. XV. Davius. XVI. Xerxis XVII: Romanorum, L. Syllae, Caligulae XVIII al. XXII, 2. Exempla lenitatis praestant Antigonus, Philippus Alexandri M. pater, Augustus. — XXIV. Necessē igitur est, ut offensus excuses inimicum, tuorum ipsius vitiorum, quae quidem in omnes homines cadunt, non immemor: nobilius est, iram vincere, quam ea abripi et duci: saepe quoque iniuriae non sine honesta ac gravi excusatione fiunt — XXIX. Sequuntur inde aliae exhortationes ad iram reprimendam: tolle suspicionem, importunitatem, invidiam, expectationes nimias etc. quotidie in te inquiras, brevi, omnes irascendi occasiones evita — XXXVIII. A cap. XXXIX — XLI ad tertiam partem (cf. c. V.) accedit, quomodo alium irascentem sistamus ac placeamus. Non oratione utamur debortatoria: dabimur illi spatium: simulabimus itaque iram, tacite irae instrumentis ab irato remotis: deinde vel metu, vel sermonis lenocinio eum detinebimus, fallemus. Augusti exemplum (c. XL). Concludit describendi. irae effectibus tristissimis, et adhortatione, ut cogitatione mortalitatis et vitae brevis animum nostrum mitigemus, ideoque paci atque mansuetudini studeamus.

Libri hi de ira in partibus pulchri et eminentes sunt, in toto partem distincti, et repetitionibus aut digestionibus confusi, ex sententia Lipsii

Copiam rerum in iis satis amplam ac praeclaram deprehendas, nec tum in natura indoleque huius affectus exponenda atque in describendis eius effectibus, tum in remediis contra iram adhibendis, quid magnopere desideres, habebis: ut recte vel his libris Quinctiliani iudicium firmetur, ingenio nostrum egregio atque amoeno viguisse. Enimvero in altero etiam summi critici iudicio de nostro acquiescendum est. Velles saepe alieno iudicio Senecam scripsisse: ut quem identidem, labore accurata et sedulo de re proposita cogitandi, in cogitata sua severe inquirendi, eaque diligenter et cum cura seligendi atque ordinandi praetermisso, magis vivido phantasiae impetu abripi videmus, quam recto atque emendato duci iudicio.

Longum est, fontes, quibus usus sit, enumerare. Platonis, Aristotelis, Theophrasti, Hieronymi al. libros morales ab eo lectos esse, ipse multis locis ostendit, utpote quorum decreta pluries impugnat. Sedes disputationis de ira praecipua fuit haud dubie in loco de virtutibus, de quibus diversas sententias sequuti sunt et Peripatetici et Stoici: quapropter optimus quisque ex iis libros composuit περὶ ἀρετῶν, ut Theophrastus (Fabric. Bibl. Graec. Vol. III. p. 446 Havl.), Chrysippus (ib. p. 548), Cleanthes (ib. p. 551) aliique. Fuere etiam, qui singulares de ira libros componebant ante Senecam nunc deperditos. Quaedam eorum fragmenta adservata legimus apud Stobaeum in Florileg. tit. XIV. (p. 324 Schow.) Sopionis περὶ ἀργῆς, et Sotionis, cuius magisterio Seneca Epist. 49 se usum esse puerum scribit, περὶ Ὀργῆς, tit. XX. (p. 381. Schow.) ubi secundus eius liber memoratur. Post Senecam liber Plutarchi (Opp. Vol. IX. p. 422 sqq. Hutten.) περὶ ἀοργησίας, de cohibenda ira, dignus est qui legatur et contendatur. Quem nisi sciremus literarum romanarum non nisi mediocriter peritum fuisse, esset quod miraremur, cur de his libris Senecae, quem tamen p. 446. commemoravit, nullam mentionem iniecerit.

Si Lipsii iudicio de tempore, quo libri hi scripti sint, subscribi posset, unus saltem liber Senecae exstaret, quem Caligula regnante compositum esse certo affirmaremus. Nam qui praeter hunc restant, eorum nullum ab eo visum esse mihi constat. Lipsius quidem in Argumento his libris praemisso suspicatur e lib. III, 18, 3 coll. c. 19. et ipso Caligula vivo scriptos esse et inter Philosophiae primos libros Senecae esse numerandos. Sed enim si quis loca, in quibus Caligulae mentio fit, sedulo contenderit, I, 16, 29. II, 33. III, 18, 19. III, 22, 1, vereor ut Lipsio adsensurus sit. In omnibus quidem istis locis de Caio modo extincto sermo esse videtur. Quocirca sub Claudii initis saltem compositos esse hos libros putaverim. Quae si probantur, nec illud stare potest iudicium, fuisse eos inter primos Philosophiae libros, quandoquidem Caligula iam regnante Senecam maxime placuisse, tradit Sueton. Caligul. c. 53 quocum conferrī merentur Tacitus Annal. XII, 8. et Dio Cass. LIX, 19.

L. ANNAEI SENECAE
DE IRA

AD NOVATVM

LIBER PRIMVS.

I.

EXEGISTI a me, Novate, ut scriberem quemadmodum posset ira leniri: nec immerito mihi videris hunc praecipue affectum pertimuisse, maxime ex omnibus tetrum ac rabidum. Ceteris enim aliquid quieti placidique inest; hic totus concitatus, et in impetu doloris est: armorum, sanguinis, suppliciorum, minime humana ^a furens cupiditate: dum alteri noceat, sui negligens,

VARIETAS LECTIÖNIS.

Lib. I. Cap. I. a. *fuens* est antiqua lectio ab omnibus scriptis exhibita, quam Edd. in *fruens*, Muretus in *seruens* sine causa idonea mutaverunt. Furentium signa mox occurrunt: III, 2: homo in hominem furens etc. Proinde reduxi.

ANIMADVERSIONES.

Lib. I. Cap. I. Describit irae habitum externum, quo quidem se indicat, et signa irae affert eorum simillima quae furenti propria esse solent. Hanc descriptionem, quae laude sua non caret, etsi uberiorem eam dixeris, iterat II, 35. III, 3. 4: haud dubie propterea, quod a se vix

impetrare potest noster, ut materiam describendae rei perquam idoneam nactus e manibus dimittat, quam tamen praetermittere interdum fatius fuisset. Similes descriptiones inuenies ap. Mosen Mendelss. philos. Schrift. II, 34. 35. et Engel. Mimik II, 206.

gens, in ipsa irruens tela, et ultionis ^b secum ultorem
 2 tracturae avidus. Quidam itaque e sapientibus viris
 iram dixerunt brevem insaniam; aequae enim impotens
 sui est, decoris oblita, necessitudinum immemor, in
 quod coepit, pertinax et intenta, rationi consiliisque
 praecclusa, vanis agitata causis, ad dispectum aequi ve-
 rique inhabilis, ruinis simillima, quae super id, quod
 3 oppressere, franguntur. Vt autem scias, non esse
 sanos, quos ira possedit, ipsum illorum habitum in-
 tuere. Nam ut furentium certa indicia sunt, audax et
 minax vultus, tristis frons, torva facies, citatus gra-
 dus, inquietae manus, color versus, crebra et vehe-
 mentius acta suspiria: ita irascentium eadem signa
 4 sunt. Flagrant, et micant oculi, multus ore toto
 rubor, exaestuante ab imis praecordiis sanguine; labia
 qua-

b. secum ultorem tracturae avidus. Locus in codd. corruptus, ut qui dant: *multam rem tractare* nullo sensu. Donec meliora edoceamur, Scriverii coniecturam ex Erasmi et Mureti emendationibus enatam et a Gronovio avo docte probatam amplectamur, Seneca quippe haud indignam. Inest autem acumen, quod noster amat, e. c. Nat. Q. V, 18. bellum scilicet et obvius in littore hostis, et trucidandae gentes tracturae magna ex parte victorem. Ep. 101. trahere animam tot tormenta tracturam: alia exempla dat Gronov. ad h. l.

2. *Quidam itaque e sap.]* Horatium Epp. 1, 2, 62. qui iram *brevem furorem*, sive Ennium, qui, Cicerone teste *initium insaniae* dixit, respexisse videri potest. Vtiliter conferri potest Io. Stobaei Serm. XVIII. (XX.) p. 154. sqq. ed. I. Gefner. Philemon poeta comicus (ib. l. l.) *μαινόμεθα πάντες, ὅποταν ὀργιζόμεθα*: Cato priscus (ibid. p. 160.) *τὸν ὀργιζόμενον νόμιζε τῷ μαινομένῳ χρόνῳ διαφέρειν*. Apollonius macedo (ib. p. 158. τῆς

ὀξύθυμίας τὸ ἄνθος μανία Iracundiae flos furor. — Ceterum Aristoteles ibidem iram appellat affectum bellinum (*πάθος θηριώδες*) caedium causam, calamitatis sociam, noxae et dedecoris auctorem, opum perniciem, adhaec perditionis originem. Quae hic a nostro vividius elata vides. Mox *ruinae* rariore potestate de aedificiis etc. corruentibus ut ap. Liv. 42, 63. transcendere ruinas. Virgil. Aen. I, 129. Caeli ruina. *Cetera* scil. vitia.

quatiuntur, dentes comprimuntur, horrent ac subri-
guntur capilli; spiritus coactus ac stridens, articulo-
rum se ipsos torquentium sonitus, gemitus, mugitus-
que, et parum explanatis vocibus sermo praeruptus,
et complosae saepius manus, et pulsata humus pedi-
bus, et totum concitum corpus, ^c magnasque minas
agens, foeda visu et horrenda facies depravantium se,
atque intumescantium. Nescias, utrum magis detesta-
bile vitium sit, an deforme. Cetera licet abscon-
dere, et in abdito alere: Ira se profert, et in faciem
exit, quantoque maior est, hoc effervesceat manifestius.
Non vides, ut omnium animalium, simul ad nocen-
dum insurrexerunt, procurrant notae; ac tota cor-
pora solitum quietumque egrediantur habitum, et ferit-
tatem suam exasperent? Spumant apris ora, dentes
acuuntur attritu: taurorum cornua iactantur in va-
cuum, et arena pulsu pedum spargitur: leones fre-
munt, insulantur irritatis colla serpentibus, rabidarum
canum tristis aspectus est. Nullum est animal tam
horrendum, tamque perniciosum naturâ, ut non ap-
pareat ^d in illo, simul ira invasit, nova feritatis ac-
cessio. Nec ignoro, ceteros quoque affectus vix oc-

A 2

cult-

c. *magnasque minas agens*, lect. var. *magnasq. irae m. το' irae* pro
glossemate habeo, a margine, ubi explicative additum, in
textum intruso. Lipsii magn. *intra m.* Senecae adver-
satur, quippe habitum externum irati descripturo. Ce-
terum duplicere potest, quod a finitis ad indefinitum quid
delabitur — *magnasque m. a.*

d. *in illo simul* a Gronovio avo e Codd. repositum est: antea
erat in edd. in illo ubi. Simul esse i. q. simul atque, post-
quam, nunc notissimum est. Alioqui noster amat *το' ubi* ea-
dem potestate.

5: *Spumant — arvisu]*
scil. arborum: Hesiod. Scut.
Hercul. 388. *Κάπρος χαν-
λώδων - θήγει δέ τε λευκὸν
ὀδόντα Δοχμωθεῖς, ἀφρὸς
δὲ περὶ σῶμα μασιγῶντι
Λεῖβεται κ. τ. λ.* fere ex-

pressa vides: Mox *taurorum
cornua — spargitur* Virgilio
Aen. XII, 104 - 106. subiecta
esse videntur. Totus hic lo-
cus disiecta poetae membra
continet:

cultari; libidinem, metumque, et audaciam dare sui signa, et posse praenosci. neque enim ulla vehementior intra cogitatio est, quae nihil moveat in vultu. Quid ergo interest? Quod alii affectus apparent, hic eminet.

II. Iam vero si effectus eius damnaque intueri velis, nulla pestis humano generi pluris stetit. Videbis caedes ac venena, et reorum mutuas fordes, et urbium clades, et totarum exitia gentium, et principum sub civili hasta capita venalia, et subiectas tentis faces, nec intra moenia coercitos ignes, sed ingentia spatia regionum hostili flamma relucentia.

2 Aspice nobilissimarum civitatum fundamenta vix notabilia: has ira deiecit. ^a aspice solitudines, per multa millia sine habitatione, desertas: has ira exhaustit. aspice tot memoriae proditos duces — *mali exempla fati*: alium ira in cubili suo confodit; alium inter sacra men-

Cap. II. a. *aspice — desertas*. I. M. Heusinger, Ilenacensis olim Director Gymn. meritissimus et conditor familiae eruditae Heusingerorum, quae hodieque floret, e cod. palat. tert. et optimo cod. colon. ap. Gruter. in append. animadvers. p. 619. legendum censuit: *habitatore*, inciso facto post hab. Nihil muto. Vid. ei. Emendationum libr. II. a Iac. Frid. Heusinger. edit. Gothae 1751. p. 228. qq.

Cap. II. Procedit oratio ad effectus et damna irae. A damnis minoribus, quae quasi privata appellaveris, puta, ab accusationibus mutuis (reorum mutuas fordes vocat) ad maiora progreditur. Exempla cuiusvis rei digito tantum a nostro monstratae hic congerere velle, neque magnae disquisitionis, neque certi consilii res foret: quandoquidem liberae coniecturae est, quum auctor ipse non addiderit. Cogitasse autem videtur de Sulla, Mario et Triumvi-

ris, quorum praescriptiones notatae sunt, et a nostro saepe taxantur, de urbibus et populis, funditus deletis, Carthagine, Numantia etc., de Clito, quem Alexander inter sacra mensae, i. ut hospitem suum, trucidavit (II, 36.), de Afellione, praetore, quem lancinavere i. dilaceravere feneratores sibi adversarium (Val. Max. IX, 7.) sive de Gracchis, qui interfecti sunt legibus perferendis occupati (*Spectaculum* i. concio, adstans multitudo) etc. *Mali exempla fati*

mensae ira percussit; alium inter leges celebrisque spectaculum fori lancinavit; alium filii parricidio dare sanguinem iussit; alium servili manu regalem aperire iugulum; alium in cruce membra ^b dividere. Et 3 adhuc singulorum supplicia narro. quid? tibi si libuerit, relictis in quos ira viritim exarsit, aspicere caesas gladio conciones, et plebem immisso milite contrucidatam, et in perniciem promiscuam totos populos capitis damna passos * * * c

* * * tanquam aut curam nostram deferentibus, aut auctoritatem contemnentibus. Quid? gladiatoribus quare populus irascitur, et tam inique, ut iniuriam putet, quod non libenter pereunt? con-

A 3

temni

b. *dividere*. diffindere, distendere aberrationes librarior.

c. *passos-tanquam*. Lacunam magnam hic esse ad unum omnes enarratores observarunt, et res ipsa clamat. Fuere autem hic Irae definitiones plures (cf. Lactant. in libro de Ira Dei ad Donatum c. 17. p. 743. ed. Heumann.), quibus expositis et refutatis, (uti et sequentia clare docent) processerat disputatio ad refellendam definitionem hancce: Iram esse exigendae poenae ob contemptum cupiditatem. Iam quum populum gladiatoribus ignave se interdum gerentibus ideoque contemnentibus iratum in rem suam laudassent adversarii, responderet Seneca: illam non esse veram iram, sed quasi iram. Hinc explices, quod mox sequitur: *curam* (i. intentionem) *deserentibus* (i. non satisfaciuntibus). Coniectura: *diis deserentibus*, ut de Providentia sermo sit, nihil est. *Pereunt* verum est: cf. Ep. 7. de Tranq. an. II. Nam timidos et supplices in gladiatoriiis pugnis, et qui supplicabant ut vivere liceret, etiam odisse solebant Romani. Cic. pro Milone c. 34. *Percimunt*, quod Lipsius in suo Cod. invenit, pessimae igitur notae est. Lacunae signa ob has causas apposui.

ex poeta aliquo desumptum videtur. Mox, *alium filii parricidio - iussit* scil. ira, intelligo de patre, quem scelestus (parricidio) filius interfecit. Ratio enim loquendi τϛ' sanguinem dare convenit τω' poenas dare: forte cogitavit de Iul. Caesare, quem Brutus interfecit. Sueton. Caes. 82.

88. Moneo, ne Harpagum (III, 15.) Senecae hic obversatum cogites. Et *caesas gladio - passos* ad Sullanam faevitiam refero, qua dedititios sex M. in Circo flaminio prope aedem Bellonae trucidari iussit. Plutarch. Sulla c. 30. 31. Florus III, 28. urbes deletas enarrat.

temni se iudicat, et vultu, gestu, ardore, de specta-
4 tore in adversarium vertitur. Quidquid est, certe non est ira, sed quasi ira: sicut puerorum, qui si ceciderunt, terram verberari volunt, et saepe ne sciunt quidem, cui irascantur, sed tantum irascuntur sine causa et sine iniuria, non tamen sine aliqua iniuriae specie, nec sine aliqua poenae cupiditate. Deluduntur itaque imitatione plagarum, et simulatis deprecantium lacrimis placantur, et falsa ultione falsus dolor tollitur.

III. „Iraſcimur, inquit, ſaepe non illis qui laeſe-
„runt, ſed his qui laeſuri ſunt: ut ſcias iram non tan-
„tum ex iniuria naſci.“ Verum eſt, irasſi nos laeſu-
ris: ſed ipſa cogitatione nos laedunt, et iniuriam qui
facturus eſt, iam facit. „Vt ſcias, inquit, non eſſe
„iram poenae cupiditatem, infirmiſſimi ſaepe poten-
„tiſſimis irasſuntur: nec poenam concupiſcunt, quam
„non ſperant.“ Primum diximus, cupiditatem eſſe
poenae exigendae, non facultatem: concupiſcunt au-
tem homines et quae non poſſunt. Deinde nemo tam
humilis eſt, qui poenam vel ſummi hominis ſperare
non poſſit; ad nocendam potentes ſumus. Ariſtote-
lis finitio non multum a noſtra abeſt; ait enim, Iram
eſſe

Cap. III. Refutat definitiones et obiectiones: et primo loco Posidonium, celeberrimum Cn. Pompeii magni tempore Stoicum, cuius definitionem Lactant. l. l. affert: Iram esse cupiditatem puniendi eius, a quo te inique putes laesum. Deinde attingit Aristotelis definitionem: est ea in Rhetor. lib. II, c. 2. ἔρω δὴ ἢ ὀργὴ ὀρεξίς μετὰ λύπης τιμωρίας φαινομένης, διὰ φαινομένην ὀλιγωρίαν τῶν εἰς αὐτὸν ἢ εἰς

αὐτοῦ τινα μὴ προσηκόντως. Denique refutat, qui suam et Aristotelis finitionem impugnent. Ceterum hoc caput continet locum classicum de discrimine animi humani et belluini. cf. Gatak. ad M. Antonin. IX, 8. p. 329, 20.

Inquit] Semel monemus esse intelligendum: aliquis adversarius: obiicitur, obiicitis. notante I. M. Heusing. ad Cic. de Offic. III, 6, 14. post I. F. Gronov. ad Liv. 34, 3.

esse cupiditatem doloris ^a reponendi. Quid inter nostram et hanc finitionem interfit, exsequi longum est. contra utramque dicitur, feras irasci, nec iniuria irritatas, nec poenae dolorisve alieni causa. Nam etiamsi hoc efficiunt, non hoc petunt. Sed dicen- ³
 dum est, feras irâ carere, et ^b omnia praeter hominem. Nam quum sit inimica rationi, nusquam tamen nascitur, nisi ubi rationi locus est. Impetus habent ferae, rabiem, feritatem, incursum: iram quidem non magis, quam luxuriam. Et in quasdam voluptates intemperantiores homine sunt. Non est quod credas illi qui dicit:

Non aper irasci meminit, non fidere cursu

Cerva, nec armentis incurrere fortibus ursi.

Iraisci dicit, incitari, impingi. Iraisci quidem non ma- ⁴
 gis sciunt, quam ignoscere. Muta animalia huma-

A 4

nis

Cap. III: ^a. *reponendi* omnes libri et scripti: ap. Lactant. I. I. est: rependendi, pro explicatione habendum.

b. *omnia*: malim animalia: ellipsis enim durior est, quam ut intelligas: animalia.

2. *Quid inter — longum est?* In eo differunt ambo philosophi, quod Seneca et dolorem (λύπη) excludit, sine quo Aristoteles iram non nasci pronunciat, et de origine irae diversa statuit. Expectasses antea, utcunque longum sit, de hoc discrimine ut quaedam monuisset. Obiectionem contra utramque finitionem ex sententia Stoicorum redarguit: dolorem quidem efficiunt ferae, sed consilio eius efficiendi carent. Vbi enim ratio abest, et affectus absunt: impetus feris tantummodo tribuunt Stoici;

(Lipsii manu duction. III, 7. Tiedemann Geist der Speculat. Philos. II, 490.) quod ipse statim addit: *nam quum* (i. etsi) sit ita —. Versus sunt ap. Ovid. Metam. VII, 545. 546. de Iue mortifera, qua Aegina insula Aeaco imperante fuit vastata.

4. *Musa animalia* etc.] Lubricam, quin falsam esse hanc Stoicorum argumentationem, facile est intellectu: et ipsa naturae vel levis inspectio refragatur. Cf. Reimari (über die Triebe der Thiere) et Irwing (Erfahrungen uad Un-
 tersu-

nis affectibus carent: habent autem similes illis quosdam impulsus. Alioqui si amor in illis esset, et odium esset; si amicitia, et similtas; si dissensio, et concordia; quorum aliqua in illis quoque extant vestigia: ceterum humanorum pectorum propria bona malaque sunt. Nulli nisi homini concessa ^c providentia est, diligentia, cogitatio: nec tantum virtutibus humanis animalia, sed etiam vitiis prohibita sunt. Tota illorum ut extra, ita intra, forma humanae dissimilis est. ^d Regium illud et principale aliter dictum, ut vox, est quidem, sed non explanabilis, et perturbata, et verborum inefficax: ut lingua, sed devincta, nec in motus varios soluta; ita ipsum principale parum subtile, parum exactum. Capit ergo visus speciesque rerum, quibus ad impetus evocetur, sed turbidas et confusas. Ex eo procursum illarum tumultusque vehementes sunt: metus autem, sollicitudinesque, et tristitia, et ira non sunt; sed his quaedam similia. Ideo cito

c. *Providentia* merito recepit Gronov. Mss. et plerisque edd. iuventibus: est enim Stoicorum *πρόνοια*, quam latine licere providentiam dicere monuit Cic. Nat. D. I, 8. Antea erat: prudentia.

d. *Regium illud et principale aliter d.* Quod Gronov. in omnibus membranis invenerat et Mureti mutationibus temere factis, quas hic enotare nihil attinet, eiecit, reducerat, amplexus sum. Sensus est: Animalia habent quidem animum (*τὸ ἡγεμονικόν*, *regium*, ab aliis Stoicis *principale* appellatum) uti vocem et linguam qua tamen verba effingere non possunt; sed parum subtile etc. Animum autem Stoici octo potestatibus constare putantes, quinque sensibus, facultate cupiendi, loquendi et cogitandi, hanc posteriorem *τὸ ἡγεμονικόν* appellarunt. Cic. de Nat. D. II, II. *ita ipsum principale: ita* post intercisam orationem repetitioni inservit, ut alias: igitur etc. qui usus post obs. Gronovii avi ad Liv. 2, I. 25, 27. 44, 40. et Ernesti in Clav. Cic. v. Igitur, I. M. Heuzinger ad Cic. de Offic. I, I. p. 6. nunc satis notus est.

tersuchungen über den Menschen, Tom. II, p. 3. sqq.). Mox *visus speciesque rerum* sunt *Φαντασμοί λογικαί, ἢ τῶν λογικῶν ζώων, νοήσεις*

εἰσι, (Chrysipp. ap. Diogen. Laert. VII, 49. sq. 160. ib. Intpp. inpr. Menag.) sive formae in animo impressio, Anschauung.

cito cadunt, mutantur in contrarium: et quum acerrime faevierunt, expaveruntque, pascuntur, et ex fremitu discursuque vesano statim quies soporque sequitur.

IV. Quid esset Ira, ^a satis explicatum est: quo distet ab iracundia, apparet; quo ebrius ab ebrioso, et timens a timido. Iratus potest non esse iracundus: iracundus potest aliquando iratus non esse. Cetera, ² quae pluribus apud Graecos nominibus in species iram distinguunt, quia apud nos vocabula sua non habent, praeteribo: etiam si amarum nos acerbumque dicimus, nec minus stomachosum, rabiosum, clamorosum, difficilem, asperum: quae omnia irarum differentiae sunt. Inter hos morosum ponas licet, delicatum iracundiae genus. Quaedam enim sunt irae, quae ^b intra clamorem confidunt; quaedam non minus pertina-

A 5

ces,

Cap. IV. a. *Quid esset Ira* — est: haec pro lemmate huius capituli habeo, quod postea a margine in textum immigravit. Talis enim repetitio praeter Senecae morem ut praeter rem est. Neque bene concoquo illud: quid esset: quum esse deberet; quid sit. A Senecae manu fuisse videtur: Ira quo distet etc.

b. *intra clamorem confidunt*: alii *concidant*, et sub fine cap. *adversationes* permutationes librarior. sollennes: in quibus numero etiam *quaedam sine motu* loco: q. saevae manu.

Cap. IV. Species irac breviter perstringit. In Ira ab iracundia distinguenda Cicero-nem Tusc. Disputat. IV, 12. 24. habet assentientem: alii tamen aliter distinxerunt, ut est ap. Suet. Claud. 38. Val. Max. 9, 3. Iracundia proprie est *ὀργιλότης*: cetera Stoici ita discriminant: *ὀργήν*, iram; *μῖσος* odium, cupiditas quaedam ut male sit alteri, cum progressu aliquo et incremento; *μῆνις* longa ira, quasi odium, observans odii tempus, nostrum Groll, rancune; *Φιλονεικία* cupiditas circa

opinionem tuendam; *Συμῶς* excandescencia, ira incipiens et nascens. cf. Cic. Tusc. disp. IV, 4.

2. Latinorum: amarus, acerbus, stomachosus, difficilis et morosus conveniunt Graecorum *πικρῶν*, *ἀκροχόλω*, *χαλεπῶν*, *δυσαρέσων*, de quibus adeas Aristotel. Ethic. ad Nicomach. IV, 5. amarus esset nostrum: grollicht (quod tamen Adelung non agnoscit), acerbus beissend, stomachosus ärgerlich (nec ipsum Adelungio fatis probatum) etc.

ces, quam frequentes; quaedam faevae manu, verbis parciores; quaedam in verborum maledictorumque amaritudinem effusae; quaedam ultra querelas et averfationes non exeunt: quaedam altae gravesque sunt, et introrsus verfae. Mille aliae species sunt mali multiplicis.

V. Quid esset Ira, ^a quaesitum est: an in ullum aliud animal, quam in hominem caderet: quo ab iracundia distaret, et quae eius species sint. nunc quaeramus, an Ira secundum naturam sit, et an utilis, atque ex aliqua parte retinenda. An secundum naturam sit, manifestum erit, si hominem inspexerimus: quo quid est mitius, dum in recto animi habitu est? quid autem ira crudelius est? Homine quid aliorum amantius? quid ira infestius? Homo in adiutorium mutuum generatus est: ira in exitium. Hic congregari vult, illa discedere: hic prodesse, illa nocere: hic etiam ignotis succurrere, illa etiam carissimos pete-

Cap. V. a. *Quid esset Ira* — species sunt: et haec pro leamate habeo, e margine in textum temere intruso. Lipsius haec mutilata esse, et in partibus parum plena censet.

Cap. V. Quum explicasset, quid ira sit, et docuisset in hominem tantummodo cadere, accedit ad quaestiones: an secundum naturam hominis sit, et an utilitatem habeat ira? Hae duae quaestiones bene coniunguntur: quae enim contra hominis naturam sunt, etiam inhonesta sunt, ideoque utilitatem rectam praebere non possunt. Deinde homo est pars naturae rerum i. dei. Accedit, quod de viro probro, ideoque bene exulto hic loquatur: alioquin enim tota disputatio male nostro processisset. Instituitur autem

contra Peripateticos, in quibus Aristoteles (Ethic. ad Nicom. VII, 6.) et Theophrastus etc. irae inter appetitiones naturales (*ὀρέξεις φυσικάς*) relatae minus foedam incontinentiam, quam aliarum cupiditatum, ideoque venia magis dignam censuerunt.

2. *Homo — est*] Saepe haec sententia praeclara occurrit apud Veteres. Quis ignorat Terentianum illud: Homo sum: humani nihil a me alienum puto? Nonnulla suppedabit Gataker. ad Antonin. p. 49, 10.

petere: hic aliorum commodis vel impendere se paratus est, ira in periculum, dummodo deducat, descendere. Quis ergo magis naturam rerum ignorat, ³ quam qui ^b optimo eius operi, et emendatissimo, hoc ferum ac perniciosum vitium assignat? Ira, ut diximus, ^c avida poenae est: cuius cupidinem inesse patatissimo hominis pectori, minime secundum eius naturam est. Beneficiis enim humana vita consistit, et concordia: nec terrore, sed mutuo amore, in foedus auxiliumque commune constringitur. „Quid ergo? ⁴ „non aliquando castigatio necessaria est?“ Quidni? sed haec sincera, cum ratione. non enim nocet, sed medetur specie nocendi. Quemadmodum quaedam hastilia detorta, ut corrigamus, adurimus, et adactis cuneis, non ut frangamus, sed ut explicemus, elidimus: sic ingenia vitio prava, dolore corporis animique corrigimus. Nempe medicus primo ⁵ in

b. *Optimo eius operi et emendatissimo* I. F. Gronov. recte recepit ex multis codd. Antea erat: *commendatissimo*. Commendatus enim est gratiosus, iucundus: at sensus poscit epitheton, quod perfectionem aliquam designat, de qua emendatus in usu est, c. c. Horat. I. Epp. 16., 30. etc.

c. *avida poena* erat in ed. Gron. sphalmate typogr., a I. M. Heusinger. Emendd. p. 228. notato.

4. *Sed haec sincera*] i. e. cupiditate non admixta, *εὐκρίνως*.

Quemadmodum — elidimus] Sermo est de ligno, quo ad spicula usi sunt, sive de ramo s. palo virente, natura vitiove inflexo et curvato (*desorto*), quem igne adhibito, ut extendatur calore, et inter cuneos compressum explicamus, ut *corrigatur* i. rectus fiat, ideoque adminiculo arborum, vitium etc. idoneus

reddatur. Hunc morem et nostri agricolae et fabri lignarii hodieque bene tenent. Noster Ep. 50: Nihil est, quod non expugnet pertinax opera et intenta ac diligens cura: robora in rectum quamvis flexa revocabis, curvatas trabes calor explicat, et aliter natae in id finguntur, quod usus noster exigit —.

5. *Nempe medicus* etc.] Familiarem antiquis comparationem medicinae corporis cum

in levibus vitiis tentat non multum ex quotidiana consuetudine inflectere, et cibus, potionibus, exercitationibus ordinem ponere, ac valetudinem tantum mutata vitae dispositione firmare: proximum est, ut modus proficiat. si modus et ordo non proficit; subducit aliqua, et circumcidit. si ne adhuc quidem respondet, interdicit cibus, et abstinentia corpus exonerat. si frustra molliora cesserunt; ferit venam, membrisque, si adhaerentia nocent, et morbum diffundunt, manus affert: nec ulla dura videtur curatio, 6 cuius salutaris effectus est. Ita legum praesidem, civitatisque rectorem decet, quamdiu potest verbis, et his mollioribus, ingenia curare, ut facienda suadeat, cupiditatemque honesti et aequi conciliet animis, faciatque vitiorum odium, pretium virtutum: transeat deinde ad tristiore[m] orationem, qua moneat adhuc et exprobet: novissime ad poenas, et has adhuc leves et revocabiles decurrat: ultima supplicia sceleribus ultimis ponat, ut nemo pereat, nisi quem perire etiam pereuntis interfit.

VI. Hoc uno medentibus erit dissimilis, quod illi, quibus vitam non potuerunt largiri, facilem exitum prae-

cum emendatione morum multis exemplis docet Gataker, ad M. Antonin. p. 193. sqq. nostri loci non immemor. Medicus gradatim procedit aegrotis opem ferens: primum dietam disponit generaliore[m], deinde specialiore[m]; tum ieiunium indicit, denique urit secatque. Mox *percutis* perire interest, ne in nequitia diutius haereat: cum acumine hoc dictum esse facile intelliges. — Ceterum iam Plato (de Republ. II, p. 243. sq.

370. Tom. VI. ed. bip.) ad hanc quaestionem, quam hic Seneca tractat, se haesisse dixit: cuius disputatio eo redit, esse quidem mansuetudinem et iram sibi prorsus contraria, ideo tamen neque impossibile esse, neque contra naturam, ut haec opposita vel philosopho insint.

Cap. VI. Pergit in eo demonstrando, quod primum posuerat: iram non secundum naturam esse.

praestant: hic damnatum cum dedecore et traductione vitâ exigit: non quia delectetur ullius poena (procul est enim a sapiente tam inhumana feritas) sed ut documentum omnium sint; et qui vivi noluerunt prodesse, morte certe eorum respublica utatur. Non est ergo natura hominis poenae appetens: et ideo nec ira quidem secundum naturam hominis, quia poenae appetens est. Et Platonis argumentum afferam: quid enim prohibet alienis uti, ex parte quâ nostra sunt? „Vir bonus,“ inquit, „non laedit. poena laedit. bono ergo poena non convenit: ob hoc nec ira: quia poena irae convenit.“ Si vir bonus poenâ non gaudet; non gaudebit nec eo quidem affectu, cui poena voluptati est: ergo non est naturalis ira.

VII. Numquid, quamvis non fit naturalis ira, assumenda est, quia utilis saepe fuit? Extollit animos, et incitat: nec quidquam sine illa magnificum in bello fortitudo gerit, nisi hinc ^a flamma subdita est, et hic stimu-

Cap. VII. a. Lipsius mavult legi: haec flamma et hic stimulus, quia ad solam iram referuntur: s. hinc stimulus. Ferri tamen potest vulgata: flamma ab ira petita spectat ad fortitudinem, et stimulus ad audaces, qui ipse ira est. De tropo autem diverso noli arguari quippe proverbialiter adhibito.

[traductione] de publica infamia, qua per theatra et fora traducebantur damnati, ut exemplum ederetur; ideoque de quacunque infamia dicebatur. cf. Ep. 85. init. de Benef. IV, 32. Liv II, 38. Est Graecorum παραδειγμα-
τιζειν.

2. Dictum Platonis hac forma cum Lipsio ignoro. Verba: *Vir bonus — irae convenit*, argumentationem Platonis continent, ut mihi videtur ideoque distinxit. Plato

enim iram naturalem quidem esse statuit, sed Philosopho inferiorem: v. c. de Republ. II, p. 245. c. Tom. VI. ed. Bip. Φιλόσοφος δὲ καὶ θυμοειδὴς καὶ ταχὺς καὶ ἰσχυρὸς ἡμῶν τὴν φύσιν ἔσαι —. Dubito igitur, an Plato huic argumentationi Senecae assensurus fuisset: qui eum hac parte Stoicis (nostris) annumeravit. cf. Cic. Tusc. Diapp. IV, 17. p. 192. ed. Wolf.

Cap. VII. Nec iram utilem esse docet, nec temperandam modo,

stimulus peragitavit, misitque in pericula audaces.
 2 Optimum itaque quidam putant, temperare iram, non tollere, eoque detracto quod exundat, ad salutarem modum cogere: id vero retinere, sine quo languet
 3 bit actio, et vis ac vigor animi resolvetur. Primum, facilius est excludere perniciofa, quam regere, et non admittere, quam admissa moderari. Nam cum se in possessione posuerunt, potentiora rectore sunt, nec re-
 4 eidi se minuere patiuntur. Deinde ratio ipsa, cui freni traduntur, tamdiu potens est, quamdiu ducta est ab affectibus: si miscuit se illis et inquinavit, non potest continere, quos submovere potuisset. Commota enim semel et ^b excussa mens ei servit, a
 5 quo impellitur. Quarundam rerum initia in nostra potestate sunt: ulteriora nos sua vi rapiunt, nec regressum relinquunt. Vt in praeceps datis corporibus nullum sui arbitrium est, nec resistere morarive deiecta potuerunt, sed consilium omne et poenitentiam irre-

b. *excussa* reduxi, ab Erasmo iam receptum, et e sex MSS. ap. Gruter. et Ruben. probatum Gronovio. Excutitur autem ex nota loquendi formula auriga equesve equos non amplius regere valens, et ab iis abripi deinceps se passus, quibus nunc servit. Et Graeci hac metaphora saepe utuntur; in nota imagine Platonis de animo, passiones tanquam equos dirigente. Phaedr. p. 320. sq. 324. T. X. ed. bip. *Exculti* est Graec. ἀναχαρτίσεισθαι, Valckenar. ad Eurip. Hippol. 1233.

modo; verum tollendam: Contra Platonem hic pugnari iam antea monui, et Lipsius locum praeclarum ex II. de Republ. (p. 242. T. VI. bip.) excitavit, in quo custodem patriae corpore robustum, animo iracundum cupit: iram enim esse invictum quiddam et insuperabile (ὡς ἀμαχόν τε καὶ ἀνίκητον θυμός). Et contra Aristotelem haec dicta sunt, utpote qui irae utilitatem tuetur III. Ethic.

Nicom. c. 8. ὅτι καὶ οἱ ἀνδρεῖσι θυμοειδεῖς ὀρητικώτατον γὰρ ὁ θυμός πρὸς τὰς κινδύνους. cf. Cic. Tusc. Dispp. IV, 15. 199: Hos tamen philosophos et moderationem irae praecepisse, constat; quis enim nescit, temperantiam quasi fundamentum philosophiae a Socrate traditae fuisse?

4. *diducta*] i. separata, segregata: seposita, ut seq. cap.

irrevocabilis praecipitatio abscedit, et non licet eo non pervenire, quo non ire licuisset: ita animus si in iram, amorem, aliosque se proiecit affectus, non permittitur reprimere impetum. rapiat illum oportet, et ad imum agat suum pondus, et vitiorum natura proclivis.

VIII. Optimum est primum irritamentum irae protinus spernere, ipsisque repugnare a feminibus, et dare operam ne incidamus in iram. Nam si coeperit ferre transversos, difficilis ad salutem recursus est. Quoniam nihil rationis est, ubi semel affectus inductus est, iusque illi aliquod voluntate nostra datum est. Faciet de cetero quantum volet, non quantum permiseris. In primis, inquam, finibus hostis arcendus est. nam quum intravit, et portis se intulit, modum a captivis non accipit. Neque enim sepositus est animus, et extrinsecus speculatur affectus, ut illos non patiatul ultra quam oportet procedere, sed in affectum ipse mutatur: ideoque non potest utilem illam vim et salutarem, proditam iam infirmatamque, revocare. Non enim, ut dixi, separatas ista sedes suas diductasque habent: sed affectus et ratio b in melius peiusque

Cap. VIII. a. *Seminibus* cum Lipsio praetuli τω sensibus: agitur enim de primis irae ortibus profligandis. Est praeceptum scholae Salernitanæ: principiis obsta, sero medicina paratur.

b. *in melius peiusque*: hanc lect. omnes codd. et edd. praefecerunt, a Lipsio probatam, modo *peiusve* legeris. Explicat autem ita: animus affectum et rationem excipiens mutatur cum illis in melius, rationi mancipatus, in peius, affectu dominante: laudat Manuuct. III, 7. Sed mihi secus videtur. In antecedentibus dixit Seneca, animum numquam separari ab affectu, sed in ipsum affectum mutari, ideoque numquam utilem esse hanc societatem: quod et sequentia docent, et II, 3. illa est ira, quae rationem transilit, quae secum rapit. Itaque voc. *melius* in mendo cubare videtur. Sufficiat indicasse.

Cap. VIII. Iram esse tollendam, ne ab ea transversif feramur. Argumenta, quae hoc capite continentur, non ita firma esse, ut omnibus persuadeant, ipse Lipsius, Stoicorum ille, dum fuit, acerrimus isque doctissimus vindex,

que mutatio animi est. Quomodo ergo ratio occupata et oppressa vitiis resurget, quae irae cessit? aut quemadmodum a confusione se liberabit, in qua peiorum mixtura praevaluit? „Sed quidam, inquit, in „ira se continent.“ Vtrum ergo ita, nihil ut faciant eorum quae ira dicitur, an ut aliquid? Si nihil faciunt, apparet non esse ad actiones rerum necessariam iram, quam vos, quasi fortius aliquid ratione habet, advocabatis. Denique interrogo, valentior est quam ratio, an infirmior? Si valentior: quomodo illi modum ratio poterit imponere, cum parere nisi imbecilliora non soleant? Si infirmior est: sine hac per se ad rerum effectus sufficit ratio, nec desiderat imbecillioris auxilium. „At irati quidam constant sibi, „et se continent.“ Quomodo? quum iam ira evanescit, et sua sponte decedit, non quum in ipso fervore est: tunc enim potentior est. „Quid ergo? non „aliquando in ira quoque et dimittunt incolumes in „tactosque quos oderunt, et a nocendo abstinere?“ Faciunt. Quomodo? quum affectus percussit affectum, et aut metus, aut cupiditas aliquid impetravit; non rationis tunc beneficio quievit, sed affectuum infida et mala pace.

IX. Denique nihil habet in se utile, nec acuit animum ad res bellicas. Nunquam enim virtus vitio adiuvan-

dux, ultro confessus est. cf. eius Manuduction. ad Stoic. philosoph. III, 7. p. 153. sq. (ed. Antwerp. 1610. 4.)

4. *an ut aliquid?*] ad hanc quaestionem redit cap. sequ. Mox *denique* est: *breviter, quid multa?* cf. III, 18. extr. Horat. I. Serm. 1, 106.

Cap. IX. Nec virtus bellica, fortitudo ira indiget, sed

ratione una iubente exsurgit. Locus Aristotelis in deperditis esse videtur, si, quae Seneca hic attulit, apud eum iisdem verbis lecta sint. Certe quae in ei. Ethic. ad Nicom. VII, 6. leguntur, diversam sententiam continent. cf. Cic. Tusc. Dispp. IV, 19. Nos distinguimus iram ab enthuziasmo, sine quo nihil magnificum aut difficile

iuvanda est, se contenta. Quoties impetu opus est, non irascitur, sed exurgit, et in quantum putavit opus esse, concitatur remittiturque: non aliter, quam quae tormentis exprimuntur tela, in potestate mittentis sunt, in quantum torqueantur. „Ira,“ inquit ² Aristoteles, „necessaria est: nec quidquam sine illa „expugnari potest, nisi illa impleat animum, et spiritum accendat. Utendum autem illa est; non ut duce, „sed ut milite.“ Quod est falsum. Nam si exaudit rationem, et sequitur qua ducitur, iam non est ira: cuius proprium est contumacia. Si vero repugnat, et non ubi iussa est quiescit, sed libidine ferociaque provehitur: tam inutilis animi minister est, quam miles, qui signum receptui negligit. Itaque si modum adhibere sibi patitur, alio nomine appellanda est: definit ira esse, quam effrenatam indomitamque intelligo. si non patitur; perniciofa est, nec inter auxilia numeranda. Ita aut ira non est, aut inutilis est. Nam si quis poenam exigit, non ipsius poenae avidus, sed quia oportet; non est annumerandus iratis. Hic erit ³ utilis miles, qui scit parere consilio. Affectus quidem tam mali ministri, quam duces sunt. Ideo nunquam assumet ratio in adiutorium improvidos et violentos impetus, apud quos nihil ipsa auctoritatis habeat: quos nunquam comprimere possit, nisi pares illis similesque opposuerit: ut irae metum, inertiae iram, timori cupiditatem.

X. Abfit

facile geri posse recte contendimus: et in hanc partem et Aristotelis Platonisque dicta de ira, ad bellum utili, ut interpretemur necesse esse videtur. Quod discrimen nec Senecae sagacitas neglexit,

[tormentis] de ballistis aut catapultis, aliisque machinis bellicis, quae ut arcus intendantur ac remittuntur, pro arbitrio dirigentis. Aedes scriptores de re militari Romanorum, e. c. Nassium, post Lipsium, T. III. Opp. 550. sq.



X. Absit hoc a virtute malum, ut unquam ratio ad vitia confugiat. Non potest hic animus fidele otium capere: quatiatur necesse est, fluctueturque, qui malis suis tutus est, qui fortis esse, nisi irascitur, non potest; industrius, nisi cupit; quietus, nisi timet: in tyrannide illi vivendum est, in alicuius affectus venienti servitatem. Non pudet virtutes in clientelam vitiorum demittere? Deinde definit quidquam ratio posse, si nihil potest sine affectu, et incipit par illi similisque esse. Quid enim interest, si aequae affectus inconsulta res est sine ratione, quam ratio sine affectu inefficax? par utrumque est, ubi esse alterum sine altero non potest. Quis autem sustineat affectum exaequari rationi? „Ira,“ inquit, „utilis affectus est, si „modicus est.“ Immo si naturâ utilis est; sed si ^a impatiens imperii rationisque est, hoc dumtaxat moderatione consequetur, ut quo minor fuerit, minus noceat. Ergo modicus affectus nihil aliud quam malum modicum est.

XI. „Sed adversus hostes, inquit, necessaria est „ira.“ Nusquam minus: ubi non effusos esse oportet impetus, sed temperatos et obedientes. Quid enim est

Cap. X. a. *impatiens imperii* — Cum Lipsio et Grutero praefero: *impat.*: ex MSS. Erasmus tamen legit: *patiens*. Ait enim: non ideo esse utilem affectum, quod modicus sit, sed si per naturam utilis sit: atqui ira semper nocet, idque minori tantum gradu, si minor sit, moderatione non a ratione imposita, quippe cuius imperio non pareat, sed a re ipsa profecta.

Cap. X. Invehitur in sententiam, vitia virtuti esse debere auxilio: quamquam adversarii affectus temperatos haudquaquam pro vitiis habeant, comparantes eos cum plantis silvestribus etc. qui cultu meliores fiant.

Cap. XI. Refutat obiectionem: iram esse necessariam adversus hostes. Nisi consilio et ratione in hostibus debellandis utaris, in exitium vertetur res tua: quod exemplis ex historia romana petitis demonstrat. Totum hoc discrimen,

est aliud, quod Barbaros tanto robustiores corporibus, tanto patientiores laborum comminuat, nisi ira infestissima sibi? Gladiatores quoque ars tuetur, ira denudat. Deinde quid opus est ira, quum idem perficiat ratio? An tu putas venatorem irasci feris? Atqui et venientes excipit, et fugientes persequitur: et omnia illa sine ira facit ratio. Quid Cimbrorum, Teutonorumque tot millia superfusa Alpibus ita sustulit, ut tantae cladis notitiam ad suos non nuntius, sed fama pertulerit, nisi quod erat illis ira pro virtute? quae ut aliquando perculit stravitque obvia, ita saepius sibi exitio est. Germanis quid est animosius? quid ad incursum acrius? quid armorum cupidius? quibus innascuntur innutriunturque: quorum unica illis cura est, in aliâ negligentibus. Quid induratus ad omnem patientiam? ut quibus magna ex parte non tegumenta corporum provisa sunt, non suffugia adversus perpetuum coeli rigorem. Hos tamen Hispani

B 2

Galli-

Cap. XI. a. *suffugia*: haec lect. praeferranda est haud dubie *τῶν suffugia*, quod tamen Lipsius omnino probum esse putat: occurrit enim in legum libris de auxilio e. c. aetatis suffragio.

erimen, quod inter Platonicos et Peripateticos nostrumque intercedit, in eo versari videtur, quod diversas de ira notiones ad certamen afferunt: illis de animo, elatione quadam incitato, nostro de affectu, cogitantibus.

Barbaros — sibi?] His exemplis ut declamator utitur: non enim ira, sed ignorantia disciplinae militaris Cimbrorum Teutonorumque *comminuit* i. delevit, quos, sedibus suis excitos, incertum ubi et qua causa, omnibus quae obsta-

rent impedimentis superatis, Galliam et Italiam ingressos a C. Mario et Q. Catulo bis, ad Aquas Sextias (a. V.C. 652.) et sequenti anno ad Vercellas, victos et ad internecionem usque caesos esse, constat ex Plutarcho in Mario c. XI. ibiq. Leopold. p. 35. sqq., ut plures testes in re nota omit- tam.

3. *Hos tamen —*] Syri, Hispani etc. sub principibus inter auxilia stipendia merentes ideoque ante legiones pugnam fere ordientes, saepe Germa- nos

Gallique, et Asiae Syriaeque molles bello viri, antequam legio visatur, caedunt: ob nullam rem aliam opportunos, quam ob iracundiam. Agedum, illis corporibus, illis animis, delicias, luxum, opes ignorantibus, da rationem, da disciplinam: ut nihil amplius dicam, necesse erit nobis certe mores Romanos 4 repeteré. Quo alio Fabius affectas imperii vires recreavit, quam quod cunctari, et trahere, et morari scivit, quae omnia irati nesciunt? Perierat imperium, quod tunc in extremo stabat, si Fabius tantum ausus esset, quantum Ira suadebat. Habuit in consilio fortunam publicam; et aestimatis viribus, ex quibus iam perire nihil sine universo poterat, dolorem ultionemque seposuit: ^b in unam utilitatem occasionis intentus, 5 iram ante vicit, quam Hannibalem. Quid Scipio? nonne

b. *in unam utilitatem occ.* Lipsius e cod. suo dedit. Erasimus: *in unam utilitatem et occasione.* Quam lectionem defendam interpunctione aliter instituta ac nunc est: dolorem ultionemque seposuit in unam utilitatem, et occasione intentus — Hannib. i. dolorem et ultionem removit ut utilis esset, cum utilitate coniunxit. Nihil tamen mutò.

nos vicerunt, opportunos i. vinci faciles, obnoxios. Mox *mores romanos repeterere* spectat ad corruptelam morum, quam saepe queritur noster.

4. *Quo alio Fabius* —] Nec Q. Fabius Maximus qui cum Hannibale bellum gerens cunctando restituit rem, ut Ennius ap. Cicer. canit, nec Scipiones ira victores fuere, sed virtute et prudentia. Hoc iam Cicero Tusculan. disput. IV, 23. occupavit: nescio, ecquid ipsi nos fortiter in republ. fecerimus: si quid fecimus, certe irate non fecimus. Exempla haec egregie electa sunt, historia testan-

te. Omnibus his ducibus conditio Reip. anceps ob oculos versabatur: quam unam intuiti sunt, non se suaque, rationem, non iram, sequuti.

5. *Quid Scipio* —] Fuere, qui eum retinere vellent, ut Q. Fabius, Cato, al. De lento et ne militari quidem cultu P. Scipionis Syracusis commorati, priusquam Africam subigeret, locus egregius exstat ap. Liv. XXIX, 19. sq. P. Scipio Afric. Aemilianus, qui Carthaginem deleverat, annum ac tres menses Numantiam obsessit. Vellei. Paterc. II, 4. Flor. II, 18.

nonne relicto Hannibale, Punico exercitu, omnibusque quibus irascendum erat, bellum in Africam transtulit, tam lentus, ut opinionem luxuriae fegnitiacque malignis daret? Quid alter Scipio? non circa Numantiam multum diuque sedit, et hunc suum publicumque dolorem aequo animo tulit, diutius Numantiam quam Carthaginem vinci? dum circumvallat, et includit hostem, eo compulit, ut ferro ipsi suo caderent.

XII. Non est itaque utilis, nec in proeliis quidem aut in bellis ira. In temeritatem enim prona est, et pericula dum inferre vult, non cavet. Illa certissima est virtus, quae se diu multumque circumspexit, et textit, et ex lento ac destinato provexit. „Quid ergo?“ inquit, „vir bonus non irascetur, si caedi patrem suum viderit, si rapi matrem?“ Non irascetur, sed vindicabit, sed tuebitur. Quid autem times, ne parum illi magnus stimulus, etiam sine ira, pietas sit? Aut dic eodem modo: Quid ergo? quum viderit secari patrem suum, filiumve, vir bonus non flebit, nec linquetur animo? quae accidere feminis

B 3

vide

Cap. XII. Pergit in utilitate irae coarguenda. Et haec contra Peripateticos dicta esse, liquet. Theophrastus autem, quem alloquitur, Eresius, Aristotelis discipulus, scripsit multa, e quibus pauciora restant. Quae hic refutantur, fortasse in libro eius nunc deperdito: *περὶ παθῶν* legebantur: (cf. Fabricii Biblioth. Graec. Vol. III, p. 408. sqq. ed. Harles.) in quo Stoici multa invenisse videntur, quae etsi non proprie contra Zenonem, quippe qui

post Theophrastum vixit, tamen contra Cynicos ideoque et contra Stoicos disputarentur. Quorum placita quum fortiora i. firmiora essent, quam ut dialecticis iisque subtilioribus argumentis vincere posset, publica adhibuit Theophrastus, quae nos popularia vocare solemus, iudice optimo, i. ratione exulta, derelicto, et ad coronam i. multitudinem venit, argumentis suis non ex eo, quod esse debet, sed ex opinione sensus communis de hac re repetitis.

videmus, quoties illas levis periculi suspicio percudit.

- 3 Officia sua vir bonus exsequitur inconfusus, intrepidus; et sic bono viro digna faciet, ut nihil faciat viro indignum. Pater caedetur? defendam. caesus est? exsequar: quia oportet, non quia dolet. Quum hoc dicis, Theophraste, quaeris invidiam praeceptis fortioribus, et, relicto iudice, ad coronam venis. quia unusquisque in eiusmodi suorum casu irascitur, putas, iudicaturos homines id fieri debere, quod faciunt. Fere enim iustum quisque affectum iudicat,
- 4 quem agnoscit. Irascuntur boni viri pro suorum iniuriis: sed idem faciunt, si ^a calda non bene praebetur, si vitreum fractum est, si calceus luto sparsus est. Non pietas illam iram, sed infirmitas movet: sicut ^b pueris, qui tam parentibus amissis flebunt, quam nucibus. Irasci pro suis, non est pii animi, sed infirmi. Illud pulchrum dignumque, parentibus, liberis, amicis, civibus prodire defensorem, ipso officio ducente: volentem, iudicantem, providentem, non
- 5 impulsum et rabidum. Nullus enim affectus vindicandi cupidior est, quam ira: et ob id ipsum ad vindicandum inhabilis, praerapida et amens: ut omnis fere cupi-

Cap. XII. a. *calda*: alii ut Erasmi. *calida*: sensu non diverso. Sed *calda* est sollempnius hac de potione. Vitrum an vitreum legas, nihil refert: posterius tamen nostro placuisse videtur; intelligas: vas.

b. *pueris* e cod. bruxell. reduxi, Lipsio et Gronovio probantibus: hic tamen, ut sermo sit rotundior, delendum putat *ro* qui, et retinendum: pueri. Sed rotunditas in virtutibus Senecae non est. Procedit oratio ita: infirmitas (illis) movet iram, ut pueris, qui —

3. *exsequar*] i. vindicabo. Quum hoc dicis —] Ir-
ridendi causa haec affert. Sunt,
qui non solum in suorum in-
iuriis, sed etiam in rebus mi-
nimis et per delicias irascan-
tur. *calda* i. aqua calefacta

interdum et cum vino mixta
inprimis inter epulas submi-
nistrari solita. Egit fufius
de his Romanorum deliciis
Lipsius Elect. I, 4. et Intpp.
ad Martial. I, 12, 3. VIII,
67, 7.

cupiditas ipsa sibi in id, in quod properat, opponitur. Itaque nec in pace, nec in bello, unquam bona fuit. Pacem enim similem belli efficit: in armis vero obliviscitur, Martem esse communem, venitque in alienam potestatem, dum in sua non est. Deinde non ideo vitia in usum recipienda sunt, quia aliquando aliquid boni effecerunt. nam et febres quaedam genera valetudinis levant: nec ideo non ex toto illis caruisse melius est. Abominandum remedii genus est, sanitatem debere morbo. Simili modo ira, etiamsi aliquando, ut venenum, et praecipitatio, et naufragium, ex inopinato profuit, non ideo salutaris omnino iudicanda est; saepe enim saluti fuere pestifera.

XIII. Deinde quae habenda sunt in bonis, quo maiora, eo meliora et optabiliora sunt. Si iustitia bonum est, nemo dicet meliorem futuram, si quid a de-

B 4

tractum

e. ex inopinato. Lectio proba, quam tuear contra Gronov. conjecturam: nec opinato. Hoc ipso capite occurrunt: ex toto — ex lento ac destinato. Ex opinato in tribus codd. Gruteri vitium manifestum librari.

Cap. XIII. a. detractum. Lipsianus liber habebat defectum: at vulgatum Senecae familiaris.

Cap. XIII. Iram non esse bonum quid, quia, quo maior, eo peior fit. Etiam si interdum virtutem bellicam instruunt (viribus augent) ira, ebrietas etc., nec ideo in bonis haberi possunt. Qui autem irae quam maxime obnoxii sunt, ii non fortitudine, sed infirmitate praevalent, ut infantes, (secundum Platon. de Republic. IV, p. 370. T. VI. hip.) senes, aegri (II, 19.). Contra Peripateticos et Academicos veteres haec disputantur. Cic. Tusc. disp. IV, 19. Acad. IV, 44: at-

que illi quidem etiam utiliter a natura dicebant permotiones istas animis nostris datas: metum cavendi causa, misericordiam, aegritudineque clementiae, ipsam iustitiam quasi fortitudinis dicebant. In memoriam revoces dogma Stoicorum: virtutem esse summum bonum et unam veramque felicitatem hominum. Cetera omnia in mediis posuere, et iis fuerunt προηγμένα (praeposita, promota) e. c. vita, honor, divitiae, et αποπροηγμένα (remota) ut dolor.

tractum ex ea fuerit; si fortitudo bonum est, nemo illam desiderabit ex aliqua parte deminui: ergo et ira quo maior, hoc melior. quis enim ullius boni accessionem recusaverit? atqui augeri illam inutile est: 3 ergo et esse. Non est bonum, quod incremento malum fit. „Vtilis.“ inquit, „ira est, quia pugnaciores „facit.“ Isto modo et ebrietas. Facit enim protervos et audaces: multique meliores ad ferrum fuere male sobrii. Isto modo dic et phrenesim et insaniam viribus necessariam: quia saepe validiores furor reddit. Quid? non aliquoties metus e contrario fecit audacem? et mortis timor etiam inertissimos excita- 4 vit in proelium? Sed ira, ebrietas, timor, aliaque eiusmodi, foeda et caduca irritamenta sunt: nec virtutem instruunt, quae nihil vitii eget, sed segnem aliquando animum et ignavum paululum allevant. Nemo irascendo fit fortior, nisi qui fortis sine ira non esset. Ita non in adiutorium virtutis venit, sed in vicem. Quid quod, si bonum esset ira, perfectissimum quemque sequeretur? atqui iracundissimi, infantes, senesque, et aegri sunt; et invalidum omne naturâ querulum est.

XIV. „Non potest,“ inquit Theophrastus, „fieri, ut „bonus vir non irascatur malis.“ Isto modo, quo melior quisque, hoc iracundior erit? Vide ne contra placidior, solutusque affectibus, et cui nemo odio fit. Peccantes vero quid habet cur oderit, quum error

Cap. XIV. Neque ad emendationem morum iram adhibendam esse, contra veterem Academiam (Platon. de Legg. V, p. 212. b. sq. T. VIII. bip.) et Peripateticos docet. Erat hoc decretum Stoicorum, ut „peccata ignorantiam rerum illarum dicerent, quarum scientia virtus fit.“ cf. Lipsii Manuduct. III, 7. p. 154. sq. et Menag. ad Diogen. Laert. VII, 47. p. 284. Hanc eandem sententiam, quam hic expositam vides, egregie a Gataker. ad Antonin. p. 234, 30. 399, 20. adstructam reperies.

ror illos in huiusmodi delicta compellat? non est autem prudentis, errantes odisse: alioquin ipse sibi odio erit. Cogitet, quam multa contra bonum morem faciat, quam multa ex his, quae egit, veniam desiderent. Iam irascetur etiam sibi! Neque enim aequus iudex aliam de sua, aliam de aliena causa, sententiam fert. Nemo, inquam, invenitur, qui se possit absolvere: et innocentem quisque se dicit, respiciens testem, non conscientiam. Quanto humanius, a mitem et patrium animum praestare peccantibus, et illos non persequi, sed revocare? Errantem per agros ignorantia viae, melius est ad rectum iter admovere, quam expellere. Corrigendus est itaque qui peccat, et admonitione, et vi, et molliter, et aspere: meliorque tam sibi quam aliis faciendus, non sine castigatione, sed sine ira. Quis enim, cui medetur, irascitur?

XV. „At corrigi nequeunt, nihilque in illis a lene „aut spei bonae capax est.“ Tollantur e coetu mortalium, facturi peiora quae contingunt, et quo uno

B 5

modo

Cap. XIV. a. *mitem et patrium* cum Gron. qui in tribus pall. ap. Grut. invenit, recepi. Erasmius habet *paternum*: Lipsius: *placatum*. Patrius et paternus interdum confunduntur.

Cap. XV. a. *lene*: in textum reduxi: sensu postulante, et Grutero et I. M. Heusinger. Emendd. p. 228. probantibus. Antea erat: *leve*: Lene i. moderatum, mite. Ceterum lenis et levis in codd. saepe inter se confundi, res est nota Leviores irae occurrunt II, 19. sed opponuntur gravibus.

3. *et innocentem* — *conscientiam*] respectu habito eorum qui adfuerint, aut facti sui sint conficii, neglecta tamen conscientia sua, et numine divino. Aliter sensit T. Aristo, de quo Plin. min. I, epp. 22: nihil ad ostentationem, omnia ad conscientiam refert.

Cap. XV. Qui tamen correctionem in se haudquaquam admittant, ii vero sine ira e medio tollantur, ne peiores fiant, neve peiora committant scelera. Quod hic Socrati tribuitur, Val. Max. IV, 1. Laetant. de Ira Dei c. 18. al. Archytae, Tarentino illi, pythagoreo, assignant. Recte istud

modo possunt, desinant mali esse: sed hoc sine odio.
 2 Quid enim est cur oderim eum, cui tum maxime
 profum, quum illum sibi eripio? Num quis membra
 sua odit, tunc quum abscidit? non est illa ira, sed
 misera curatio. Rabidos effligimus canes, trucem at-
 que immansuetum bovem caedimus, et morbidis pe-
 coribus, ne gregem polluant, ferrum demittimus, por-
 tentosos fetus extinguimus, liberos quoque, si debi-
 3 les monstrisque editi sunt, mergimus. Non ira, sed
 ratio est, a sanis inutilia fecernere. Nil minus, quam
 irasci, punientem decet: quum eo magis ad emenda-
 tionem poena proficiat, si iudicio lata est. Inde est,
 quod Socrates servo ait: Caederem te, nisi irascerer.
 Admonitionem servi in tempus sanius distulit, illo
 tempore se admonuit. Cuius erit temperatus affectus,
 4 quum Socrates non sit ausus se irae committere? Er-
 go ad coërcitionem errantium foelatorumque irato
 castigatore non opus est. Nam quum ira delictum ani-
 mi sit, non oportet peccata corrigere peccantem.

XVI.

Iud laudatur Archytae, villico suo irati: Iam te, inquit, caederem, nisi iratus essem. cf. Menag. ad Diogen. Laert. III, 39. p. 153. VIII, 82. p. 386. Expositio librorum in antiquitate non vetita, quin Lacedaemone legibus sancita (v. Petiti Legg. att. II, 4. 7.). Res est nota vel ex poetis comicis et tragicis. Hanc sententiam praeclaram, non esse laedenti succensendum, sed sine ira commonstrandum errorem, saepius inculcat, e. c. II, 9. II, 10. De Constant. Sap. 13. De Demonaeste, Philosopho Cynico f.

potius electico, homine egregio, Lucianus (Vol. V. p. 235, 7. Opp. bip. ed.) Οὐδεπώποτε γὰρ ὠφθῆ κεκραγῶς, ἢ ὑπερδιατεινόμενος, ἢ ἀγανακτῶν, οὐδ' εἰ ἐπιτιμᾶν τῷ δόκι, ἀλλὰ τῶν μὲν ἀμαρτημάτων καθήπτετο, τοῖς δὲ ἀμαρτάνουσι, συνεγγίνωσκε, καὶ τὸ παράδειγμα παρὰ τῶν ἰατρῶν ἡξίου λαμβάνειν, τὰ μὲν νοσήματα ἰωμένων, ὀργῇ δὲ πρὸς τοὺς νοσοῦντας οὐ χρωμένων. Cic. de Offic. I, 25. Prohibenda maxime est ira in puniēdo — add. c. 38.

XVI. „Quid ergo? non irascar latroni? non irascar venefico?“ Non. Neque enim mihi irascor, quum sanguinem mitto. Omne poenae genus remedi-² dii loco adinveo. Tu adhuc in prima parte versaris errorum, nec graviter laboris, sed frequenter. Obiurgatio te primum secreta, deinde publica emendare tentabit. Tu longius iam processisti, quam ut possis verbis sanari; a ignominiâ contineberis. Tibi fortius aliquid et quod sentias, inurendum est: in exsilium, et loca ignota mitteris. In te duriora remedia iam solida nequitia desiderat: et vincula publica, et carcer adhibebitur. Tibi insanabilis animus est, et sceleribus scelera contextens: et iam non causis, quae nunquam malo defuturae sunt, impelleris, sed satis tibi est magna

Cap. XVI. a. *ignominia contin.* e libris a Lipsio recepta et a Grutero antea probata lectio. Antea erat: *ignom. non a nec sensu malo*: est enim obiurgatio publica haud dubie et ignominiosa.

Cap. XVI. Ne in latronem quidem ac sceleratum ira adhibenda est, sed coercitio, eo maior, quo inveteratior et solidior nequitia sit, e. c. exsilium, carcer, mors: nam his poenis infligendis nihil nisi bonum et scelerati et reipublicae quaeritur, ideoque nullus irac locus esse potest. Medicos imitemur, medentes prout morborum genera poscant, et Legem, poenas non iratam imponentem. Sentiet quidem sapiens suspiciones quasdam et umbras affectuum, sed pro armis numquam habebit. Irac et Rationis discrimen hoc docet, exemplaue.

2. *Obiurgatio — occidere.* Sex gradus coercionis con-

stituit: admonitionem privatam, publicam, ignominiam, exsilium, vincula publica, mortem. *Ignominia publica* a censoris infligi solita, e senatu ordineque equitum, tribuque rustica in urbanam vel inter aerarios. Caeritesve movendo: e. c. Liv. IV, 24. de Mamercio Aemilio: est autem ignominia vocab. propr. de nota censoria, v. c. Cic. pro Cluent. 42 —. *deportatio* in loca ignota, durum poenae genus, amisso iure civitatis et spe reditus in patriam adempta: Tomi, ubi Ovidius exulabat, Sciaethus, Gyarus, Corsica, Seriphus, Cosura etc. loca propter hoc infamia. cf. Consol. ad Helv. VI. Iuvenal. I, 73. etc.

magna ad peccandum causa, peccare. Perbibisti nequitiam, et ita visceribus immiscuisti, ut nisi cum
 3 ipsis exire non possit. Olim miser mori quaeris, bene de te merebimur: auferemus tibi istam, qua vexaris, insaniam; et per tua alienaque volutato supplicia, id, quod unum bonum tibi superest, repraesentabimus, mortem. Quare irascar, cui quum maxime profum? Interim optimum misericordiae genus est, occidere. Si intrassem valetudinarium exercitatus et sciens, aut
 b domum divitis, non idem imperassem omnibus, per diversa aegrotantibus. Varia in tot animis vitia video, et civitati curandae adhibitus sum: pro cuiusque morbo medicina quaeratur. Hunc sanet verecundia, hunc peregrinatio, hunc dolor, hunc egestas,
 4 hunc ferrum. Itaque etsi perversa induenda magistratui vestis, et convocanda classico concio est: procedam in tribunal, non furens, nec infestus, sed c vultu legis:

b. *domum divitis*. Muretus omiserat, contra omnes libros.

c. *vultu legis*. alii vultu leni substituunt, MSS. omnibus fere refragantibus. cf. not. Mox *severa magis* nulli scripti habent, sed *leni*: Lipsius et I. F. Gronov. probant receptam: *leni*.

3. *Interim.*] i. interdum.

Si intrassem — percussio]

Hac imagine Veteres saepe in hac re usi sunt, medicina corporis ad medicinam animi translata. cf. Gatak, ad Antonin. p. 192, §. 8. locum praecclarum Simplicii in Epicteti Enchirid. p. 91. 92. (ed. Lugdun. 1640. 4.) addo. *valetudinarium*, locus ad aegrotos servos et milites curandos destinatus, nostr. Lazareth: I. F. Gronov. primus hanc vocis potestatem exposuit ad Senec. Nat. Qu. I. praef., eoque nomine laudatus a Ges-

ner. in Lexic. rust. h. v. *imperassem* praescripserim, *προστάξις αὐτῶν, συντάξις αὐτῶν*. per *diversa*, i. diverso modo, diversis corporis locis et membris.

4. *perversa vestis*] Mag. togam sordidam ac pullatam luctus causa sumtam a praetore et qui iudicio capitali praesidebat, praetexta posita, (Val. Max. 9, 7.) cum Lipsio intelligere malim, quam de veste male ob festinationem ideoque inverse sumta, cum Schellero in Lexic. h. v. Epitheton enim perpetuum hac
 in

legis: et illa solennia verba, leni magis gravique, quam rabida voce concipiam, et agi iubebo non iratus, sed severus. Et quum cervicem noxio praecidi imperabo, et quum parricidam insuam culleo, et quum mittam in supplicium ^d militarem, et quum Tarpeio proditorem hostemve publicum imponam; sine ira, eo vultu animoque ero, quo serpentes et animalia venenata percutio. „Iracundia opus est ad 5
 „punendum.“ Quid? tibi videtur Lex irasci his, quos non novit, quos non vidit, quos non futuros sperat? Illius itaque sumendus est animus, quae non irascitur, sed constituit. Nam si bono viro ob mala facinora irasci convenit, et ob secundas res malorum hominum invidere conveniet. Quid enim est indignius, quam florere quosdam, et eos indulgentia fortunae abuti, quibus nulla potest fatis mala inveniri fortuna? Sed tam commoda illorum sine invidia videbit, quam scelera sine ira. Bonus iudex damnat impro- 6
 banda;

d. *militarem* ex conl. Lipsii recepi, filo sermonis dirigente: antea erat *supplicium militare*. τὸ *supplicium* enim sine subiecto esse nequit. Et in hominem militaris loci iustus sine ira ero.

in re fuisse videtur. Ceterum perversus responderet τῷ infaustus, adversus. *classico* populus convocabatur ut tristi spectaculo et exemplo interesset: rem illustravit suo more i. accurate et docte Lipsius ad Tacit. Annal. II, 32. *solennia verba* scil. Lege age lector, s. Lege age, s. iure age, i. hunc tolle, verbera. Sequentia poenarum genera nota: parricidam sacco coriaceo insutum in Tiberim demersum, milites decimatione s. poena gladii multatos, proditores a tarpeia rupe deturbatos esse.

5. *Iracundia — non odit.*] non indiget iudex ira ad puniendum: Legem imitatis: illius mores sumendi sunt. Legi hic personam quasi tribuit, ad modum Platonis, apud quem et Socrates leges ipsum reprehendentes inducit, Criton. T. I. p. 115. sqq. bip. Si autem viro bono liceat irasci, eidemque et licebit invidere: atqui vetitum est posterius, ergo et prius. cf. et Cic. de Off. I, 25. p. 213. ubi I. M. Heusinger nostrum locum non neglexit.

- banda; non odit. „Quid ergo? non, quum eius, „modi aliquid sapiens habebit in manibus, tangetur „animus eius, eritque solito commotior?“ Fateor.
- 7 Sentiet levem quandam, tenuemque motum. Nam, ut dixit Zeno, in sapientis quoque animo, etiam quum vulnus sanatum est, cicatrix manet. Sentiet itaque suspiciones quasdam et umbras affectuum: ipsis quidem carebit. Aristoteles ait, affectus quosdam, si quis illis bene utatur, pro armis esse. Quod verum foret, si velut bellica instrumenta sumi deponique possent induentis arbitrio. Haec arma, quae Aristoteles virtuti dat, ipsa per se pugnant, non expectant manum: habent, et non habentur. Nil aliis instrumentis opus est: satis nos instruxit ratione natura. Haec dedit

6. *Quid ergo? — quidem carebit.*] Primis tamen affectuum motibus et irritamentis sapiens non carebit, ira ipsa non tangetur. Dictum Zenonis, haud dubie Cittici, auctoris familiae Stoicae, (de quo cf. auctores Hist. phil. imprimis Tiedemann Geist der specul. Philos. II, 427. sqq.) accipio de affectibus e sapientis animo non ita prorsus sublatis deletisque, ut non vestigia eorum interdum compareant. Spectant haec ad apathiam stoicam, de qua videndus est noster in Ep. IX. LXXI. Corruptela autem animi per coniunctionem eius cum corpore coorta a veteribus Philoſophis sub imaginibus, ab ulceribus, vulneribus, *κῆλισι, εὐλαϊς, σιγμασι* repetitis, expressa cuique vel ex Virgil. Aen. VI, 735. sqq. ibiq. Heyn. et Exc. XIII. p.

810. T. II. in recenti memoria erit.

7. *Aristoteles ait*] cf. VII. sq. supra. Redit ad quaestionem, quam antea posuerat, an ira utilis sit, interruptam aliis quaestiunculis interfertis. Hi affectus non expectant i. non ferunt, tolerant manum d.: *habent* nos s. rationem, *non habentur* ab illa; alludit ad dictum Aristippi Cyrenaici, a Socrate instructi, in Antiquitate celebratissimum, quippe qui quum Athenis relictis Aeginae cum Laide *ἐταιρη* notissima familiariter viveret, increpantibus amicis dixissetur: *ἔχω Λαίδα, ἀλλ' ἐν ἔχομαι* (ap. Cic. ad Div. vers. ep. IX, 26. habeo, inquit, non habeor) Diogen. Laert. II, 75. ib. Menag. p. 111. quem tamen locus noster fugit.

dedit telum, firmum, perpetuum, obsequens, nec anceps, nec quod in dominum remitti posset. Non ad providendum tantum, sed ad res gerendas satis est per se ipsa ratio. Etenim quid est stultius, quam 9 hanc ab iracundia petere praesidium: rem stabilem ab incerta, fidelem ab infida, sanam ab aegra? Quid, quod ad actiones quoque, in quibus solis opera iracundiae videtur necessaria, multo per se ratio fortior est? Nam quum iudicavit aliquid faciendum, in eo 10 perseverat. nihil enim melius inventura est se ipsa, quo mutetur: ideo stat semel constitutis. Iram saepe misericordia retro egit. habet enim non solidum robur, sed vanum tumorem: violentisque principiis utitur, non aliter quam qui a terra venti surgunt, et fluminibus paludibusque concepti, sine pertinacia vehementes sunt. Incipit magno impetu, deinde deficit ante tempus fatigata: et quae nihil aliud quam crudelitatem ac nova genera poenarum versaverat, quum animadvertendum est, e ira iam fracta lenisque est. Affectus cito cadit: aequalis est ratio. Ceterum etiam 11 ubi perseveraverit ira, nonnunquam si plures sunt, qui perire meruerunt, post duorum triumve sanguinem, occidere desinit. Primi eius ictus acres sunt, sicut serpentium venena a cubili repentium nocent: innoxii dentes sunt, quum illos frequens morsus ex-

hausit.

e. *ira iam fracta* reduxi, scriptt. et edd. ant. e. c. Erasmi ad stipulantibus. Lipsius et Gron. *iam infracta* dederant, ratione mutationis nulla addita; *infracta* esset: valde fracta, cf. Intpp. inpr. Cerdam ad Virg. Aen. XII, 1.

10. *a terra — sunt*] De colpiae et ad nostrae Physices decreta satis apte disputatur.

11. *Innoxii dentes — ex-*
hausit] Iam in antiquitate causam veneni apud serpentes et aspidas exploratam fuisse vel Plin. H. N. XI, 62. bip. docet.

10. *a terra — sunt*] De ventis, a terra surgentibus iisque ex aqua provenientiibus, vid. noster in Nat. Quaest. V, 8. et 14. et Aristotel. ap. Luc. Appuleium de Mundo p. 258. T. II. Opp. bip. ubi de origine venti aquatici f. En-

hausit. Ergo non paria patiuntur, qui paria commiserant, et saepe qui minus commisit, plus patitur, quia recentiori irae obiectus est. Et in totum inaequalis est: modo ultra quam oportet, excurrit, modo ceterius debito refistit. Sibi enim indulget, ex libidine iudicat, et audire non vult, et patrocínio non relinquit locum, et ea tenet quae invasit, et eripi sibi iudicium suum, etiam si pravum est, non finit.

- 12 Ratio utrique parti locum dat, et tempus dat. Deinde advocationem etiam sibi petit, ut excutiendae spatium veritati habeat: ira festinat. Ratio id iudicari vult, quod aequum est: ira id aequum videri vult, quod iudicavit. Ratio nihil praeter ipsum, de quo agitur, spectat: ira vanis et extra causam obversantibus commovetur. Vultus illam securior, vox clarior, sermo liberior, cultus delicatior, advocatio ambitiosior, favor popularis exasperat. Saepe infesta patrone, reum damnat: etiamsi ingeritur oculis veritas, amat et tuetur errorem: coargui non vult, et in male coeptis honestior illi pertinacia videtur, quam poenitentia. Cn. Piso fuit memoria nostra, vir a mul-
- tis

12. *advocationem*] proprie hic posita est advocatio ut verbum iudiciale; qui enim parum instructi ad defendendam causam suam erant, moram et tempus deliberandi advocandique amicos et peritos i. advocationem a iudice petiere; deinde omnem moram et tergiversationem designavit. cf. ad Consol. ad Marc. X. Mox *advoc. ambitiosior* est praesentia amicorum, operam suam commodantium, frequentior, splendidior.

13. *Cn. Piso.*] Syriae praefuit sub Tiberio et causa mor-

tis puratur Germanici fuisse Tacit. II. Annal. 43. 55. ubi maxime irae eius mentio iniicitur: coll. III, 17. *pravus* proprie male distortum designat (I. F. Gronov. ad Liv. IV, 26.), deinde omnem, qui sibi non comitat, qui a recta linea nimis quantum recedit, quam vocis vim hic obtinere sequentia docent. *exhibebat*, secum referebat: vox ex toro sumta: exhibet, qui praestat eius rei, de qua agitur, praesentiam. Pandectar. XII, 6, 5.

tis vitiis integer, sed pravus, et cui placebat pro constantia rigor. Is quum iratus duci iussisset eum, 14 qui ex comteatu sine commilitone redierat, quasi interfecisset quem non exhibebat, roganti tempus aliquod ad conquirendum, non dedit. damnatus extra vallum ductus est, et iam cervicem porrigebat, quum subito apparuit ille commilito, qui occisus videbatur. Tunc centurio supplicio praepositus, condere gladium 15 speculatorem iubet: damnatum ad Pisonem reducit, redditurus Pisoni innocentiam. nam militi fortuna reddiderat. Ingenti concursu deducuntur, complexi alter alterum, cum magno gaudio castrorum, commilitones. Conscendit tribunal furens Piso, ac iubet duci utrumque, et eum militem qui non occiderat, et eum qui non perierat. Quid hoc indignius? quia 16 unus innocens apparuerat, duo peribant. Piso adiecit et tertium. Nam ipsum centurionem, qui damnatum reducerat, duci iussit. Constituti sunt in eodem loco perituri tres, ob unius innocentiam. O quam 17 solers est iracundia, ad fingendas causas furoris! Te, inquit, duci iubeo, quia damnatus es: te, quia causa damnationis commilitoni fuisti: te, quia iussus occidere, imperatori non paruisti. Excogitavit quemadmodum tria crimina faceret, quia nullum invenerat. Habet, inquam, iracundia hoc mali, non vult regi.

Irasci-

15. *Speculatorem*] miles rem poenalem exercens sub praesidio centurionis s. tribuni. cf. Intpp. ad Tacit. Hist. I, 24. Annal. XV, 67. innocentiam, quam amiserat, damnando innocentem. Nisi militem, qui non simul redierat, concreditum fuisse statuamus fidei alterius, cui Cn. Piso tantopere irascebatur, ne

causam quidem rigoris insani inveniemus. Factum autem hoc esse in Syria, nobis vel non monentibus assequutus fueris.

et eum — perierat] verbo tantum monemus, illos duos milites hic intelligi, qui comteatu usi erant: ne quis de speculatore cogitet. Mox *destinavis* i. petiit, sibi elegit.

Irafcitur veritati ipfi, fi contra voluntatem fuam apparuerit: clamore, et tumultu, et totius corporis iactatione, quos deftinavit, infequitur, adieftis con-
 18 viciis maledictisque. Hoc non facit ratio: fed fi ita opus eft, filens quietaque, totas domos funditus tollit, et familias reipublicae peftilentes cum coniugibus ac liberis perdit, tecta ipfa diruit, et folo exaequat; et inimica libertati nomina extirpat. Haec non frendens, nec caput quaffans, nec quidquam indecorum iudici faciens, cuius tum maxime placidus effe debet
 19 et in ftatu vultus, quum magna pronuntiat. Quid opus eft, inquit Hieronymus, quum velis caedere aliquem, prius tua labia mordere? Quid fi ille vidiffet, defilientem de tribunali proconfulem, et faeces licftori auferentem, et fua veftimenta fcindentem, quia tardius fcindebantur aliena? Quid opus eft menfam evertere? quid pocula affligere? quid fe in columnas impingere? quid capillos evellere? femur pectusque percutere? Quantam iram putas, quae quia non tam cito in alium quam vult, erumpit, in fe revertitur?
 20 Tenetur itaque a proximis, et rogatur, ut ipfe fibi placetur: quorum nihil facit, quisquis vacuus irâ; meritam cuique poenam iniungit. Dimittit faepe eum,
 cuius

18. *Hoc non facit ratio*] Exempli facile inventu. Lipfius laudat recte Sp. Maelium (ex Liv. IV, 16.) Manliumque Capitolinum, cuius praenomen (Marcus) pofteri vetiti funt ferre (Liv. VI, 20.). Familiae peftilentes reip. fuere Tarquinii etc.

19. *Hieronymus*] Rhodius, Peripateticus, inprimis nobilis, (Diog. Laert. V, 68. Loca Cicer. v. in Indice hift. Ernest. h. v.) Vixit sub Ptole-

maeo Philadelpho circ. ol. 127. Omnia, quae fcripfit, quae multa fuere, funt in deperditis, (cf. Fabric. Bibl. Graec. T. III, p. 495. fq.) nec affirmare licet, ubi haec, quae nofter citat, locum habuerint. — *Veftimenta* fcindere, menfam evertere, pocula affligere (in terram iacere) etc. effe iratorum, quis nescit?

20. *Dimittit faepe*] Stoicorum dogma: delicta effe pariter relinquere noftrum et mitig-

cuius peccatum deprehendit, si poenitentia facti spem bonam pollicetur, si intelligit, non ex alto venire nequitiam, sed summo, quod aiunt, animo inhaerere. Dabit impunitatem, nec accipientibus nocituram, nec dantibus. Nonnunquam magna scelera levius, quam minora compescet, si illa lapsu, non crudelitate commissa sunt; his inest latens et operata, et inveterata calliditas. ^f Idem delictum in duobus non eodem malo afficiet, si alter per negligentiam admisit, alter curavit ut nocens esset. Hoc semper in omni animadversione fervabit, ut sciat, alteram adhiberi, ut emendet malos: alteram, ut tollat. In utroque non praeterita, sed futura intuebitur. Nam, ut Plato ait: **21** Nemo prudens punit, quia peccatum est, sed ne peccetur; revocari enim praeterita non possunt, futura prohibentur: et quos volet nequitiae male cedentis exempla fieri, palam occidet, ^g non tantum ut pereant ipsi, sed ut alios pereundo deterreant. Haec cui **22** expendenda, aestimandaque sunt, vides quam debeat omni perturbatione liber accedere ad rem summa diligentia tractandam, potestatem vitae necisque. Male irato ferrum committitur. Ne illud quidem iudicandum est, aliquid iram ad magnitudinem animi conferre. Non est enim illa magnitudo; tumor est: nec, **23** corporibus copiâ vitiosi humoris intensus, morbus incrementum est, sed pestilens abundantia. Omnes

C 2

quos

- f. *Idem delictum — eodem malo aff.* cum Gronov. recepi, scriptis et edd. vett. adstipulantibus: i. eadem poena et danno. Exempla affert Gronov. Antea: *modo*, quod Lips. ruebatur.
- g. *non tantum* — bene habet haec lectio: ipsis his peccantibus pereundum est, ut futura mala prohibeantur; sed haec non sola ratio est; accedit altera, ut exemplo sint alijs. Itaque coni. Lipsii: *non tam* haud admittenda.

re, quis intelliget. cf. Cic. *Paradox. I. et de finib. IV, 27. 28.* IX, p. 5. XI, p. 164. 165. Tom. IX. bip.

Hoc semper — deterreant] **23. nec corporibus — mor-**
Platonem expressit de *Legg.* *bus incrementum est]* negli-
gen-

quos vecors animus supra cogitationes extollit humanas, altum quiddam et sublime spirare se credunt: ceterum nihil solidi subest, sed in ruinam prona sunt, 24 quae sine fundamentis crevere. Non habet ira cui infistat. non ex firmo mansuroque oritur, sed ventosa et inanis est: tantumque abest a magnitudine animi, quantum a fortitudine audacia, a fiducia insolentia, ab austeritate tristitia, a severitate crudelitas. Multum, inquam, interest inter sublimem animum, et superbum. Iracundia nihil amplum decorumque mo- 25 litur. Contra, mihi videtur ^h veternosi et infelicis animi, imbecillitatis sibi conscii, saepe indolescere. Vt exulcerata et aegra corpora, ad tactus levissimos gemunt; ita ira muliebri maxime et puerile vitium est. At incidit et in viros. nam viris quoque pueri- 26 lia ac muliebria ingenia sunt. „Quid ergo? non alii, quae voces ab iratis emittuntur, quae magno emissae, videantur animo, veram ignorantibus magnitudinem? qualis illa dira et abominanda: Oderint, dum metuant. Sullano scias seculo scriptam.“ Nescio utrum sibi peius optaverit, ut odio esset, an ut timori. Oderint. Occurrit illi, futurum, ut execrentur, infidientur, opprimant. Quid adiicit? Dii illi male faciant, adeo reperit dignum odio remedium. Oderint. Quid? dum pareant? non. Dum probent? non. Quid ergo? dum timeant. Sic nec amari quidem

^h. *veternosi* i. vetustate aegri. cf. II, 19. *Ventosi*, quod alii habent, aberratio librarr.

gentius elata: i. aqua intercus, ille morbus, nec incrementum est. non est incrementum, morbus est, pergere debuisset.

26. *Oderint, dum metuant*] Quo dicto nihil tritius apud *Vetores*, ex tragoedia, *Atreus*

inscripta *Attii*, s. *Accii*, poetae, qui *sullano seculo* (circ. A. V. 600.) vixit, fortasse defunctum. cf. *Cic. de Offic. I, 30.* ibique intpp. *Sueton. Calig. 30.* tragicum illud subinde iactabat. —

dem vellem. Magno hoc dictum spiritu putas? falleris. nec enim magnitudo ista est, sed immanitas. Non est quod credas irascentium verbis: quorum strepitus magni, minaces sunt, intus mens pavidissima. Non est quod existimes verum esse, quod apud disertissimum virum Livium dicitur: „Vir ingenii magni, magis quam boni.“ Non potest illud separari: ⁱ aut et bonum erit, aut nec magnum, quia magnitudinem animi inconcussam intelligo, et introrsus solidam, ab imo parem firmamque, qualis inesse malis ingeniis non potest. Terribilia enim esse, et tumultuosa, et exitiosa possunt: magnitudinem quidem, cuius firmamentum roburque bonitas est, non habebunt. ceterum sermone, conatu, et omni extra paratu facient magnitudinis fidem. Eloquentur aliquid, quod tu magni putes, sicut C. Caesar, qui iratus coelo, quod obstreperet pantomimis, quos imitabatur studiosius quam spectabat, quodque ^k commissio sua fulminibus

C 3

nibus

- i. *aut et bonum e. a. n. m.* cum Rubenio recepi ex libris et vet. edd. Lipsius invexerat: aut magnum et bonum erit.
 k. *commissio.* reduxi, Lipsio non improbane. *Commissio* antea legebatur: quod hic stare nequit; agitur enim de spectaculis, quibus ipse Caligula ut actor interfuerat: qua in re commissio vocabulum proprium est. Plin. Ep. VII, 24. etc. *Sine missione* i. ut alter eorum caderet: antiqua lectio.

27. *Livium*] Livius eo nomine defendendus esse videtur, quod non ut philosophus stoicus, sed ut historicus, cui iudicia publica eaque communia hominum, quamvis philosophorum decretis interdum haud consentanea, sequi licet, iudicium suum ex ingenii viribus ad consilia exsequenda haud vulgaribus adhibitis eventumque magnitudinem metiens, bonitatem vero ex consiliis ipsis accurate

consideratis, interposuit. Ceterum Senecae quemcumque assensurum esse putem.

29. De Cuii Caesaris impietate cf. et Sueton. Calig. 22, ed. II. Ernest. (nam in prioribus edd. Suetonii, uti et Senecae, alia graeca leguntur). Versus desumptus ex Hom. II. ψ , 724. tolle me, aut ego te. *fulmina proventus parum cerva*, quia ipsum illud scelestum caput non tangerent.

nibus terreretur, prorsus parum certis, ad pugnam vocavit Iovem, et quidem sine missione, Homericum illum exclamans versum, ἦ μὲν ἀνάειρ', ἦ ἐγὼ σέ. Quanta dementia fuit! putavit, aut sibi noceri ne a Iove quidem posse, aut se nocere etiam Iovi posse.

- 30 Non puto parum momenti hanc eius vocem ad incitandas coniuratorum mentes addidisse; ultimae enim patientiae visum est, eum ferre, qui Iovem non ferret. Nihil ergo in ira, ne quum videtur quidem vehemens, deos hominesque despiciens, magnum, nihil nobile est: aut si videtur alicui magnum animum ira producere, videatur et luxuria. Ebore sustineri vult, purpura vestiri, auro tegi, terras transferre, maria concludere, flumina praecipitare, nemora suspen-

Sine omissione a librario, qui difficiliorem lectionem non intellexisset, investum esse viderur. Ceterum in versu homerico variant libri; alii habent: *eis γαίαν Δαναῶν περᾶω σε* → alii: *Ζεῦ πάτερ ἔτις σεῖο θεῶν ὀλωτότερος ἄλλος* ex Il. γ, 365. Dio tamen Cassius 59, 28. nostram lectionem tuerur, ex Il. ψ, 724. desumptam, quam et Ernesti potiore putans Suetonio restituit. Saepe autem talem diversitatem in MSS. occurrere constat, ex insitia librariorum, qui loquum, in quo graeca erant, vacuum linquendo posteris ansam dedere explendi ex lubitu, profectam. Nostra lectio ceteris praestat ad insaniam Caligulae ridiculam demonstrandam.

31. *Ebore — suspendere*]

Lecti, fellae, vehicula, ipsa pavimenta eburnea s. ebore distincta (Ep. 122. N. Quaest. I. praef.) auroque, ut lacunaria (plafonds) Interpp. ad Horat. II, od. 18, 2. Plin. H. N. XXXIII, 3. Moris luxuriosorum erat, montes e planis, plana e montibus facere, maria ad piscinas faciendas molibus iniectionis coartare, imprimis ad Baias (Interpp. ad Horat. Od. III, 1, 33.), aedificia in mari

exstruere ad auram frigidam captandam: — *flumina praecipitare* spectat ad artes aquaticas, ut vocant, per quas aqua, croco, vino et balsamo diluta, ex alto, fistularum ope, demissa, spectaculum, murmur et odorem oculis, auribus, nasoque gratum suppeditaret. cf. ad N. Quaest. II, 9. et Hemsterhus. ad Lucian. I. p. 281. bip. *nemora suspendere* ad silvas pensiles spectat, in aedium tectis planis ut viridaria

pendere. Videatur et avaritia magni animi. acer-
vis auri argentique incubat, et provinciarum nomini-
bus agros colit, et sub singulis villicis latiores habet
fines, quam quos Consules fortiebantur. Videatur
et libido magni animi. transnatat freta, puerorum
greges castrat, sub gladium mariti venit uxor, morte
contenta. Videatur et ambitio magni animi. non est
contenta honoribus annuis: si fieri potest, uno no-
mine occupare factos vult, per omnem orbem titulos
disponere. Omnia ista non refert in quantum proce-
dant extendantque se: angusta sunt, misera, depressa.
Sola sublimis et excelsa virtus est: nec quidquam ma-
gnum est, nisi quod simul et placidum.

ria dispositas, ex more, qui fundia aut praedia, quae pro-
hodieque obtinet in terris vinciae appellari possint. *Con-*
meridionalibus. Plin. H. N. *sules* accipiebant per sortem
XV, 14, — quoniam in testa provincias, in quas abirent:
iam silvae scandunt. Mox res nota. *titulos*, statuas in-
Provinciarum nom. sunt lati- scriptionesque.

L. ANNAEI SENECAE
DE IRA
AD NOVATVM
LIBER SECVNDVS.

I.

PPRIMVS liber, Novate, benigniorem habuit materiam: facilis enim in procliva vitiorum decursus est. nunc ad exiliora veniendum est. Quærimus enim, utrum ira iudicio, an impetu incipiat: id est, utrum sua sponte moveatur, an quemadmodum pleraque, quæ intra nos insciis nobis oriuntur. Debet autem in hæc se demittere disputatio, ut ad illa quoque altiora possit exsurgere. Nam et in corpore nostro ossa, nervique et articuli, firmamenta totius, et vitalia, minime speciosa visu, prius ordinantur: deinde

ANIMADVERSIONES.

Lib. II, Cap. I. Se iam ad spinosiores quaestiones procedere declarat: utrum ira in nostra potestate sit, nec ne, ut nobis sive auctoribus sive insciis exoriatur in nobis. Eam vero nihil efficere nisi animo approbante statuit,

benigniorum] uberiorem et faciliorem ad tractandum, quoniam vitia ante te quasi expansa vides, ut in ea, perinde ac ex alto descendere animo facile possis, Spectat ad descriptiones et definitio-

nes et refutationes, quibus primus liber repletus est. *Procliva* i. proclivitatem, planum: quasi in campo plano vitia sint aperta ex alto despicienti: neutro autem gen. adiectivorum saepe pro substantivis utitur noster. *Exiliora* i. spinosiora, subtiliora: sequentes enim quaestiones magna ex parte ad philosophiam contemplativam spectant. *Altiora* autem complectuntur regulas et remedia ad iram inhibendam tollendamve.

deinde haec, ex quibus omnis in faciem aspectumque decor est: post haec omnia, qui maxime oculos rapit color, ultimus, perfecto iam corpore, affunditur. Iram quin species oblata iniuriae moveat, non est du-³ bium: sed utrum speciem ipsam statim sequatur, et, non accedente animo, excurrat, an illo assentiente moveatur, quaerimus. Nobis placet, nil ipsam per se audere, sed animo approbante. Nam speciem capere⁴ acceptae iniuriae, et ultionem eius concupiscere, et utrumque coniungere: nec laedi se debuisse, et vindicari debere, non est eius impetus, qui sine voluntate nostra concitatur. Ille simplex est: hic compositus, et plura continens. Intellexit aliquid, indignatus est, damnavit, ulciscitur: haec non possunt fieri, nisi animus eis, quibus tangebatur, assensus est.

II. „Quorsus,“ inquis, „haec quaestio pertinet?“ Vt sciamus, quid sit ira. Nam si invitis nobis nascitur, nunquam rationi succumbet. Omnes enim motus,² qui non voluntate nostra fiunt, invicti et inevitabiles

C 5

sunt,

3. *Iram* —] species oblata i. visum, *Φαντασία τῆ ἀδικήματος*. Nobis i. Stoicis. Erat autem dogma Stoic.: visis sapientem non moveri debere ad actionem aliquam nisi se volente.

4. *non est — impetus*] Idem impetus hanc utramque cogitationem: nec laedi se debuisse, et vindicari debere, in animo nostro efficere, producere potest: haec duo momenta per eum simplicem impetum, motum (perturbationem) non fiunt, nisi ratio accesserit. Perceptione igitur et sensatione (ut nos lo-

quimur) impetus simplex continetur, cognitione vero et iudicio impetus compositus. Visa enim et impetus (*Φαντασίας καὶ ὀρμῆν*) sequuta est appetitio, *ὄρεξις*, secundum Stoicos, ratione accedente et approbante.

Cap. II. Declarat vim huius quaestionis, et de irae origine exponit.

2. *Omnes enim motus* —] per visa effectos: impetum simplicem intelligit, impressiones nos dicimus. Idem M. Antonin. de rebus suis I, §. 26. *πρὸς τὴν αἰσθησὶν Φυσικὴν ἔσαν ἡ κεραιαίου ἀντι-*

sunt, ut, horror frigidâ aspersis, ad quosdam ^a ictus aspernatio, ad peiores nuntios subriguntur pili, et rubor ad imptoba verba suffunditur, sequiturque vertigo praeupta cernentes. Quorum quia nihil in nostra potestate est, nulla, quo minus fiant, ratio persuadet. **3** Ira praeceptis fugatur. Est enim voluntarium animi vitium, non ex his, quae conditione quadam humanae fortis eveniunt, ideoque etiam sapientissimis accidunt: inter quae et primus ille ictus animi ponendus est, qui nos post opinionem iniuriae movet. **4** Hic subit etiam inter ludicra scenae spectacula, et lectiones rerum vetustarum; saepe Clodio Ciceronem expellenti, et Antonio occidenti, videmur irasci.

Quis

VARIETAS LECTIIONIS.

Lib. II. Cap. II. a, *ictus*. Reduxi ex Erasm. antea *tactus*. motus enim hos, de quibus sermo est, et mox et c. IV. *ictus* appellat, quibus violentius quid inesse videtur, quod hic desideratur, quam τφ̄ tactus.

ἀντιβαίνειν. cf. nostr. Ep. II. 57.85. ut *horror frigidâ* (aqua), *asp.* aspernationes, i. aversiones noster Ep. 121. fin. naturales a contrariis aspernationes sunt.

3. *Primus ictus animi*] i. perturbatio, qua ad vindictam movemur.

4. *Hic subit* —] dum fabulis agendis intertumus spectatores, dum rerum gestarum ante nos (vetustarum) historiam legimus. Harum rerum auctorem Livium, quem in magno honore habet (I, 16.) respexisse videtur; tractaverat autem ille has res in historia sua: de Sulla et Mario libb. 77 - 89. uti Epitomae docent; nunc adi Plutarch. in vitis Sullae et Marii et Freinshem. Supplem. ad

Liv. De Cicerone egerat lib. 103. nunc vid. Plutarch. in vit. Cie. et Middleton's life of Ciceron. Narraverat quoque Livius lib. 112.: Cnei Pompeium magnum, quum Aegyptum peteret, iussu Ptolemaei regis pupilli, (qui et Pt. puer vocatur a Vellei. Pat. II, 53.) auctore Theodoto praeceptore, cuius magna apud regem auctoritas erat, et Photino, occisum esse ab Achilla, cui id facinus erat delegatum, in navicula antequam in terram exiret: nunc cf. Plutarch. vit. Pompeii c. 77 - 80. Tom. III. p. 863. Reisk. Sunt haec exempla sympathiae, ut folis sensibus a re externa impulsis ad aliquid permoveamur.

Quis non contra Marii arma, et contra Sullae pro-
scriptionem concitatur? Quis non Theodoto, et
Achillae, et ipsi puero, non puerile auso facinus,
infectus est? Cantus nos nonnunquam et concitata 5
modulatio instigat. Martius quoque ille tubarum sonus
mouet mentes, et atrox pictura et iustissimorum sup-
pliciorum tristis aspectus. Inde est quod arridemus 6
ridentibus, et contristat nos turba moerentium, et
effervesceimus ad aliena certamina: quae non sunt: et
irae, non magis quam tristitia est, quae ad conspe-
ctum mimici naufragii contrahit frontem: non magis
quam timor, qui Hannibale post Cannas moenia cir-
cumfidente, lectoris percutit animum: sed omnia ista
motus sunt animorum moveri nolentium, nec affectus,
sed principia praeludentia affectibus. Sic enim milita- 7
ris viri, in media pace iam togati, aures tuba suscitatur,
equosque castrenses erigit crepitus armorum. Alex-
andrum aiunt, Xenophantō canente, manum ad ar-
ma misisse.

III. Nihil ex his quae animum fortuito impellunt,
affectus vocari debet: ista, ut ita dicam, patitur ma-
gis

6. *Inde est* —] Quis non
reminiscetur illud Horatia-
num: ut ridentibus adrident,
ita flentibus adflent Humani
vultus — ubi Bentley nostrum
locum non praeteriit, ad Art.
poet. 101. 102. *aliena certami-
na* currentium pugnantiumve
in Circo aut Amphitheatro: *mi-
mica naufragia*, quae in scenis
occurrebant repraesentatae.

Hannibale —] cf. Liv. XXVI,
7. a. V. C. 525. quinque an-
nis post proelium Cannense
hoc demum evenit. *iam togati*,
ideoque iam emeriti et dimissi.

7. *Xenophantō*.] Diverse
hoc narratur: alii enim tra-
dunt de Timotheo tibicine in
antiquitate celeberrimo (cf.
Suid. Τιμόθεος 3 ib. Intpp. et
Freinshem, Suppl. Curt, I, 3,
26.); Antigenides vocatur ap.
Plutarch. de fortitud. Alex.
II, 4.

Cap. III. Ira est affectus,
quippe qui non sine mentis
assensu est. Distinguenda est
a corporis pulsibus: non fit
sine assensu mentis.

Nihil ex his —] Distin-
guit affectum ab impetu sim-
plici.

gis animus, quam facit. Ergo affectus est, non ad oblatas rerum species moveri, sed permittere se illis, 2 et hunc fortuitum motum persequi. Nam si quis pallorem, et lacrimas procidentem, et irritationem humoris obscuroeni, altumve suspirium, et oculos subito acriores, aut quid his simile, indicium affectus, animique signum putat; fallitur, nec intelligit, hos cor- 3 poris esse pulsus. Itaque et fortissimus plerumque vir, dum armatur, expalluit: et signo pugnae dato, ferocissimo militi paululum genua tremuerunt: et magno imperatori, antequam inter se acies arietarent, cor exsiluit: et oratori eloquentissimo, dum ad dicendum 4 componitur, summa riguerunt. Ira non moveri tantum, sed excurrere debet, est enim impetus. nunquam autem impetus sine assensu mentis est: neque enim fieri potest, ut de ultione et poena agatur, animo nesciente. Putavit se aliquis laesum, voluit ulcisci: dissuadente aliqua causa, statim resedit. Hanc iram non voco, sed motum animi, rationi parentem. Illa est ira, quae rationem transilit, quae secum rapit. Ergo illa prima agitatio animi, quam species iniuriae incussit, non magis ira est, quam ipsa iniuriae species; sed ille sequens impetus, qui speciem iniuriae non tantum accepit, sed approbavit, ira est, concitatio animi, ad ultionem voluntate et iudicio per-

plici, quem quidem pallor, lacrimae procidentem etc. indicant.

3. *Itaque* —] Et hi motus s. impetus simplices sunt. *expalluit* i. expallescere solet; *tremuerunt* etc. Seneca praeteritis ἀποψωγ uti amat. *arietarent* i. congrederentur, concurrerent: verbum hoc nostro familiare est. III, 4.

ad Marc. II, ep. 103. Quaest. nat. V, 13. Garak. ad Antoniu. p. 232, 20. sq. docte illustravit. *Summa* i. summae corporis partes, labia, manus. τὰ ἄκρα. Valcken. Analog. L. G. p. 64. ed. Scheyd.

4. *impetus*] Est ille compositus impetus, de quo ad c. I. diximus: πᾶθος.

pergentis. Numquid dubium est, quin timor ^a fugam ⁵ habeat, ira impetum? Vide ergo, an putes, aliquid sine assensu mentis aut peti posse, aut caveri.

IV. Et ut scias, quemadmodum incipiant affectus, aut crescant, aut efferantur, est primus motus non voluntarius quasi praeparatio affectus, et quaedam commutatio: alter cum voluntate non contumaci, tanquam oporteat me vindicari, quum laesus sim, aut oporteat hunc poenas dare, quum scelus fecerit: tertius motus est iam impotens, qui non, si oportet, ulcisci vult, sed utique, qui rationem evicit. Primum ² illum animi ictum effugere ratione non possumus: sicut ne illa quidem, quae diximus accidere corporibus, ne nos oscitatio aliena sollicitet, ne oculi ad intentionem subitam digitorum comprimantur. Ista non potest ratio vincere: consuetudo fortasse, et affi-
dua

Cap. III. a. *fugam* tueor cum Lipsio. caveri enim, quod mox sequitur, ad timorem spectat. Comparat autem timorem cum ira: utrique affectus, ait, sine affectu mentis fieri nequeunt. finem scripti habent. Interpunctionem mutavi, sensu et sermone Senecae poscentibus, sublato puncto post *approbavit*, et comitate posito post *est*; ut *concitatio* sit appositio irae.

5. *Numquid* —] Neque timor neque ira sine iudicio animi sunt. *fuga* i. q. aspernatio. *Vide ergo* — i. cave igitur putes, noli putare. Ceterum et Cic. Tusc. disp. IV, 31. hanc sententiam tuitus est: omnes perturbationes (ita *πάθη* fere semper appellat) esse in nostra potestate, omnes iudicio susceptas, omnes voluntarias.

crescit assensu mentis, sed obscuro: maturefcit rationem secum rapiens. Stoici hos gradus designabant vocibus: *ῥοπή, εἴξει, συγκαταθέσει, ὀρμή* (propensione per visum, tum admissione et cessatione, mox consensione, denique appetitu impetuque). Lipsius in *Manuduct. ad Philos. Stoic.* III, 7. p. 156. 157.

Cap. IV. Progressus affectus: nascitur nobis insciis:

2. *diximus*] vid. c. 2. ubi de motibus non voluntariis egerat.

3 dua obfervatio extenuat. Alter ille motus, qui iudicio nascitur, iudicio tollitur. * * * *

V. Illud etiamnum quaerendum est: hi qui vulgo faeviant, et sanguine humano gaudent, an irascantur, cum eos occidunt, a quibus nec acceperunt iniuriam, nec accepisse se existimant: qualis fuit Apollodorus aut Phalaris. Haec non est ira: feritas est. non enim quia accepit iniuriam, nocet: sed parata est, dum noceat, ^a vel accipere. nec illi verbera lacerationesque in ultionem petuntur, sed in voluptatem. 3 Quid ergo? Origo huius mali ab ira est: quae ubi frequenti exercitatione et satietate in oblivionem clementiae venit, et omne foedus humanum eiecit animo, novissime in crudelitatem transit. Rident itaque, gaudentque, et voluptate multa perfruuntur, plurimumque ab iratorum vultu absunt, per otium saevi. Hannibalem aiunt dixisse, cum fossam sanguine humano plenam vidisset: O formosum spectaculum! Quanto pulchrius illi visum esset, si flumen aliquod 4 lacumque compleisset? Quid mirum, si hoc maxime specta-

Cap. IV. a. Lacunam hic esse patet: nam de tertio motu agendum erat. Proinde lacunae notas appingi iussi, et Lipsio suadente.

Cap. V. *Vel accipere*: ex coni. Lipsii recepi: antea erat velle accipere, quod stare non poterat antecedente: parata est, i. vult. *Vel* i. adeo, librariis non intellectum facilem ansam dedit mutationis in velle.

Cap. V. Distinguit crudelitatem et saevitiam ab ira: origo tamen eadem est.

Apollodorus — Ph.] apud Ciceron. de Nat. Deor. III, 33. tamquam tyranni crudelissimi iunguntur: ille tyrannus Cassandriae, urbis Macedoniae: de quo cf. Aelian. Var. Hist. XIV, 41. ib. Pe-

rizon. Pausan. IV, 5. p. 470. ed. Facii. De Phalaride, tyranno Agrigentino, loc. class. Cic. de off. II, 7. III, 6. Diod. Sic. XIII. p. 211. post Bentleii disputationes praeclaras nihil est, quod amplius addas.

3. *Hannibalem —*] inhumanam crudelitatem Hannibalis taxat et Liv. XXI, 4. XXIII, 5. ubi

spectaculo caperis, innatus sanguini, et ab infante caedibus admotus? sequetur te fortuna crudelitatis tuae per viginti annos secunda, dabitque oculis tuis gratum ubique spectaculum. videbis istud et circa Trasimenum, et circa Cannas, et novissime circa Carthaginem tuam. Volefus nuper sub divo Augusto 5 proconsul Asiae, cum trecentos una die securi percussisset, incedens inter cadavera vultu superbo, quasi magnificum quiddam conspiciendumque fecisset, Graece proclamavit: O rem regiam! Quid hic rex fecisset? Non fuit haec ira, sed maius malum, et insanabile. * * * b

VI. „Virtus,“ inquit, „ut honestis rebus propitia est, ita turpibus irata esse debet.“ Quid si dicatur, 2 virtutem et humilem et magnam esse debere? a atqui haec

b. Et hic lacunas apponi iussi: deest enim origo feritatis ab ira, quam noster paratissimus ad descriptiones, non praetermississe putandus est.

Cap. VI. a. atqui b. d. qui reposui: est enim conclusio, et scripti suadebant. Antea: atqui h. d. illam; omisso το qui ante illam.

5. ubi accusatur milites suos efferasse, pontibus ac molibus ex humanorum corporum strue faciendis, et vesci humanis corporibus docendo. Ceterum de eo omnia nota vel ex Cornelio Nepote. In Italia degit XVII. annis. Pugnae maximae eius cum Romanis narrantur: novissima depugnabatur ad Zama, quae quinque dierum iter aberat a Carthagine. Liv. XXX, 29.

5. Volefus] Volefus Mefala, proconsul Asiae, sub Augusto damnatus. Tacit. Annal. III, 68.

Cap. VI. Refutat obiectionem: virtutem quoque irasci debere turpibus rebus. Viri boni non est, peccatis peccantibusve irasci, quia sapiens semper liber est ab omni affectu. Stoici autem docuere: sapientem sibi semper constare, et in perpetuo gaudio esse; voluptatique (τῆ ἡδονῆ) Epicureorum gaudium suum (χαρὰν, εὐφροσύνην, θάρσος) opposuere cum iis digladiantes. Seneca hoc decretum tenaciter defendit, e. c. de vit. beat. 4. Ep. 23. 27. cf. Lipsii Manuduct. in philos. Stoic. III, 5. p. 144. sq. et Gataker. ad Antonin. p. 313

haec dicit, qui illam extolli vult, et deprimi, quoniam laetitia ob recte factum clara magnificaque est; ira ob alienum peccatum sordida et angusti pectoris est: nec unquam committet virtus, ut vitia, dum compescit, imitetur. ipsam iram castigandam habet, quae nihilo melior est, saepe etiam peior his delictis, quibus irascitur. Gaudere laetarique, proprium et naturale virtutis est: irasci non est ex dignitate elus, non magis quam moerere. Atque iracundiae tristitia comes est: et in hanc omnis ira vel post poenitentiam, vel post repulsam revolvitur. Et si sapientis est, peccatis irasci, magis irascetur maioribus, et saepe irascetur. sequitur, ut non tantum iratus sit sapiens, sed iracundus. Atqui si nec magnam iram, nec frequentem, in animo sapientis locum habere credimus: quid est, quare non ex toto hoc affectu illum liberemus? modus, inquam, esse non potest, si pro facto cuiusque irascendum est. Nam aut iniquus erit, si aequaliter irascetur delictis inaequalibus: aut iracundissimus, si toties excanduerit, quoties iram scelera meruerint. Et quid indignius, quam sapientis affectum ex aliena pendere nequitia? desinet ille Socrates posse eundem vultum domum referre, quem domo extulerat.

VII. Atqui si irasci sapiens debet turpiter factis, et concitari tristarique ob scelera, nihil est aerumnosius sapiente. omnis illi per iracundiam moeroremque
vita

5. *desinet*] de Socratis aequabilitate animi et eodem semper vultu eademque fronte una apud Veteres vox. cf. Gataker. ad Antonin. p. 13. b. qui et nostrum locum exhibuit: add. I. M. Heusing. ad Cic. de Offic. I, 26, 2.

Cap. VII. Pergit in probatione, quam inceperat: sapientem turpiter factis irasci non debere: sin ei hoc liceat, in ira sempiterna ei degendum erit. Hac occasione data vehementer invehitur in viriositatem sui temporis,

vita transibit. Quod enim momentum erit, quo non 2
 improbanda videat? quoties procefferit domo, per
 sceleratos illi, avarosque, et prodigos, et impuden-
 tes, et ob ista felices, incedendum erit: nusquam
 oculi eius flectentur, ut non, quod indignentur, in-
 veniant. Deficiet, si toties a se iram, quoties causa 3
 poscet, exegerit. Haec tot millia ad forum prima
 luce properantia, quam turpes lites, quanto turpio-
 res advocatos a consciscunt? Alius iudicia patris ac-
 cusat, quae mereri b satis fuit: alius cum matre con-
 sistit: alius delator venit eius criminis, cuius mani-
 festior reus est. et iudex damnaturus quae fecit, eli-
 gitur: et corona pro mala causa, bona patroni voce
 corrupta. Quid singula persequor? quum videris 4
 Forum multitudine refertum, et Septa concursu omnis
 frequentiae plena, et illum Circum, in quo maximam
 sui

Cap. VII. a. *consciscunt* praetuli τω habent. Est enim vox
 significantior, de re mala. cf. Gron. ad Liv. XXI, 8, 4. τω
 habent esse videtur glossema. Lipsius probat.

b. *satis fuit* (i. fuisset, ut nos loquimur: veteres enim amant
 in tali positu indicativum.) ex vet. edd. omnibus et pluribus
 MSS. quid? quod sensus postulat. Gronovium sequutus re-
 duxi. antea: *satius*.

ris, in qua describenda et
 vividiore spiritu efferenda ni-
 mis sibi indulgit: ut magis
 ἐπιδειξίω declamatoriam le-
 gere putaveris.

3. *turpiores*] quippe qui et
 ipsi scelerati lucrique causa
 prava aut iniusta defendunt.

iudicia patris] i. supremam
 voluntatem patris, in testamen-
 to declaratam, adversus filium,
 qui flagitiis suis, quibus tale
 iudicium patris sibi pepererat,
 novam hanc adiicit turpitu-

Vol. I.

dinem, ut memoria patris in-
 quinata se ipse prostituat,
 dum in causas istius iudicii
 inquiritur. Alius adversus
matrem litem agit ipse sce-
 leratus, qui matrem facino-
 rum insimulet. *Corona* au-
 dientium, qui iudicia in foro
 cingebant.

4. *Septa*] tempore Reipu-
 blicae comitiis populi celebra
 in Campo Martio: quibus
 sublati sub principibus am-
 bulandi causa, uti Circi lu-
 dorum causa frequentabantur.

D

fui partem populus ostendit: hoc scito, istic tantundem esse vitiorum, quantum hominum. Inter istos quos togatos vides, nulla pax est: alter in alterius exitium levi compendio ducitur.

VIII. Nulli nisi ex alterius damno quaestus est: felicem oderunt, infelicem contemnunt: ^a maiore gravantur, minori graves sunt: diversis stimulantur cupiditatibus: omnia perdita ob levem voluptatem praedamque cupiunt. Non alia quam in ludo gladiatorio vita est, cum iisdem viventium pugnantiumque Ferrarum iste conventus est: nisi quod illae inter se placidae sunt, morsuque similibus abstinent, hi mutua laceratione fatiantur. Hoc uno ab animalibus mutis differunt, quod illa mansuescunt alentibus, horum rabies ipsos, a quibus est nutrita, depascitur. Nunquam irasci desinet sapiens, si semel coeperit. omnia sceleribus ac vitiis plena sunt, plus committitur, quam quod possit coërcitione sanari. Certatur ingenti quodam nequitiae certamine: maior quotidie peccandi cupiditas, minor verecundia est. Expulso melioris aequiorisque respectu, quocunque visum est, libido se impingit. nec furtiva iam scelera sunt: praeter oculos eunt. adeoque in publicum missa nequitia est, et in omnium pectoribus evaluit, ut innocentia non rara, sed nulla sit. Numquid enim singuli aut paucis rupere

Cap. VIII. a. *maiore* antiqua lectio: moneo, ne Lipsio assentiaris, qui mavult: *maiozem* i. gravate et aegre ferunt. Est enim bonus sensus: urgentur a maiore, ipsi urgent minorem.

levi compendio] i. lucro, mox pugnaturi secum et se quaestu. mutuo caesuri.

placidae] haec comparatio in simili re saepe occurrit ap. Veteres (v. Horat. Epod. VII, 12. ibiq. Bentl.), historia tamen naturali refragante.

Cap. VIII. Vitiostitas temporis sui.

2. *in ludo*] gladiatores simul habitant et aluntur,

5. Ver-

rupere legem? undique, velut signo dato, ad fas nefasque miscendum coorti sunt.

— *Non hospes ab hospite tutus,*

Non socer a genero: fratrum quoque gratia rara est.

Imminet exitio vir coniugis, illa mariti.

Lurida terribiles miscent aconita novercae.

Filius ante diem patrios inquirit in annos.

Et quota pars ista scelerum est? non descripsit castra 6
ex una parte contraria, parentum liberorumque sacramenta diversa, subiectam patriae civis manu flammam, et agmina infestorum equitum ad conquirendas proscriptorum latebras circumvolitantia, et violatos fontes venenis, et pestilentiam manu factam, et praeductam obsessis parentibus fossam, plenos carceres, et incendia totas urbes concremantia, dominationesque funestas, et regnorum publicorumque exitiorum clandestina consilia: et pro gloria habita,

D 2

quae,

5. Versus sunt ex Ovid. *Metam.* I, 144. sq. depromti, in quibus ferrea aetas describitur, moribus Romanorum corruptis per prolepsin expressis. [*Aconitum* est herba venenosa, ex Ponto in Italiam advecta, haud absimilis trifolio pratensi (*ἀγρώσιδα* Schol. ad Nicandr. *Alexipharm.* p. 31. Schneid.). Voss ad Virg. *Ge.* II, 152. *lurida* i. caerulea. *filius* ingratus Chaldaeos adit, de vita patri adhuc reliqua consulturus.]

6. *Et quota pars* —] exiguam scelerum partem tantum attigit poeta, bello civili omisso, in quo parentes contra liberos pugnarunt, ci-

vis (Sulla. Plutarch. vit. *Sullae*, c. IX. XXXI.) aedificia succendi iussit, proscripsit. — Omisit poeta alias crudelitates. M' Aquilius, legatus in Asiam missus a. V. C. 664. 665. fontes quarundam urbium asiaticarum ad deditionem veneno violavit. Florus II, 20. Appian. *Bell. Mithrid.* p. 305. sq.

manu fact.] i. fraude item et venenis aut maleficiis accessitam, Lipsius bene explicat: haec locutio est nostro familiaris. v. ad *Consol. ad Marc.* 19.

et pro gloria] dum facinora bene succedunt: *felix* scelus virtus vocatur.

quae, quamdiu opprimi possunt, scelera sunt: raptus ac stupra, et ne os quidem libidini exceptum.

- IX. Adde nunc publica periuria gentium, et rupta foedera, et in praedam validioris, quidquid non resistebat, abductum; circumscriptiones, furta, fraudes, infitiationes, quibus trina non sufficiunt fora.
- 2 Si tantum irasci vis sapientem, quantum scelerum indignitas exigit: non irascendum illi, sed insanendum est. Illud potius cogitabis, non esse irascendum erroribus. quid enim si quis irascatur in tenebris parum vestigia certa ponentibus? quid si quis furdis, imperia non exaudientibus? quid si pueris, quod neglecto dispectu officiorum, ad lusus et ineptos aequalium iocos spectent? quid si illis irasci velis, qui
- 3 aegrotant, senescunt, fatigantur? Inter cetera mortalitatis incommoda, et haec est caligo mentium: nec tantum necessitas errandi, sed errorum amor. Ne singulis irasceris, universis ignoscendum: generi humano venia tribuenda est. Si irasceris iuvenibus senibusque, quod peccant: irascere infantibus, quod peccaturi sunt. Num quis irascitur pueris, quorum aetas nondum novit rerum discrimina? maior est ex-
- 4 cusatio et iustior, hominem esse, quam puerum. Hac conditione nati sumus animalia obnoxia non paucioribus animi, quam corporis morbis: non quidem obtusa nec tarda, sed acumine nostro male utentia, alter alteri vitiorum exempla. Quisque sequitur priores, male iter ingressos. quidni habeant excusationem quum publica via erraverint?

X. In

Cap. IX. Accedit, quod peccata nil nisi errores sint, quibus ignoscendum est.

resistebat] non poterat resistere, s. male resistebat, ut infirmior.

Circumscriptiones] defraudationes. *infittiationes* sunt denegationes debiti, depositi: et *trina fora* sunt romanum, Caesaris, Augusti.

2. *pueris*] i. servis.

X. In singulos severitas imperatoris diffringitur: at necessaria venia est, ubi totus ^a deseruit exercitus. Quid tollit iram sapientis? turba peccantium. Intel- ligit quam et iniquum fit et periculosum, irasci pu- blico vitio. Heraclitus quoties prodierat, et tantum **2** circa se male viventium, immo male pereuntium vi- derat, flebat, miserebatur omnium, qui sibi laeti fe- licesque occurrebant, miti animo, sed nimis imbe- cillo: et ipse inter deplorandos erat. Democritum **3** contra, aiunt, nunquam sine risu in publico fuisse. adeo nihil illi videbatur serium eorum, quae serio ge- rebantur. Vbi istic irae locus est? aut ridenda omnia, aut flenda sunt. Non irascetur sapiens peccantibus. Quare? quia scit neminem nasci sapientem, sed fieri. scit paucissimos omni aevo sapientes evadere, quia conditionem humanae vitae perspectam habet: nemo autem naturae sanus irascitur. Quid enim si mirari **4** velit, non in silvestribus dumis poma pendere? quid si miretur spineta sentesque non utili aliqua fruge compleri? nemo irascitur, ubi vitium natura defendit. Placidus itaque sapiens et aequus erroribus, non hostis, sed correptor peccantium, hoc quotidie pro- cedit animo: Multi mihi occurrent vino dediti, multi libidinosi, multi ingrati, multi avari, multi furiis

D 3

ambi-

Cap. X. a. *deseruit*. aliquot codd. *deseruit*, *delevit*: unde Lip- sius fecit: *deliquit*, Gruter. *deseruit*. Nostram lectionem praestant optimi libri et MSS. I. F. Gronov. recte docuit, *20*. *deserere* in usu esse de militibus, ducem signaque relin- quentibus, sine casu verbi agentis positum.

Cap. X. Ob tot tantosque peccantes sapiens iram com- primere debet.

2. *Heraclitus*] De Hera- clito et Democrito, illo Ephe- sio, *σχορευός* (obscurus) di-

sto, hoc Abderita, utroque philosopho physico, omnia nota. Qui tamen de iis doceri velit, adeat Meiners Gesch. d. Wiss. I, 619. sqq. 690. sqq. sive Tiedemann Geist der spe- cul. Phil. I, 194. sq. 263. sq.

5 ambitionis agitati. Omnia ista tam propitius ^b aspiciet, quam aegros suos medicus. Numquid ille, cuius navigium multam, undique laxatis compagibus, aquam trahit, nautis ipsique navigio irascitur? occurrit potius, et aliam excludit undam, aliam egerit, manifesta foramina praeccludit, latentibus et ex occulto sentinam ducentibus labore continuo resistit: nec ideo intermittit, quia, quantum exhaustum est, subnascitur. Lento adiutorio opus est contra mala continua et fecunda, non ut desinant, sed ne vincant.

XI. „Vtilis est,“ inquit, „ira: quia contemptum ² effugit, quia malos terret.“ Primum, ira si quantum minatur, valet, ob hoc ipsum quod terribilis est, et invisa est. Periculosius est autem timeri, quam despici. Si vero sine viribus est, magis exposita contemptui est, et derisum non effugit. quid enim est irascundia in supervacuum tumultuante frigidius? Deinde non ideo quaedam, quia terribiliora, potiora sunt: nec hoc sapientis dici velim, quod ferae quoque telum est, timeri. Quid? non timetur febris, podagra, ulcus malum? numquid ideo quidquam in istis boni est? an contra, omnia despecta et foeda et turpia ^a ipso, quod timentur, sunt? Ira per se deformis est, et minime metuenda: at timetur a pluribus, sicut deformis persona ab infantibus. Quid, quod

b. *aspiciet*: ne sapientis verba videantur, distinxi. Lips. emend. *aspiciam*.

Cap. XI. a. *ipso quod tim.* i. ob hoc ipsum, quod tim. cum Gronovio e scriptis Grut. reduxi. Antea erat: *ipso quo tim.*

Cap. XI. Hoc et seq. cap. id, quod timetur, non ideo quaestio discutitur: an ira bono viro est optabile. utilis sit, quod malos terreat, ideoque a contemptu nos tutos sistat. Negatur, quia velut telum detur et praedictetur, uti est telum, quo ferae se defendant.

3. *nec hoc — timeri*] nec velim, ut timor eodem modo

quod semper in auctores redundat timor, nec quisquam metuitur, ipse securus? Occurrat hoc loco tibi Laberianus ille versus, qui medio civili bello in theatro dictus, totum in se populum non aliter convertit, quam si missa esset vox publici affectus:

Necesse est multos timeat, quem multi timent.

Ita natura constituit, ut quod alieno metu magnum est, a suo non vacet. Leoni quam pavida sunt ad leves sonos pectora: acerrimas feras umbra, vox, et odor insolitus exagitat. quidquid terret, et trepidat. Non est ergo, quare concupiscat quisquam sapiens timeri.

XII. Nec ideo iram magnum quisquam putet, quia formidini est: quoniam quaedam etiam contentissima timentur: venena, et ^a ossa mortifera, et morsus.

D 4

Nec

b. *ad leves sonos pectora.* Lectio debetur Rubenio, probata a Gronov. Antea: *levissimos strepitus*: at *strepitus* in nullo cod. comparet: omnes scripti dant: *levissimos ictus* - alii *levissimos pectora tactus*, alii *levissimos pectora*. Leves soni seq. cap. explicantur. cf. et de Benef. IV, 26. naturam etiam ad leves sonos avidus.

Cap. XII. a. *ossa*, antiqua lectio, immutata a Mureto in: *ossa*. De ossibus piscium et vulneratorum hominum loquitur noster. Si *ossa* legas, idem fere erit quod venena. Proinde reduxi *ossa*.

4. *Occurrat hoc loco*] Dec. Laberius eques rom. poeta clarus et mordax: scripsit is mimos, quos Iul. Caesare auctore ipse egit: mimi autem fuere dramata non unius generis: argumentum eorum e vita communi petitum, mores eosque ridiculos representantium, atque iocis ac salibus repletorum, saepe lascivis. Laberius inprimis nobilis scriptor in hoc genere, quod arte tractare coe-

pit. cf. Ziegler de Mimis Romanorum (1788. Gotting. 8.). Egit Laberius mimum Iul. Caesaris ludis, atque ipso spectante. Ceterum hoc dictum iam antea Ennius extulerat. cf. Cic. Offic. II, 7. Quem metuunt, oderunt: quem quisque odit, periisse expetit. —

5. *umbra*] v. infra III, 30.

Cap. XII. Contra eos disputat, qui iram natura humana coniunctam putarent.

- 2 Nec est mirum, quum maximos ferarum greges linea pennis distincta contineat, et in insidias agat: ab ipso effectu dicta formido. Vanis enim vana terrori sunt. Curriculi motus, rotarumque versata facies, leones redigit in caveam: elephantis porcina vox terret. Sic itaque ira metuitur, quomodo umbra ab infantibus, a feris rubens pinna. non ipsa in se quidquam habet firmum aut forte, sed vanos animos movet.
- 3 „Nequitia,“ inquit, „de rerum natura tollenda est, si velis iram tollere: neutrum autem potest fieri.“
- 4 Primum, potest aliquis non algere, quamvis ex rerum natura hiems sit, et non aestuare, quamvis menses aestivi sint: aut loci beneficio adversus intemperiem anni tutus est, aut patientia corporis sensum
- 5 utriusque pervincit. Deinde verte istud: necesse est prius virtutem ex animo tollas, quam iracundiam recipias, quoniam cum virtutibus vitia non coeunt. Nec magis quisquam eodem tempore et iratus potest
- 6 esse, et vir bonus, quam aeger et sanus. „Non potest,“ inquit, „omnis ex animo ira tolli: nec hoc hominis natura patitur.“^b Atqui nihil est tam difficile et arduum, quod non humana mens vincat, et in familiaritatem perducatur assidua meditatio: nullique sunt tam feri et sui iuris affectus, ut non disciplina
- 7 perdomentur. Quodcumque sibi imperavit animus, obtinuit.

b. *Atqui* repofui: est enim vox refutantis: antea: *Atque*,

2. *linea*] i. funiculi extenfi, quibus variarum avium, inpr. cygni et vulturis pennae intextae erant ad feras in retia coercendas: *rubentem* vocat, utpote sandice aut rubro tingi solitae (*μύρινθος*). Multi veteres ad hanc formidinem (sic enim illa linea

nominabatur) alludunt, v. c. Epictet. ap. Arrian. II, 1. cf. ad Clem. I, 12.

Curriculi] Haec et sequentia de leone et elephante confirmant omnes rerum naturalium conditores. Plin. VIII, 19. Aelian. Hist. anim. XVI, 36.

tinuit. Quidam, ne unquam riderent, consecuti sunt: vino quidam, alii Venere, quidam omni humore interdixere corporibus. Alius contentus brevi somno vigiliam indefatigabilem extendit: ° didicerunt tenuissimis et adversis funibus currere, et ingentia, vixque humanis toleranda viribus onera portare, et in immensam altitudinem mergi, ac sine ulla respirandi vice perpeti maria.

XIII. Mille sunt alia, in quibus pertinacia impedimentum omne transcendit, ostenditque nihil esse difficile, cuius sibi ipsa mens patientiam indiceret. Istis, quos paulo ante retuli, aut nulla tam pertinacis studii, aut non digna merces fuit. Quid enim 2 magnificum consequitur ille, qui meditatus est per intentos funes ire? qui sarcinae ingenti cervicem supponere? qui somno non submittere oculos? qui penetrare in imum mare? Et tamen ad finem operis, non

D 5

magno

c. *didicerunt.* optimorum librr. et codd. lectio a Gron. probata. *didic.* alii dederat Muret. — Sunt qui *didicervint* — *alii* et similia a vet. saepe omittuntur, quem usum exemplis probat Gronovius.

7. *Quidam*] Exemplo est Crassus, ἀγέλασος Graecis dictus, praetor a. V. C. 648. Cic: de finib. B. et Mal. V, 30. Plin. VII, 18. fuit avus M. Crassi, in Parthis a. V. C. 700. interemti. — *humore* in metu intercutis. *vigiliam*, ne cogites de Maecenatis vigilia, Plin. VII, 52. fuit enim morbus: at h. l. fermo est de vigilia, quae adhibetur, ut famam factis extendamus. Mox de funambulis et urinatoribus nostrum loqui patet. *adversis* dictum est, ut adverso flumine navigare.

Hanc eandem sententiam multi exsequuti sunt. cf. Gattaker. ad Anton. p. 424. sq. ubi nostrum locum non neglexit: add. Stobaei Florilog. Serm. XXVII. inpr. p. 299. Mufsenii Rufi (Fabric. Bibl. Gr. T. III. p. 566. Harl.) praeclarum fragmentum, perquam simile iis, quae noster persequitur.

Cap. XIII. Magnum praemium expositum esse ei, qui iram totam dimittat: nec ita difficile hoc esse.

2. *meditatus est*] i. exercuit se.

magno auctoramento, labor pervenit. Nos non ad-
 vocabimus patientiam, quos tantum praemium exspe-
 ctat, felicitis animi immota tranquillitas? Quantum
 3 est, effugere maximum malum iram, et cum illa ra-
 biem, faevitiam, crudelitatem, furorem, et alios co-
 mites eius affectus? Non est, quod patrocinium no-
 bis quaeramus et excusatam licentiam, dicentes: aut
 utile id esse, aut inevitabile. cui enim tandem vitio
 advocatus defuit? non est quod dicas, excidi non
 posse: sanabilibus aegrotamus malis, ipsaque nos in
 rectum genitos natura, si emendari velimus, iuvat.
 Nec, ut quibusdam ^a visum est, arduum in virtutes et
 4 asperum iter est: plano adeuntur. Non vanae vobis
 auctor rei venio. facilis est ad beatam vitam via:
 inite modo bonis auspiciis, ipsisque diis bene iuvan-
 tibus. Multo difficilius est, facere ista quae facitis.
 quid enim quiete otiosius animi? quid ira laborio-
 sius? quid clementia remissius? quid crudelitate ne-
 gotiosius? Vacat pudicitia, libido occupatissima est.
 omnium denique virtutum tutela facilior est: vitia
 5 magno coluntur. Debet ira removeri? hoc ex parte fa-
 tentur etiam, qui dicunt esse minuendam. Tota dimittat-
 ur: nihil profutura est. sine illa ^b facilius rectiusque sce-
 lera tollentur, mali punientur, et traducentur in melius.

XIV.

Cap. XIII. a. *visum* ante Lipsium legebatur, qui dedit *dictum*,
 ad Hesiodum respexisse Senecam putans. *Visum* tamen in
 simili re ponere solet noster.

b. *facilius rectiusque*: aberratio librarr. *f. potiusque*, e quo
 fecit Gron. *tutiusque*. At vulg. bene habet.

auctoramento] i. mercede. Xenoph. Memor. II, 1, 20.
 mox *excusatam licentiam* i. Cum nostro facit M. Antonin.
 quae excusari potest. V, §. 9. ib. Gatak. p. 198.

3. *Nec ut quibusdam*] Est loco nostro non praeterito.
 dictum antiquissimum, ap. He- Iactare solebant Cynici, quos
 siod. *Ἐργ. κ. η. 287. sq.* et quidem Stoici magna ex parte
 multos alios obvium. v. Sto- sequuti sunt, brevissimam ad
 baeum Serm. XXVII. Pindar. felicitatem viam se reperisse.
 Pyth. XII, 49. Ruhnken, ad Gatak. ad Anton. p. 132.

XIV. Omnia, quae debet sapiens, sine ullius malae rei ministerio efficiet: nihilque admiscebit, cuius modum sollicitus observet. Nunquam itaque iracundia admittenda est; aliquando simulanda, si segnes audientium animi concitandi sunt, sicut tarde confurgentes ad cursum equos stimulis, ^a facibusque subditis, excitamus. Aliquando incutiendus est his metus, apud quos ratio non proficit. Irasci quidem non magis utile est, quam moerere, quam metuere. „Quid ergo? non incidunt causae, quae iram laesant?“ Sed tunc maxime illi opponendae manus sunt: nec est difficile, vincere animum: quum athletae quoque in vilissima sui parte occupati, tamen ictus doloresque patiantur, ut vires caedentis exhauriant; nec quum ira suadet, feriunt, sed quum occasio. Pyrrhum maximum praeceptorem certaminis gymnici, solitum aiunt his, quos exercebat, praecipere, ne irascerentur. Ira enim perturbat artem: et quâ noceat tantum, non quâ caveat, aspicit. Saepe itaque ratio patientiam suadet, ira vindictam: et qui primis defungi malis potuimus, in maiora devolvimur. Quosdam unius verbi contumelia, non aequo animo lata, in exilium proiecit: et qui levem iniuriam silentio ferre noluerant, gravissimis malis obruti sunt, indignatique aliquid ex plenissima libertate deminui, fervile in sese attraxerunt iugum.

XV.

Cap. XIV. a. *facibus*. Lipsius coni. *calcibus*: at vid. not.

Cap. XIV. Sapiens nihil efficit ministerio (adiumento) ullius rei malae: interdum tamen iram simulare iuvabit; cf. Cic. de Offic. I, 38. ubi lac. Fr. Heusinger nostrum contulit. ^{2.} *Sicut — excitamus*] Rustici aratores stimulis aut ignibus aliisque tormentis bo-
ves equosve, ignave se gerentes, afficere ideoque irritare solebant. Columell. VI, 2. Pallad. Martis tit. 120. Solin. 45. ait: nonnulli equi etiam accensis facibus ad cursum provocantur. ^{5.} *Pyrrhum*] Hunc Pyrrhum ignoramus.

XV. „Vt fcias,“ inquit, „iram habere in fe ge-
 „nerofi aliquid, liberas videbis gentes, quae iracun-
 „diffimae funt, ut Germanos et Scythas.“ Quod
 evenit, quia fortiora folidaque naturâ ingenia, ante-
 2 quam disciplinâ molliantur, prona in iram funt. Quae-
 dam enim non nifi melioribus innafcuntur ingeniis,
 ficut valida arbusta et laeta quamvis neglecta tellus
 creat: alia fecundi foli filva eft. Itaque et ingenia
 naturâ fortia iracundiam ferunt, nihilque tenue et
 exile capiunt, ignea et fervida: fed imperfectus ille
 vigor eft, ut omnibus quae fine arte, ipfius tantum
 naturae bono, exfurgunt; fed nifi cito domita funt,
 quae fortitudini apta erant, audaciae temeritatique
 3 confuefcunt. Quid? non mitioribus animis vitia le-
 niora coniuncta funt ut mifericordia, amor, et ve-
 recundia? Itaque tibi faepe bonam a indolem a malis
 quoque fuis oftendam; fed non ideo vitia non funt,
 4 fi naturae melioris indicia funt. Deinde omnes iftae
 feritate liberae gentes, leonum luporumque ritu, ut
 fervire non poffunt, ita nec imperare. Non enim
 humani vim ingenii, fed feri et intractabilis habent:
 nemo autem regere poteft, nifi qui et regi.

XVI.

Cap. XV. a. *indolem a malis* — Lipfio fuadente recepi: fen-
 fus magis congruit prioribus: et e vitiis quibusdam bo-
 nam indolem coniicimus. antea: *indolem malis* - fine το' a.

Cap. XV. Sunt quidem in-
 genia in iram prona, quae
 generofi quid in fe habent;
 fed ille vigor imperfectus
 eft.

[*Quod evenit*] Hinc fequi-
 tur, eſſe naturae non alie-
 nam iram: quod tamen in
 antecedentibus operoſe refu-
 taverat.

2. [*Quaedam*] gentes, ficut
arbusta i. arbores, vel non
 cultae, meliores tamen red-
 duntur, ſi *ſolum fecundum*
 i. culcum ſit.

4. [*leonum*] leones tamen
 et curribus iunctos eſſe, ideo-
 que ſerviſſe, conſtat. Ipſe
 noſter, ſui parum memor, dixit
 C. 31. urforum leonumque
 ora placida tractantibus —

XVI. Fere itaque imperia penes eos fuere populos, qui mitiore coelo utuntur: in frigora Septentrionemque vergentibus immanueta ingenia sunt, ut ait poëta,

— *suoque simillima coelo.*

„Animalia,“ inquit, „generosissima habentur, quibus multum inest irae.“ Errat, qui ea in exemplum hominis adducit, quibus pro ratione est impetus: homini pro impetu ratio est. Sed nec illis quidem omnibus idem prodest. Iracundia leones adiuvat, pavor cervos, accipitrem impetus, columbam fuga. Quid, quod ne illud quidem verum est, optima animalia esse iracundissima? * Feras putem, quibus ex raptu alimenta sunt, meliores, quo iratiores: patientiam laudaverim boum, et equorum frenos sequentium. Quid autem est, cur hominem ad tam infelicia exempla revoces, quum habeas mundum, Deumque, quem ex omnibus animalibus, ut solus imitetur, solus intelligit? „Simplicissimi,“ inquit, „omnium habentur

Cap. XVI. a. *feras putem* — *sequentium.* e codd. recte recepit Gronov. sublato *ne* post *feras* et interrogandi signo.

Cap. XVI. Neque animalia iracundiora eademque generosiora in exemplum hominis adduci possunt, neque simplices appellandi sunt iracundi.

Fere itaque — coelo] Verum quidem est, apud eos populos imperia prima fuisse, qui mitiore coelo uterentur: sed diversa ex causa. Mitius coelum haud dubie potissimum in causa fuit, cur, qui eo uterentur, maturiore humanitatis cultu vigerent, institutisque florent iis, quibus animi atque ingenia ad eam cul-

turam per artes literasque eveni potuerint, qua dominatio comparatur. Argumentationis cupido nostrum eo perduxit, ut, omni experientia praetermissa, qua quidem docemur, calidioribus terris magis propriam esse iracundiam quam frigidibus Septentrionis, feritatem cum ira confunderet. Neque aliud quidquam poeta indicare voluit.

4. *Simplicissimi*] i. honestissimi, qui iram in promptu habent, nec reconduunt. cf. Cic. de Offic. I, 19. 30.

expo-

„tur iracundi.“ Fraudulentis enim et versutis comparantur: et simplices videntur, quia expositi sunt: quos quidem non simplices dixerim, sed incautos. Stultis, luxuriosis, nepotibusque hoc nomen imponimus, et omnibus vitiis parum callidis.

XVII. „Orator,“ inquit, „iratus aliquando melior est.“ Immo imitatus iratum, nam et histiones in pronuntiando non irati populum movent, sed iratum bene agentes. Et apud iudices itaque, et in concione, et ubicunque alieni animi ad nostrum arbitrium agendi sunt, modo iram, modo metum, modo misericordiam, ut aliis incutiamus, ipsi simulabimus: et saepe id quod veri affectus non effecissent, effectit imitatio affectuum. „Languidus,“ inquit, „animus est, qui irâ caret.“ Verum est, si nihil habet irâ valentius. Nec latronem oportet esse, nec praedam, nec misericordem, nec crudelem: illius nimis mollis animus, huius nimis durus est. Temperatus fit sapiens: et ad res fortius agendas non iram, sed vim adhibeat.

XVIII. Quoniam quae de ira quaeruntur, tractavimus, accedamus ad remedia eius. Duo autem, ut opinor,

expositi itaque sunt, patent fraudibus. *nepotes*, prodigi. (Horat. Epod. I, 34.)

Cap. XVII. Simulatio irae interdum prodest: sed non sine vi aliqua. Etiam hic nostro rem cum Peripateticis esse, ex iis, quae supra iam adducta sunt, liquet. cf. Cic. Tusc. Disp. IV, 19.

[*Histriones*] Idem adhibuit Sotion ap. Stobaeum Serm. XVIII. p. 159. Florileg. (in nova ed. Schowii, quae mox prodibit in publicum, p. 381.)

Ἵποκριταῖς μὲν ἔν, καὶ μὴ ὀργιζομένοις, ὑποκρινομένοις ὀργὴν συνήνεγκεν· οἱ δὲ σπαρδαῖοι ἄνδρες, ἔδ' ἔάν ὡς ἀληθῶς ὀργίζωνται, ἔτω χρωῶνται τῷ σχήματι. Vereor tamen, ut dogma Stoicum: sola bona quae honesta, nec, nisi honestum, quidquam utile esse: purum illibatumque maneat.

Cap. XVIII. Sequitur secunda libri pars, quae primo praescripto continetur, ne in iram incidamus. Ne incida-

opinor, sunt: ne incidamus in iram, et ne in ira peccemus. Vt in corporum cura, alia de tuenda valetudine, alia de restituenda, praecepta sunt: ita aliter iram debemus repellere, aliter compescere, ut vincamus. Quaedam ad universam vitam pertinentia 3
 praecipientur: ea in educationem, et in sequentia tempora dividuntur. Educatio maximam diligentiam, plurimumque profuturam desiderat; facile est enim, teneros adhuc animos componere, difficulter reciduntur vitia, quae nobiscum creverunt. Opportu- 4
 nissima ad iracundiam fervidi animi natura est. nam quum elementa sint quatuor, ignis, aqua, aër, et terra: potestates pares his sunt, frigida, fervida, arida, atque humida. Et locorum itaque, et animalium, et corporum, et morum varietates, mixtura elementorum facit, et proinde in a aliquos magis incumbunt ingenia, prout alicuius elementi maior vis abundavit. Inde quasdam humidas vocamus, aridasque regiones, et calidas, et frigidas. Eadem animalium et hominum discrimina sunt.

XIX. Refert quantum quisque humidi in se calidique contineat: cuius in illo elementi portio praevallebit,

Cap. XVIII. a. *aliquos* i. mores. Lipsius coni. *aliquas* sc. potestates vel varietates. Mox *incumbunt ingenia*, ubi Lipsio *το' ingenia* reïiculum esse videtur: una editio Rom. hoc sprevit.

mus in iram, quaedam praemittuntur de animis, ad iram plus minus pronis, cognoscendis: ideoque primum lineae quasi doctrinae de temperamentis, ut vocant, ducuntur, quam maxime ex Hippocratis praeceptis de hac re.

3. *educarionem*] designat tempus h. l. quod sub educatoribus et magistris transigi

folet. Sic *ludis* i. ludorum tempore, occurrit, v. c. ap. Sueton.

4. *potestates*] sunt temperamenta quae dicimus. *in aliquos* sc. mores.

Cap. XIX. De temperamentis quatuor, quibus Stoici accuratius usi sunt, quam antea fiebat, ad momentum corporis in animum et ipsum corporalem, declarandum.

- lebit, inde mores erunt. Iracundos fervidi mixtura
 2 faciet: est enim actuosus et pertinax ignis. Frigidi
 mixtura timidos facit: pigrum est enim contractum-
 que frigus. Volunt itaque quidam ex nostris iram in
 pectore moveri, effervescente circa cor sanguine.
 3 Causa cur hic potissimum assignetur irae locus, non
 alia est, quam quod in toto corpore calidissimum pe-
 ctus est. Quibus humidi plus inest, eorum paulatim
 crescit ira, quia non est paratus illis calor, sed motu
 4 acquiritur. Itaque puerorum feminarumque irae acres
 magis, quam graves sunt, levioresque dum inci-
 piunt: ficcis aetatibus vehemens robustaque ira est,
 sed sine incremento, non multum sibi adiiciens, quia
 5 inclinatum calorem frigus insequitur. Senes difficiles
 et queruli sunt, ut aegri et convalescentes, et quo-
 rum aut lassitudine, aut detractio sanguinis exhau-
 stus est calor. In eadem causa sunt siti fameque ra-
 bidi, et quibus exsanguis corpus est, maligneque ali-
 tur et deficit. Vinum incendit iram, quia calorem
 auget pro cuiusque natura.

XX. Quidam ebrii effervescent, quidam a * * faucii
 sunt. Neque ulla alia causa est, cur iracundissimi
 sint

Cap. XX. a. Locum hunc corruptum esse, et MSS. et sequen-
 tia arguunt. Var. Lect. est: *faucii*; — *faucii sunt*. Mure-
 tus ex ingenio dedit: *ficci*. Gronov. con. *Quidam sobrit*
effervescent, *quidam faucii* (i. ebrii οἰνοπλήγες). Defectus
 notas apponi iussi.

Notissima hic adduxit, prae-
 termissa vi nervorum ad totam
 hanc doctrinam etc. Ex di-
 versa elementorum mixtura
 diversi hominum mores pro-
 ficiscuntur.

2. *quidam ex nostris*] Stoi-
 cis; cf. Diog. Laert. VII, 159.
 Plutarch. de Placit. Philos.
 IV, 5. et Platon; Cic. Tusc.
 Dispp. I, 10.

4. *Siccis aetatibus*] oppos.
 humidis; ut senes aegri. —
Calorem inclinarum i. demi-
 nutum, attritum.

5. *Detractione sanguinis*] i.
 deminutione. cf. I, 13. Ari-
 stotel. Rhetor. II, 2. haec ea-
 dem tangit.

Cap. XX. Accedunt aliae
 causae ad iram excitandam.

sint flavi rubentesque, quibus talis naturâ color est, qualis fieri ceteris inter iram solet; mobilis enim illis agitatusque sanguis est. Sed quemadmodum natura 2 quosdam proclives in iram facit: ita multae incidunt causae, quae idem possint quod natura. Alios morbus aut iniuria corporum in hoc perduxit, alios labor, et continua pervigilia, noctesque sollicitae, et desideria, amoresque: et quidquid aliud aut corpori nocuit aut animo, aegram mentem in querelas parat. Sed ista omnia initia causaeque sunt, plurimumque potest consuetudo, quae, si gravis est, alit vitium. Natu- 3 ram quidem mutare, difficile est, nec licet semel mixta nascentium elementa convertere. Sed in hoc nosse profuit, ut calentibus ingeniis subtrahas vinum, quod pueris Plato negandum putat, et ignem vetat igne incitari. Nec cibus quidem implendi sunt, distendentur enim corpora, et animi cum corpore tumescunt. Labor illos citra lassitudinem exerceat, ut 4 minuatur, non ut consumatur calor, nimiusque ille fervor despumet. Lusus quoque proderunt; modica enim voluptas laxat animos, et temperat. Humidioribus, ficcioribus et frigidis non est ab ira periculum: sed maiora vitia metuenda sunt, pavor, difficultas, et desperatio, et suspiciones.

XXI. Mollienda itaque, fovendaque talia ingenia, et in laetitiam evocanda sunt. Et quia aliis contra iram,

2. *consuetudo* — *gravis*] i. remedia diversa adhibenda. prava: ut Lipsii emendatione Quae hic de educatione mo- superfedeamus. nentur, praeclara esse, per

3. *profuit*] i. profuerit, ex se patet. Utile erit monita more Senecae. Platonis, Quintiliani et Rus- *Plato*] de Legg. II, p. 86. savii cum hisce comparasse. a. Tom. VIII. bip. Brevitati autem nostrae non

Cap. XXI. Diligenter ingenia sunt observanda, et conveniret, haec fusius persequi.

iram, aliis contra tristitiam remediis utendum est, nec dissimilibus tantum ista, sed contrariis curanda sunt, semper ei occurremus, quod increverit. Plurimum, inquam, proderit pueros statim salubriter institui. Difficile autem regimen est, quia dare debemus operam, ne aut iram in illis nutriamus, aut indolem retundamus. Diligenti observatione res indiget. Vtrumque enim et quod extollendum, et quod deprimendum est, similibus alitur: facile autem etiam attendentem similia decipiunt. Crescit licentiâ spiritus, servitute comminuitur: affurgit, si laudatur, et in spem sui bonam adducitur; sed eadem ista insolentiam et iracundiam generant. Sic itaque inter utrumque regendus est, ut modo frenis utamur, modo stimulis: nihil humile, nihil servile patiat. Nunquam illi necesse sit rogare suppliciter, nec profit rogasse: potius causae suae, et prioribus factis, et bonis in futurum promissis donetur. In certaminibus aequalium nec vinci illum patiamur, nec irasci; demus operam, ut familiaris sit his, cum quibus contendere solet, ut in certamine affuescat non nocere velle, sed vincere. Quoties superaverit, et dignum aliquid laude fecerit, attolli, non gestire patiamur; gaudium enim exsultatio, exsultationem tumor, et nimia aestimatio sui sequitur. Dabimus aliquod laxamentum; in desidiam vero otiumque non resolvemus, et procul a contactu deliciarum retinebimus. Nihil enim magis facit iracundos, quam educatio mollis et blanda; ideo unicis, quo plus indulgetur, pupillisque, quo plus licet, corruptior animus est. Non resistet offensis, cui nihil unquam negatum est, cui lacrimas sollicita semper mater absterfit, cui de paedagogo

4. cui de paedagogo] ser- strumque, de quo puer que-
vum literatum hic intelligas stus erat apud parentes.
et ipsum educatorem magi-

gogo satisfactum est. Non vides, ut maiorem quam- 5
 que fortunam maior ira comitetur? In divitibus no-
 bilibusque et magistratibus praecipue apparet, quum
 quidquid leve et inane in animo erat, secundâ se aurâ
 sustulit. Felicitas iracundiam nutrit, ubi aures su-
 perbas assentatorum turba circumstetit. Tibi enim
 respondeat: Non pro fastigio te tuo metiris: ipse te
 proiicis, et alia, quibus vix sanæ, et ab initio bene
 fundatae mentes restiterint. Longe itaque ab assen- 6
 tatione pueritia removenda est: audiat verum, et ti-
 meat interim, vereatur semper; maioribus assurgat,
 nihil per iracundiam exoret. Quod flenti negatum
 fuerat, quieto offeratur: et divitias parentum in con-
 spectu habeat, non in usu. Exprobrentur illi per-
 peram facta.

XXII. Pertinebit ad rem, praeceptores paedago-
 gosque pueris placidos dari. Proximis applicatur
 omne quod tenerum est, et in eorum similitudinem
 crescit: nutricum et paedagogorum retulere mox in
 * adolescentia mores. Apud Platonem educatus puer, 2
 quum ad parentes relatus, vociferantem videret pa-
 trem, Nunquam, inquit, hoc apud Platonem vidi.

E 2

Non

Cap. XXII. a. *adolescentia* antiqua lectio, a Lipsio et Grutero
 mutata in *adolescentiam*. *Referre* i. exprimere, imitari:
 Plin. Ep. V, 16. 9. filiam, quae mores eius referebat etc.
 Hanc ipsam sententiam et a I. M. Heusingero in *Emendat.*
 laudatis confirmatam video, qui potestatem verbi, *referre*,

5. *Tibi enim respondeat*]

haec turba tibi dicere solet. —

6. *maioribus*] sc. natu.

Cap. XXII. Redit ad ea
 quae cap. XVIII. posuerat:
 praecepta haec esse dividenda
 in educationem et in sequen-
 tia tempora. Contra primas
 iracundiae causas pugnandum

est: ac primum, cave, ne pu-
 tes te laesum esse, sed ex-
 cutias rem. Ne sint aures
 criminantibus faciles!

nutricum — *adolescentia*
mores] exprimere solent mox
 adolescentes factis eos mores,
 quos a nutricibus et paed.
 acceperant. *Referre* esse i.

Non dubito, quin citius patrem imitatus sit, quam
 3 Platonem. Tenuis ante omnia victus, et non pretiosa vestis, et similis cultus cum aequalibus. Non irascetur aliquem sibi comparari, quem ab initio multis parem feceris. Sed haec ad liberos nostros pertinent. In nobis siquidem fors nascendi et educatio nec vitii locum, nec iam praecepti habet, sequentia
 4 ordinanda sunt. Contra primas itaque causas pugnare debemus. Causa iracundiae, opinio iniuriae est, cui non facile credendum est, nec apertis quidem manifestisque statim accedendum. Quaedam enim falsa
 5 veri speciem ferunt. Dandum semper est tempus: veritatem dies aperit. Ne sint aures criminantibus faciles. hoc humanae naturae vitium suspectum notumque nobis sit, quod, quae inviti audimus, libenter credimus, et antequam iudicemus, irascimur.

XXIII. Quid, quod non criminationibus tantum, sed suspicionibus impellimur, et ex vultu risuque alieno peiora interpretati, innocentibus irascimur? Itaque agenda est contra se causa absentis, et in suspensio ira retinenda. Potest enim poena dilata exigi,
 2 non potest exacta revocari. Notus est ille tyrannicida, qui imperfecto opere comprehensus, et ab
 Hippia

nunc satis notam, multis exemplis probavit. Mox fort. legendum est: *Tenuis ante omnia victus sit*, non pret. v. et non —: certe intelligas *τὸ* sit.

q. exprimere, constat. Mox: *non dubito*, quin apud patrem educatus eius mores citius expressisset et imitatus esset prava, quam placidos et expositos Platonis.

5. *hoc humanae naturae*] de iis hominibus hoc intelligam, qui natura suspiciosi, infirmi, sibi culpae alicuius conscii sunt, qui cupidine aliqua vehementiore exagi-

tantur, ideoque non satis sibi constant. Iul. vero Caesaris illud: quod volumus et credimus libenter, ratione opposita explices. Vtrumque itaque verum est, modo res accurate animo complexus fueris, quae his sententiis originem dederint.

Cap. XXIII. Neque criminationibus neque suspicionibus ad iram perpellamur.

Hippia tortus, ut confcios indicaret, circumstantes amicos tyranni nominavit, quibus quam maxime caram salutem eius sciebat, et quum ille singulos, ut nominati erant, occîdi iussisset, interrogavit, *Ecquis superesset?* Tu, inquit, solus: neminem enim alium, cui carus esses, reliqui. Effecit ira, ut tyrannus tyrannicidae manus commodaret, et praesidia sua gladio suo caederet. Quanto animosius Alexander? qui 3

E 3

quum

2. *Hippia*] Hippias et Hipparchus, filii Pisistrati, Athenarum tyranni: Hipparchus interfectus est anno trigesimo quarto dominationis ab Harmodio et Aristogitone, Hippias Athenis eiectus Ol. 66, 4. cf. Meursii Pisistrat. c. 20. Noli tamen de Zenone Eleata cõgitare, qui longe post Pisistratidas vixit: natus enim est is, Parmenidis discipulus, circ. Ol. 71. ut recte vidit Petr. Bayle in Dictionn. hist. et crit. T. IV. Art. Zénon d'Elée, p. 538. C., qui Muretum et Lipsium redarguit. Si vera sunt, quae noster hic tradit, tyrannicida ille unus ex iis fuisse videtur, qui Hippiae post Hipparchi mortem insidiis frustra structis comprehensus poenas dederit. Sed quis umquam legit relatum, Simonidem, Anacreontem etc. quos quidem Hippiae familiares fuisse constat, ab eo interemtos esse? Neque vero Historici aliique auctores, Graeci, qui hunc Hippiam memorant, de hac re exposuere. Facilis

itaque est conclusio, nostrum, alias quoque in historia parum curiosum, id quod de Zenone Eleata traditum legisset audissetve, in tyrannum celebriorem transtulisse. Fuit autem usitatum in scholis rhetorum institutum, ut casus quidam celebriores discipulis ad themata proposita exornanda, amplificanda, probanda etc. plerumque ex historia deprompta suppeditarentur a magistris. cf. Cic. Tusc. Disputt. I, 47. Deorum immortalium iudicia solent in scholis proferre de morte — Herodoto auctore. — Facile iam est ad intelligendum, quantopere haec exempla immurata ac deflexa fuerint, et quam exigua veritatis in his adhibendis sit ratio habita, modo effectus declamationis appareret. Hinc explicem incuriam, qua noster in historicis adducendis liberari non potest.

3. *Quanto animosius Alexander?*] De hac confidentia Alexandri, quum Tarsi ad fluvium Cydnum morbo laboraret,

ret,

quum legisset epistolam matris, qua admonebatur, ut a veneno Philippi medici caveret, acceptam potionem non deterritus bibit. Plus sibi de amico suo credidit: dignus fuit qui innocentem haberet, dignus qui faceret. Hoc eo magis in Alexandro laudo, quia nemo tam obnoxius irae fuit: quo rarior autem moderatio in regibus, hoc laudanda magis est. Fecit hoc et C. Caesar, ille qui victoria civili clementissime usus est. Quum scrinia deprehendisset epistolarum ad Pompeium missarum ab iis, qui videbantur aut in ^a diversis, aut in neutris fuisse partibus, combussit: quamvis moderate soleret irasci; maluit tamen non posse. Gratissimum putavit genus veniae, nescire quid quisque peccasset. Plurimum mali credulitas facit: saepe ne audiendum quidem est, quoniam in quibusdam rebus fatius est decipi, quam diffidere.

XXIV. Tollenda ex animo suspicio et coniectura, fallacissima irritamenta. Ille me parum humane salutavit, ille osculo meo non adhaesit, ille inchoatum sermonem cito abruptit, ille ad coenam non vocavit, illius vultus averfior visus est. Non deerit suspicioni argu-

Cap. XXIII. a. *diversis* i. adversis: lectio omn. codd. — adversis dederat Muretus.

ret, omnia nota sunt, vel ex Ruffavii Aemilio. Historici, qui hoc tradunt, omnes Parmenonis, qui tum prope aberat, epistolam, non matris produnt. Et veri similis est, hanc epistolam a P. vicino, quam a matre Olympiade, qui Perae in Macedonia vivebat, allatam esse de periculo imminente admonentem.

4. C. Caesar] Confirmat et Dio Cass. XLI, 63, fin. ubi

vid. Intpp. Plinius Nat. Hist. VII, 26. illa fuit vera et incomparabilis invicti animi sublimitas: captis apud Pharsaliam Pompeii Magni scriptis epistolarum, iterumque apud Thapsum Scipionis, concremasset ea optima fide, atque non legisset.

Cap. XXIV. Et coniectura et inquisitio vitanda est.

argumentatio: simplicitate opus est, et benigna rerum aestimatione. Nihil nisi quod in oculos incurret, manifestumque erit, credamus: et quoties suspicio nostra vana apparuerit, obiurgemus credulitatem. Haec enim castigatio consuetudinem efficiet non facile credendi.

XXV. Inde et illud sequitur, ut minimis sordisque rebus non exacerbemur. Parum agilis est puer, aut tepidior ^a aqua potui, aut turbatus torus, aut mensa negligentius posita: ad ista concitari, infania est. aeger et infelicis valetudinis est, quem levis aura contraxit: affecti oculi, quos candida vestis obturbat: dissolutus deliciis, cuius latus alieno labore condoluit. Mindyridem aiunt fuisse ex Sybari-²

E 4

tarum

Cap. XXV. a. *aqua potui* e codd. bonis restituit Lipsius probante Gron. antea: *aqua potui erogata. Aqua potui* dicitur, ut vestis indutui, signum receptui, olea esui (Varro I. de R. R. 60.) etc. I. F. Gronovio docente. Mox *turbatus torus* praefero diversae lectioni: *turpatus*; loquitur enim de causis iracundiae levioribus. *turbatus est torus*, quando culcitrae pulvinive nondum a servo compositi atque in ordinem redacti sunt.

2. *simplicitate*] bonitate animi, καθαριότητι: (cf. c. 16.) quum id solum sequaris, quod verum atque bonum sit, neque omnia in malam partem interpreteris.

Cap. XXV. Neque rebus minimis sordisque ad iram concitemur: servis potissimum negligentius se gerentibus.

Parum agilis] Servis neglecto dispectu officiorum (C. IX.) non exacerbemur: ne intelligas de calda negligentius praebita, sed de aqua potui ministrata male nive diluta: docente hoc ipso ca-

pite extremo. Aqua autem non satis gelida vinumque nive dilutum esse et hodieque dilui in terris meridionalibus, res nota: cf. ep. 78. quia non vino nivem diluit. *torus* convivalis, nostrum Sofa. *levis aura* sc. gelida, strinxit, ut in frigore.

2. *Mindyridem*] Graeci appellant: Συμνδριδής: luxuria famosissimus in antiquitate, vixit Solonis tempore, obvius et ap. Herodot. VI, 127. qui addit: ad extrema deliciarum hunc venisse. Et tota Sybaritarum civitas ob deli-

tarum civitate: qui quum vidisset fodientem, et altius
 rastrum allevantem, lassum se fieri questus, vetuit il-
 3 lum opus in conspectu suo facere. Idem ^b vibicem
 habere saepius questus est, quod foliis rosae duplica-
 tis incubuisset. Vbi animum simul et corpus volupta-
 tes corrumpere, nihil tolerabile videtur: non quia
 4 dura, sed quia molles patimur. Quid enim est cur
 tussis alicuius, aut sternutamentum, aut musca parum
 curiose fugata, nos in rabiem agat, aut ^c obversatus
 canis, aut clavis negligentis servi manibus elapsa?
 Feret iste aequo animo civile convicium, et ingesta
 in

b. *vibicem habere.* Antea erat: *idem bilem habere saepius questus est*, codd. nonnullis et Tarvis. atque Erasimica edd. adstipulantibus: aliis tamen τοῦ *bilem habere* praeremittentibus. Lipsio placebat: *bilem habere* (bile aut febricula fe laborare) et I. F. Gronovio, eodem sensu: at usum huius locutionis non docuerunt, quod in viris his doctissimis iisque prudentissimis merito miretis. Rubenius, Gronovii familiaris idemque eruditissimus iuvenis, con. *bul-lam* i. papulam, nec ipso vim vocis probante. Hac difficultate motus aliam proposuit lectionem medicus ille κριτικώτατος Trillerus (Obst. crit. p. 138. Francof. ad Moen. 1742.): *vibicem habere.* A literarum ductu propius abest, et sensui egregie congruit. Significat enim tumorem callosum a plagis ortum, exprimitque bene querelam delicatuli hominis, se quasi pugnis male multatum et contusum esse. I. M. Heusinger. tamen hanc lectionem reiiciendam duxit, quia non tumorem illum, sed vocem hic Φλυκταινην (ap. Aelian. Var. Hist. IX, 24. ubi haec fabula narratur.) expressam a nostro sibi persuasit: ideoque putavit legendum esse: *papulam habere.* Praefero Trillerianam rationem, quamquam Heusingeri coniecturae eximie faveo.

c. *obversatus* e codd. et libr. reduxit Lipsius. Pincianus dederat: *versus calix*, qui etiam hic bene suum locum obtinere posset.

delicatos mores et mollitiem nostro traditam rem, vid. ib.
 incolarum infamis, ut men- Perizon.
 fae, incessus, luxus eorum 4. *Quid enim*] Intelligo de
 in proverbium abierint. Athen. negligentia fervorum, qui
 XII, p. 518. sqq. Hey- silentium interpellarent, mu-
 niii Opusc. acad. II, p. scam, (ut muscarum servi) ca-
 126. sqq. Aelian. V. H. nem fugarent, quominus do-
 IX, 24. meminit hanc a mino molestiam crearent. Ep.

in concione curiave maledicta, cuius aures tracti subfelliis stridor offendit? Perpetietur hic famem, et aestivae expeditionis sitim, qui puero male diluenti nivem, irascitur?

XXVI. Nulla itaque res magis iracundiam alit, quam luxuria intemperans et impatiens. Dure tractandus animus est, ut ictum non sentiat, nisi gravem. Irascimur aut his, a quibus nec accipere iniuriam potuimus, aut his a quibus accipere potuimus. Ex prioribus quaedam sine sensu sunt: ut, a librum, quem minutioribus literis scriptum saepe proiecimus et mendosum, laceravimus: ut, vestimenta, quae quia displicebant, scidimus. His irasci quam stultum est, quae iram nostram nec meruerunt, nec sentiunt? „Sed nos offendunt videlicet, qui illa fecerunt.“³ Primum, saepe antequam hoc apud nos distinguamus, irascimur: deinde fortasse ipsi quoque artifices excusationes iustas afferent. Alius non potuit melius facere, quam fecit, nec ad tuam contumeliam parum didicit: alius non in hoc, ut te offenderet, fecit. Ad ultimum, quid est dementius, quam bilem in homines collectam in res effundere? Atqui ut his irasci⁴ dementis est, quae animâ carent, sic mutis animalibus,

E 5

bus,

Cap. XXVI. a. *librum quem — vestimenta, quae —*. Hic haesit magnus Gronovius et eiecit *ro' quem* et *ro' quae*: omnibus codd. et libris refragantibus. Relativa enim sibi persuaserat saepe iniquo loco a librariis interposita esse. Quod non negaverim. Nostrum tamen locum bene habere putem, virgula post *proiecimus* sublata et post *mendosum* translata: deinde, *ut, vestimenta* explices: ex. gratia vestimenta — nec ulla difficultas te morabitur, ut, librum, quem — mendosum, laceravimus: ut, vestimenta, quae, q. etc.

47. Lipsius canem obversatum de omine scaevo intelligit. *tracti*, cum strepitu loco moti.

Cap. XXVI. Iis, qui iniuriam inferre neque potuerunt, neque voluere, non irascendum est.

bus, ^b quae nullam iniuriam nobis faciunt, quia velle non possunt: non est enim iniuria, nisi a consilio
 5 profecta. Nocere itaque nobis possunt, ut ferrum, aut lapis; iniuriam quidem facere non possunt. Atqui contemni se quidam putant, ubi equi iidem obsequentes alteri equiti, alteri contumaces sunt: tanquam iudicio, non consuetudine, et arte tractandi, quaedam quibusdam subiectiora sint.

XXVII. Atqui ut his irasci stultum est, ita pueris, et non multum a puerorum prudentia distantibus. Omnia enim ista peccata, apud aequum iudicem, pro
 2 innocentia habent imprudentiam. Quaedam sunt, quae nocere non possunt, nullamque vim nisi beneficam et salutarem habent: ut dii immortales, qui nec volunt obesse, nec possunt. Natura enim illis mitis et placida est, tam longe remota ab aliena in-
 3 iuria, quam a sua. Dementes itaque et ignari veritatis illis imputant faevitiam maris, immodicos imbres, pertinaciam hiemis: quum interim nihil horum, quae nobis nocent profuntve, ad nos proprie dirigatur. Non enim nos causa Mundo sumus, hiemem aestatemque referendi; suas ista leges habent, quibus divina

b. quae nullam iniuriam nobis faciunt, quia velle non possunt: non est enim iniuria —: reduxi Gronovio auctore lectionem hanc codd. bonae notae, tum sensu et sermone Senecae postulantibus. Antea: sic mutis animalibus: quia nulla est iniuria, nisi —.

Cap. XXVII. Pergit in iis, quae priori capite posita sunt, et pluribus explicat.

Omnia — imprudentiam] imprudentia est, qua suam sibi innocentiam vindicent; loco innocentiae est iis imprudentia. Gataker. ad Antonin. p. 63, 7. Tiedemann

Geist der Spec. Phil. II, p. 530. sqq.

2. *ut dii immortales*] dogma Stoicum et Academicis commune est. Cic. de Off. III, 28. ib. intpp. cf. Lipsii Physiol. I, 10. *a sua*] ipsi iniurias pati non possunt.

3. *Mundo*] i. deo, naturae rerum,

divina exercentur. Nimis nos suspicimus, si digni nobis videmur, propter quos tanta moveantur. Nihil ergo horum in nostram iniuriam fit; immo contra, nihil non ad salutem. Quaedam esse diximus, 4 quae nocere non possunt: quaedam, quae nolunt. In his erunt boni magistratus, parentesque, et praeceptores, et iudices: quorum castigatio sic accipienda est, quomodo scalpellum, et abstinencia, et alia quae profutura torquent. Affecti sumus poenâ? succurrat, non tantum quid patiamur, sed quid fecerimus: in consilium de vita nostra mittamur. Si verum ipsi dicere nobis voluerimus, pluris litem nostram aestimabimus. Si volumus aequi omnium rerum iudices esse, hoc primum nobis suadeamus, neminem nostrum esse sine culpa. Hinc enim maxima indignatio oritur: Nihil peccavi, nihil feci; immo nihil fateris. Indignamur aliqua admonitione aut coërcitione nos castigatos: quum illo ipso tempore peccemus, quo adiicimus malefactis arrogantiam et contumaciam. Quis est iste, qui se profitetur omnibus 6 legi-

3. *Nimis nos suspicimus*] Haec contra Stoicorum dogma: Mundum deorum et hominum causa conditum esse, disputata esse, patet e Cic. de Nat. Deor. II, 14. 53. 60. de Finib. III, 20. de Off. I, 7. et Plin. N. H. VII, prooem. f. 1. Hominis causa videtur cuncta alia genuisse natura. Explicat tamen de Benef. VI, 20. Sed quum in hoc moveantur (Sol et Luna), ut universa conferrent, et pro me moventur: universonum enim pars sum, Academici aliique Philosophi

quum multa eaque merito contra hoc dogma Stoicum monuissent, noster his monitis ad mitigationem huius doctrinae perductus esse videtur. cf. de Benef. IV, 4. 5. 13. VI, 23. Lipsius in Physiol. II, 8.

4. *in consilium*] phrasis iudicialis: in consilium iudices mittuntur, ut, causa audita et cognita, potestate a quaesitore facta, deliberent et tabellis acceptis finiant. Sententiam igitur de nobis feramus. *pluris litem n. ae.* nostram poenam, multamve maiorem

legibus innocentem? Vt hoc ita sit, quam angusta innocentia est, ad legem bonum esse? quanto latius officiorum patet quam iuris regula? quam multa pietas, humanitas, liberalitas, iustitia, fides exigunt: quae omnia extra publicas tabulas sunt?

XXVIII. Sed ne ad illam quidem arctissimam innocentiae formulam praestare nos possumus. Alia fecimus, alia cogitavimus, alia optavimus, aliis favimus: in quibusdam innocentes sumus, quia non
 2 successit. Hoc cogitantes, aequiores simus delinquentibus, cedamus obiurgantibus: utique nobis ne irascamur, (cui enim non, si nobis quoque?) minime diis. Non enim illorum, sed lege mortalitatis patimur, quidquid incommodi accidit. At morbi doloresque

iorem esse indicabimus. Res et locutio e foro attico petita: in causa parum obvia alioquin, legibusque non factis clare pronuntiantibus poenam, iudices multam (τιμῆμα, litem) aestimabant, constituiebant, ab accusatore propositam, qui τιμᾶν dicitur; tum reus minuit ἀντιτιμᾶ, post accusator προστιμᾶ: Hinc denique iudices per suffragia poenam constituerunt. Cic. de Orat. I, 54. Ernesti Clav. Aestimatio.

6. *Officiorum*]. Stoicos officii singularem locum et partem in divisione Ethices dedisse primos, ex Diogene Laert. VII, 108. Senec. ep. 89. Cic. de Fin. III, 22. patet. Officium (τὸ καὶ ᾄνον) dicunt, quod cur factum sit, probabilis ratio reddi possit. Ergo

officium valde latius quam Lex patet, quum omne id significet, quod nobis ratio imperat. *tabulas* sc. legum publice propositas et affixas.

Cap. XXVIII. Nosce te ipsum, ut aequior fias in alios, nec statim irascaris.

arctissimam] i. angustam, circumscriptam iuris formulam, qua innocentiam metiri possumus. *formula*] (ex iure rom. petita voce) censoribus, iudicibus formula i. regula, censendi, cognoscendi datur, ad quam administrationem officiorum attemperarent. cf. Ernesti clav. Cic. *arctissima* dicitur, quoniam neque omnes cogitationes, neque omnes actiones dirigit, atque complectatur. Officium opponitur.

resque incurrunt. ^a Vtique aliquâ fugiendum est domicilium putre fortitis. Dicitur aliquis male de te ³ locutus: cogita an prior feceris, cogita de quam multis loquaris. Cogitemus, inquam, alios non facere iniuriam, sed reponere: ^b alios pronos facere, alios coactos facere, alios ignorantes: etiam eos qui volentes scientesque faciunt, ex iniuria nostra non ipsam iniuriam petere. Aut dulcedine urbanitatis pro- ⁴ lapsus est, aut fecit aliquid, non ut nobis obesset, sed quia consequi ipse non poterat, nisi nos repulisset. Saepe adulatio, dum blanditur, offendit. Quisquis ad se retulerit, quotiens ipse in suspicionem falsam inciderit, quam multis officiis suis fortuna speciem iniuriae induerit, quam multos post odium amare coeperit, poterit non statim irasci: utique si sibi tacitus ad singula quibus offenditur, dixerit: Haec et ipse commisi. Sed ubi tam aequum iudicem inuenies? Is qui nullius non uxorem concupiscit, et satis iustam ⁵ cau-

Cap. XXVIII. a. *Vtique aliquâ fug.* Var. lectt. *ad aliquid. aliquo. frigidum.* Hinc Lipsius fecit: *aliqua defugiendum.* Gronovius: *aliqua fungendum:* i. patienda sunt haec onera. Lipsius de suicidio explicasse videtur: quod cur Gronovio displicuerit, non video, qui ait: quicquid agas, haud expresseris sensum. Non cogitasse dicendus est de sententia Stoicorum, licere homini sponte sua sibi mortem consciscere. Nisi exciderint nonnulla, ut puto, de hoc dogmate hic sermo est. Cf. infr. III, 15. *Aliquâ* i. ratione tibi exitum ex hoc domicilio putri, quod tute tibi non dedisti, sed accepisti, parabis.

b. *alios pronos facere* i. proclives in iram, aliquo irae impetu abreptos. al. *per nos. pro nobis*, a Gronovio probatum. At hic de iniuria agitur, qua nos afficimur, non de ea, quam nos inferimus. Alii iniuriam reponunt, alii impetu proprio abripiuntur, alii vi et persuasione aliorum ideoque coacti, alii ignorantes, nobis ipsis iniuriam inferri. *Pronos* itaque non erat sollicitandum.

3. *pronos*] i. incautos, impetu aliquo abreptos facere iniurias, non consilio certo ductos. *non ipsam*] non iniuriam reputantes, quam faciunt, sed reponentes, se vindicantes. *ex iniuria nostra*] nobis facta.

- causam putat amandi, quod aliena est, idem uxorem suam aspici non vult: et fidei acerrimus exactor, est perfidus: et mendacia persequitur, ipse periurus: et litem sibi inferri aegerrime calumniator patitur. Pudicitiam fervulorum suorum attentari non vult, qui
6 non pepercit suae. Aliena vitia in oculis habemus: a tergo nostra sunt. Inde est, quod tempeſtiva filii convivia pater deterior filio caſtigat. Nihil alienae luxuriae ignoſcit, qui nihil ſuae negavit: et homicidae tyrannus irascitur: et punit furta ſacrilegus.
7 Magna pars hominum eſt, quae non peccatis irascitur, ſed peccantibus. Faciet nos moderatiores reſpectus noſtri, ſi conſuluerimus nos: Numquid et ipſi aliquid tale commiſimus? Numquid ſic erravi-
8 mus? Expedite nobis iſta damnari? Maximum remedium eſt irae, mora. Nec ab illa pete initio, ut ignoſcat, ſed ut iudicet: deſinet, ſi exſpectat. nec univerſam illam tentaveris tollere; graves habet impetus primos. tota vincetur, dum partibus carpitur.

XXIX. Ex his quae nos offendunt, alia renuntiantur nobis, alia ipſi audimus aut videmus. His quae narrata ſunt, non debemus cito credere. Multi ementiuntur, ut decipiant: multi, quia decepti ſunt. Alius criminatione gratiam captat, et fingit iniuriam,
2 ut videatur doluiſſe factam. Eſt aliquis malignus, et qui

6. *Aliena vitia*] nota fabula ex Aefopo et Catull. XXII, 21. Sed non videmus manticae quod in tergo eſt. Et Phaedr. IV, 10. narravit, qui tamen noſtro notus non fuit.

tempeſtiva] quae ante tempus diei ſolitum inire ſole-

bant: de medio potare die eſt ap. Horat. II. Serm. VIII, 3. cf. Lipſ. Exc. d. ad Taciti Annal. XIV. p. 1215. ſq. (Amſtel. 1672.) T. I.

Cap. XXIX. Differas iram, et iudices, quae afferantur ab aliquo, priuſquam irſcaris.

qui amicitias cohaerentes diducere velit; ^a est suspicax: et qui spectare ludos cupiat, ut ex longinquo tutoque speculetur, quos collisit. De parvula summa iudicaturus, tibi res sine teste non probaretur, testis, sine iureiurando non valeret: utrique parti dares advocacionem, dares tempus, nec semel audires; magis enim veritas elucet, quo saepius ad manum venit. Amicum condemnas de praesentibus, antequam audias, antequam interrogas? illi, antequam aut accusatorem suum nosse liceat, aut crimen, irascaris? ^b Iam verum, iam utrimque quid diceretur, audisti? Hic ipse qui ad te detulit, desinet dicere, si probare debuerit. Non est, inquit, quod me protrahas:

Cap. XXIX. *a. est suspicax.* Quum haec vox nihil ad sequentem affectum attineat, quem exprimat, fuisse putat Lipsius, *subprovocax*: quod excidisse nollem Viro praestantissimo. Difficultas haec pravae interpunctioni originem debet. Omnia autem clara sunt, modo interpungas post *velit* et *suspicax*: — velit; est suspicax. Refero autem το' *est suspicax* ad το' *et qui amic.* — *velit.* Hoc enim scriptoribus huius aetatis familiare est, ut particulas causales et transitus omitendo pulchritudinem neficio quam suo sermoni affundant, Ciceroni et optimo cuique auctori incognitam, quippe perspicuitati officientem. Hic dicere debuisset: *est enim suspicax*, et omnia perspicua fuissent.

b. Iam verum, iam quid utrinque — audisti? Ex codd. ap. Grut. recte recepit Gronov. Signum interrog. apponi iussi, tenore sermonis poscente. *Verum* i. iustum. cf. Ernesti Clav. Cic. sub voc. veritas.

2. est suspicax] suspicione senti opera, nulla interposita mora, nulla interposita mora, qua rem cognoscas. Senecae propria est haec loquendi ratio, atque apud eum solummodo occurrat: de Benef. II, 35. Ep. 97. Translatio facta videtur ab iis, qui satisfaciunt, emunt, solvunt, donant de praesentibus nummis: quod quia statim et promte fiebat, inde dicebatur, facere aliquid de praesentibus i. ex continenti.

3. de praesentibus] i. Gronovio interprete, statim, prae-

trahas: ego productus negabo. Alioqui nihil unquam tibi dicam. Eodem tempore et instigat, et ipse se certamini et pugnae subtrahit. Qui dicere tibi nisi clam non vult, paene non dicit. Quid est iniquus, quam secreto credere, palam irasci?

XXX. Quorundam ipsi testes fumus. In his naturam excutiemus voluntatemque facientium. Puer est? aetati donetur: nescit, an peccet. Pater est? aut tantum profuit, ut illi etiam iniuriae ius sit: aut fortassis ipsum hoc meritum eius est, quo offendimur. Mulier est? errat. Iussus est? necessitati quis, nisi iniquus, succenset? Laesus est? non est iniuria, pati quod prior feceris. Iudex est? plus illius credas sententiae, quam tuae. Rex est? si nocentem punit, cede iustitiae: si innocentem, cede fortunae. Mutum animal est, aut simile muto? imitaris illud, si irasceris. Morbus est, aut calamitas? levius transiliet sustinentem. Deus est? tam perdis operam quam illi irasceris, quam quum illum alteri precaris iratum. Bonus vir est, qui iniuriam fecit? noli credere. Malus? noli mirari; dabit poenas alteri, quas 2 debet tibi: et iam sibi dedit, qui peccavit. Duo sunt, ut dixi, quae iracundiam concitant: primum, si iniuriam videmur accepisse; de hoc satis dictum est. Deinde, si inique accepisse; de hoc dicendum est. Iniqua quaedam iudicant homines, quia pati non debue-

Cap. XXX. Natura et voluntas facientium iniurias excutiendae sunt. Transit ad eam causam irae, quam secundo loco posuerat, c. XXV. sqq. nos et irasci solere, si inique accepisse iniuriam videmur.

iniuriae ius sit] liceat semel iniustus esse: aut for-

tasse est beneficium, quod notis iniuria videtur.

Iussus est?] iussu alterius iniuriam fecit, aut antea laesus tibi iniuriam reponit.

et iam sibi dedit] quoniam animus sibi culpae conscius se torquet.

debuerint: quaedam, quia non speraverint. Indigna putamus, quae inopinata sunt. Itaque maxime commovent, quae contra spem expectationemque evenerunt. Nec aliud est, quare in domesticis minima offendant: in amicis, iniuriam vocemus negligentiam.

XXXI. „Quomodo ergo,“ inquit, „inimicorum „nos iniuriae movent?“ Quia non expectavimus illas, aut certe non tantas. Hoc efficit amor nostri nimius: inviolatos nos etiam inimicis iudicamus esse debere. Regis quisque intra se animum habet, ut licentiam sibi dari velit, in se nolit. Aut ignorantia nos itaque rerum, aut insolentia iracundos facit. Ignorantia: quid enim mirum est, malos mala facinora edere? Quid novi est, si inimicus nocet, amicus offendit, filius labitur, servus peccat? Turpissimam aiebat Fabius imperatori excusationem esse: Non putavi; ego turpissimam homini puto. Omnia puta, expecta: etiam in bonis moribus aliquid existet asperius. Fert humana natura infidiosos amicos, fert ingratos, fert cupidos, fert impios. Quam de moribus unius iudicabis, de publicis cogita: ubi maxime gaudebis, maxime metues: ubi tranquilla tibi omnia videntur, ibi nocitura non desunt, sed quiescunt; semper futurum aliquid, quod te offendat, existima. Gubernator nunquam ita totos sinus explicuit securus, ut non expedita ad contrahendum armamenta disponeret. Illud ante omnia cogita, foedam esse et execrabi-

Cap. XXXI. Inimicorum iniuriae ferendae sunt, quoniam ignorantia eas genuit.

2. *Fabius*] Quint. Fabius Maximus. cf. Cic. de Off. I, 23.

4. *sinus*] vela sinibus similia ideoque expansa: vox

technica in re nautica. Armamenta sunt antennae et funes nautici.

Illud ante omnia cogita —]

Haec argumenta et mox: *quid si nocere velint manus ped.* — ex obiurgatione, qua

Socrates duos dissidentes fra-

crabilem vim nocendi, et alienissimam homini, cuius
 5 beneficio etiam saeva mansuescunt. Aspice elephantorum iugo colla submissa, taurorum pueris pariter ac feminis perfultantibus terga impune calcata, et repentes inter pocula finisque innoxio lapsu dracones, et
 2 intra domum urforum leonumque ora placida tractantibus, adulantesque dominum feras: pudebit cum
 6 animalibus permutasse mores. Nefas est nocere patriae; ergo civi quoque. nam hic pars patriae est. Sanctae partes sunt, si universum venerabile est; ergo et homini. nam hic in maiore tibi urbe civis est. Quid si nocere velint manus pedibus? manibus
 7 oculi? Vt omnia inter se membra consentiunt, quia singula servari totius interest; ita homines singulis parcent, quia ad coetum geniti sumus. salva autem esse societas nisi amore et custodia partium non potest. Ne viperas quidem et natrices, et si qua morfu aut ictu nocent, effligeremus, si ut reliqua mansuefacere possemus, aut efficere, ne nobis aliisve per
 8 riculo essent. Ergo ne homini quidem nocebimus, quia

Cap. XXXI. a. *intra domum*. Cur hic *intra damnum* legendum sit, non intelligo cum Gronovio, quum praecedat: impune — et placida: pueris et feminis — tractantibus ora plac. Nonne idem dixisse noster putandus esset? cf. Ep. 85.

tres conciliare studet, defumta esse videntur. cf. Xenoph. Memorab. II, 3, 18. Gatak. ad Antonin. p. 264, 12.

5. *Aspice*] Qui plura legere de his cupiat, is adeat Meierottonem (Sitten und Lebensart der Römer, II, 190-195.) post nostrum Ep. 85. Martial. I, 105. V, 32. etc.

6. *Ergo et homini*] nefas est nocere, nam hic mundanus est, qualem Socrates se esse dixit. Cic. Tusc. Dispp.

V, 37. Ad communitatem spectat, qua, ut Stoici docebant, dii hominesque cives eiusdem civitatis sunt. Cf. Arium Didymum ap. Euseb. praep. evangel. XV, C. 15. ὅτι ὁ κόσμος οἰονεὶ πόλις ἐστὶν ἐν θεῶν καὶ ἀνθρώπων συνεσῶσα, τῶν μὲν θεῶν τὴν ἡγεμονίαν ἔχόντων, τῶν δὲ ἀνθρώπων ὑποτεταγμένων —. Lipsio Physiol. Stoic. II, 7. hunc locum deo.

quia peccavit, sed ne peccet: nec unquam ad praeteritum, sed ad futurum poena referetur, non enim irascitur, sed cavet. Nam si puniendus est, cuicumque pravum maleficumque ingenium est, poena neminem excipiet.

XXXII. „At enim ira habet aliquam voluptatem, „et dulce est, dolorem reddere.“ Minime. non enim ut in beneficiis honestum est, merita meritis reponere, ita iniurias iniuriis. illic, vinci turpe est: hic, vincere. Inhumanum verbum est, (ut quidem ² pro iusto receptum) Vltio: ^a et talio non multum differt nisi ordine. Qui dolorem regerit, tantum excusatus peccat. M. Catonem ^b in balneo ignorans quidam percussit imprudens. quis enim illi sciens faceret iniuriam? postea satisfaciendi Cato, Non meministi, inquit, percussum me. Melius putavit, non agnoscere, quam ^c vindicare. Nihil, inquis, post ³ tantam petulantiam mali factum est? Immo multum

F 2

boni;

Cap. XXXII. a. et talio non multum differt nisi ordine. Libri omnes praestant. Gronov. *Vltio, et a vi non multum differt.* Sed lectio, quam recepi, bonum sensum promit. *Vltio* est vox generalior, *talio* ad iniurias reponendas proprie spectat. *ut quidem* i. quamquam. Vncis includi iussi *τα* ut quidem — receptum, Gronovio suadente, in ceteris dicto ei non audiens. Antea: *Vltio et a contumelia non differt*, pravo sensu.

b. *in balneo ignorans* praestant omnes libri. Sensus: neque novit Catonem, neque sponte sua M. Catonem percussit. Antea: *in balneo quidam p. i. eiecto τφ ignorans.* Duritiam tamen sentio, et abesse vellem: Lipsio displicuit, qui proinde fuisse hic contendit: *in ore.*

c. *vindicare.* Omnes libri et scripti agnoscunt: Muretus immutavit: *agnoscere.*

Cap. XXXII. Negat, iram Philebo p. 283. T. IV. Opp. habere aliquam voluptatem. bip. hic Rhetoric. I, XI. p. Contra Platonem et Aristotelem disputat: ambo autem 121. T. IV. Opp. bip. *ita iniurias*] Iam Pindarus hoc testimonio homerico, II. hanc sententiam de animo σ, 107. 109. usi sunt ad firmandum hunc locum: ille in erga inimicos benévolo in loco praeclaro extulerat Pyth.

IX,

boni; coepit Catonem nosse. Magni animi est, iniurias despiciere. ultionis contumeliosissimum genus est, non esse visum dignum, ex quo peteretur ultio.

- 4 Multi leves iniurias altius sibi demisere, dum vindicant: ille magnus et nobilis est, qui, more magnae ferae, latratus minorum canum securus exaudit. „Minus,“ inquit, „contemnemur, si vindicaverimus „iniuriam.“ Si tanquam ad remedium venimus, sine ira veniamus: non quasi dulce sit vindicari, sed quasi utile. Saepe autem fatius fuit diffimulare, quam ulcisci.

- XXXIII. Potentiorum iniuriae hilari vultu, non patienter tantum ferendae sunt; facient iterum, si se fecisse crediderint. Hoc habent pessimum animi magnâ fortunâ insolentes: quos laeserunt, et oderunt. Notissima vox est eius, qui in cultu regum consenuerat. Quum illum quidam interrogaret: Quomodo rarissimam rem in aula consecutus esset, senectutem? „Iniurias,“ inquit, „accipiendo, et gratias agendo.“ Saepe adeo iniuriam vindicari non expedit, ut ne fa-
3 teri quidem expediat. C. Caesar Pastoris splendoris equitis Romani filium quum in custodia habuisset, munditiis eius et cultiōribus capillis offensus, rogante patre, ut salutem sibi filii concederet, quasi de supplicio eius admonitus, duci protinus iussit. Ne ta-
mon

IX, 169. T. II. Beck. p. 208. et Plato praecepit: neminem laesum iniurias reponere debere (in Criton. p. 113. 114. T. I. bip.) ἔτε ἄρα ἀνταδικεῖν δεῖ, ἔτε κακῶς ποιεῖν ἑδὲνα ἀνθρώπων, ἑδ' ἂν ὀτιῖν πάσχη ὑπ' αὐτῶν. Plutarch. de capiēda ex hostibus utilitate, p. 281. T. VII. ed. Hutten. Cf. Gatak. ad Antonin. VI, 6. p. 220. sq.

4. *Minus*] cf. C. XI. ubi haec iam traclavit.

Cap. XXXIII. Iram diffimulare saepe utile est.

Eius] Cuius aut ubi, ignoro cum Lipsio: nam de Aristippo (Diog. Laert. II, 67-78. cum nott. Menag.) non cogitaverim.

3. *munditiis*] Pulchros omnes et comatos oderat. Sueton. Calig. 35.

men omnia inhumane faceret adversum patrem, ad coenam illum invitavit eo die. venit Pastor, nihil vultu exprobrante. Propinavit illi Caesar heminam: et 4 posuit illi custodem. perduravit miser, non aliter quam si filii sanguinem biberet. Unguentum et coronas misit, et observare iussit an fumeret. sumsit. Eo die, quo filium extulerat, immo quo non extulerat, iacebat conviva centesimus, et potiones vix honestas natalibus liberorum, podagricus senex hauriebat: quum interim non lacrimas emisit, non dolorem aliquo signo erumpere passus est. Coenavit, tanquam pro filio exorasset. Quæris, quare? habebat alterum. 5 Quid ille Priamus? non dissimulavit iram, et regis genua complexus est? funestam perfusamque cruore filii manum ad os suum retulit, et coenavit; sed tamen sine unguento, sine coronis: et illum hostis fœvissimus multis solatiis, ut cibum caperet, hortatus est, non ut pocula ingentia, super caputposito custode, ficcaret. 6 Contempsisset troianum patrem, si

F 3.

sibi

Cap. XXXIII. a. *Contempsisset troianum patrem.* Omnes libri *romanum patrem*: unde Muretus fecit: *Pastorem.* Lipsius: *contempsisset et romanus pater.* Sed sensus et nexus huic lectioni male congruunt. Facile enim est ad intelligendum, hic neque de Pastore, neque de Caligula sermo esse. Pastor enim procul dubio sibi timuit; iram non ostendit, ut quæ repressa est timore, ne ipse et filius interficerentur:

ad coenam] cf. Sueton. c. 27, qui universe crudelitatem Caligulae attigit.

4. *heminam*] poculum uncias novem vini s. dimidium sextarium capiens.

5. *Quæris* —] alterum sc. filium, quem servare voluit.

Quid ille Priamus? —] Ex Homer. II. ω. notissima haec. Hectorē autem ab Achille interfecto Priamus Rex Troiae Achillem adiit

filium redempturus: cui hic perquam benignum se praestitit.

manum] sc. Achillis; moneo, ne de manu filii cogites. Sunt haec expressa ex II. ω, 477. 478. ἄγχι δ' ἄρα εἰς τὰς χερσὶν Ἀχιλλῆος λάβε γούνατα, καὶ κύσε χεῖρας δεινὰς, ἀνδροφόνους, αἱ οἱ πόλεος κτάνον υἷας. 601. κῦν δὲ μνησώμεθα δόρπη.

sibi timuisset: nunc iram compefcuit pietas. Dignus fuit, cui permetteret a convivio ad offa filii legenda difcedere. Ne hoc quidem permittit benignus interim et comis adolefcens: propinationibus fenem crebris, ut cura leniretur, admovens laceffebat: contra ille fe laetum, et oblitum quid eo effet actum die, praeftitit. Perierat alter filius, fi carnifici conviva non placuiffet.

XXXIV. Ergo ira abftinendum eft, five par eft qui laceffendus eft, five fuperior, five inferior. Cum pare contendere, anceps eft: cum fuperiore, furiofum: cum inferiore, fordidum. Pufilli hominis et miferi eft, repetere mordentem. ^a mures et formicae, quâ manum admoventis, ora convertunt: imbecillia fe laedi putant, fi tanguntur. Faciet nos mitiores, fi cogitaverimus, quid aliquando nobis profuerit ille, cui irafcimur, et meritis offensa redimetur. Illud quoque occurrat, quantum commendationis nobis allatura fit clementiae fama, et quam multos venia amicos utiles fecerit. Ne irafcamur inimicorum

nec Caligulae iram pietas compefcuit, qui Pastorem laceffiviffe mox dicitur. Itaque *romanum patrem* hic stare non poffe putem. Refero potius ad Priamum, qui fibi non timuit, et ad Achillem, cuius iram pietas, quam fenex Priamus fapienter in Pelidae animo excitaverat, compefcuit. Proinde dignus fuit Priamus etc. Quae omnia egregie conveniunt cum iis, quae Hom. Il. ω. cecinit. Ipfâ ratio grammatica cogit, ut cogitemus de Achille, cuius mentio proxime antecedit. Legendum itaque cenfeo *troianum patrem*, i. Priamum, qui post convivium Hectore fuo redempto et accepto Troiam rediit; ut offa corpore combufto de more legeret. Facilis autem erat haec mutatio *troianum* in *romanum*, fi fcripturam codd. cogites. Mox: *ne hoc quidem permittit*, (interpunctioe fublata) *benignus interim* (sub convivio) — ad Caligulam refero, ironice dictum, ut facile intelligas. *admovens* eft lectio codd. bonum fensum promens: crebro *invitans*. Lipsius coni. *admonens*.

Cap. XXXIV. a. *Mures* — quâ. Gronovius Lipsio praecunte e codd. reftituit.

Cap. XXXIV. Itaque ne irafcamur, praeclaræ caufae afferuntur.

2. *Ne irafcamur*] Etiamfi Lipsio non refrager, contenti, hic quaedam excidiffe, tamen

corum et hostium liberis. Inter Syllanae crudelitatis 3
 exempla est, quod a republica liberos proscriptorum
 submovit. Nihil est iniquius, quam aliquem heredem
 paterni odii fieri. Cogitemus, quoties ad ignoscen-4
 dum difficiles erimus, an expediat omnes nobis in-
 exorabiles esse. Quam saepe veniam qui negavit, pe-
 tit? quam saepe pedibus eius advolutus est, quem a
 suis repulit? Quid est gloriosius, quam iram amici-
 tia mutare? Quos Populus Romanus fideliores habet
 socios, quam quos habuit pertinacissimos hostes?
 Quod hodie esset imperium, nisi salubris providentia
 victos permiscuisset victoribus? Irascetur aliquis? tu
 contra beneficiis provoca. Cadit statim simultas, ab 5
 altera parte deserta: ^b nisi pariter, non pugnant. Si
 utrimque certabitur, irâ concurritur: ille est melior,
 qui prior pedem retulit: victus est qui vicit. Per-
 cussit te? recede. referiendo enim, et occasionem
 saepius ferendi dabis, et excusationem: non poteris
 revelli, cum voles. Numquid velit quisquam tam gra-
 viter hostem ferire, ut relinquat manum in vulnere,
 et se ab ictu revocare non possit? atqui tale ira te-
 lum est; vix retrahitur.

F 4

XXXV.

b. *nisi pariter, non pugnant*: bene Gronov. e codd. restituit.
 Mox reddidi lectionem antiquam: *Si utrimque certabitur,*
irâ concurritur. Antea: *Si utrimque concurritur.*

tamen in mentem venire pot-
 est, Senecam, membris ser-
 monis quibusdam omissis, ve-
 niae et clementiae exemplum
 potissimum apponere maluisse.
 Ne irascaris inferiori, neque
 iis, quibus irasci posses: hi
 enim aliquando tibi ob hanc
 veniam grâti erunt. Qua-
 propter ne extendas iram et
 in liberos inimicorum: hoc
 nexu quoque sequentia cum
 antecedentibus coniuncta sunt:

4. *Cogitemus* —] Exemplum
 crudelitatis Syllanae comme-
 moratur et ap. Sallust. Cati-
 lin. 37. Vellei. Paterc. II,
 28. Plutarch. Syll. c. 31, §.
 3 ὁ δὲ πάντων ἀδικώτατον
 ἔδοξε, τῶν γὰρ προγε-
 γραμμένων ἠτίμωσε καὶ
 υἱοὺς καὶ υἰωνοὺς.

pertinacissimos] De Lati-
 nis, Samnitibus etc. cogitasse
 videtur.

XXXV. Arma nobis expedita prospicimus, gladium commodum et habilem: non vitabimus impetus animi, his graves magis, furiosos et irrevocabiles? Ea demum velocitas placet, quae ubi iussa est, vestigium sistit, nec ultra destinata procurrit, et quae ² flecti, et a cursu ad gradum reduci potest. Aegros scimus nervos esse, ubi invitis nobis moventur. Senex, aut infirmi corporis est, qui quum ambulare vult, ^a currit. Animi motus eos putemus sanctissimos validissimosque, qui nostro arbitrio ibunt, non suo ferentur. Nihil tamen aequè profuerit, quam primum intueri deformitatem rei, deinde periculum.

³ Non est ullius affectus facies turbatior: pulcherrima ora foedavit, torvos vultus ex tranquillissimis reddidit. ^b Linqvit decor omnis iratos: et sive amictus illis compositus est ad legem, trahent vestem, omnemque curam sui effudent; sive capillorum natura vel arte iacentium non informis est habitus, cum animo inhorrescunt: tumescunt venae, concutitur crebro spiritu pectus, rabida vocis eruptio colla distendit. tunc artus trepidi, inquietae manus, totius corporis fluctuatio.

⁴ Qualem intus putas esse animum, cuius extra imago tam foeda est? quanto illi intra pectus terribilior vultus, acrior spiritus est, intensior impetus, ruptu-

Cap. XXXV. a. *currit*. Male Trillerus Obsf. crit. I, 26. emend. *corrui*. Enimvero agitur de velocitate nimia eaque vitiosa. Repressit eius cupiditatem I. M. Heusinger Emendd. p. 231. ut nunc video.

b. *Linqvit* — totus locus a Gronov. doctè constitutus est e codd. *Linqvit* tamen tueor: Vir magnus dedit: *Liquit*. *Trahere vestem* est luxu et mollitie diffluentium ap. Rom. et *φοιμάριον ἔλκειν* ap. Graecos: res nota. Illustrat tamen Gronov. ad h. l.

Cap. XXXV. Inprimis curas, ut faciem externam et internam iratorum intuearis. Cf. I, 1.

non vitabimus] Sicut arma nobis prospicienda sunt expedire *τῷ* prospicimus.

rupturus se nisi eruperit? Quales sunt hostium, vel 5
ferarum caede madentium, aut ad caedem euntium
aspectus; qualia poëtae inferna monstra finxere, suc-
cincta serpentibus, et igneo flatu; quales ad bella
excitanda, discordiamque in populos dividendam, pa-
cemque lacerandam, teterrimae inferum exeunt fu-
riae: talem nobis iram figuremus, flammâ lumina ar-
dentia, sibilo mugituque et gemitu et stridore, et si qua
his invisior vox est, perstreptem, tela manu utra-
que quatientem. neque enim illi, tegere se, cura est:
torvam, cruentamque, et cicatricosam, et verberibus suis
lividam, incessibus vesanis, offusam multa caligine, in-
cursitantem, vastantem, fugantemque: et omnium odio
laborantem, sui maxime: si aliter nocere non possit, ter-
ras, maria, coelum ruere cupientem, infestam pariter, in-
visamque. Vel, si videtur, sit qualis apud vates nostros est, 6

Sanguineum quatiens dextrâ Bellona flagellum,

Aut scissâ gaudens vadit Discordia pallâ.

aut si qua magis dira facies exoogitari diri affectus potest.

XXXVI. Quibusdam, ut ait Sextius, iratis profuit
aspexisse speculum. perturbavit illos tanta mutatio sui:
velut in rem praesentem adducti non agnoverunt se. et
quantulum ex vera deformitate imago illa speculo reper-
cussa reddebat? animus si ostendi, et si in ulla materia
perlucere posset, intuentes nos confunderet, ater macu-

F 5

lofus-

6. *Sanguineum*] cf. Virgil. VIII, 702. ubi tamen versus alio tenore leguntur, sensu haud diverso. Nisi hos versus memoriter a nostro laudatos ideoque parumper inflexos statuas, ex Ennio fortasse fluxere: dixit enim *vases nostros*.

ira efficere soleat mala et incommoda.

Sextius] Philosophus Stoicus celeberrimus suae aetatis: nostri fortasse coaevus. Noster eius saepe meminuit ut hominis praestantissimi, et qui a Stoicorum rigore deflexerit parumper: e. c. Ep. 64. Nat. Q. VII, ult. Plutarch. T. VII. Hutten. p. 248. cf. Fabric. Biblioth. Graec. Vol. III, p. 575. Harl.

Cap. XXXVI. Speculo utaris, ut ab ira deterreas: tamen potissimum aspicias ea, quae

- 2 losusque, aestuans, et distortus, et tumidus. Nunc quoque tanta deformitas eius est per ossa carnesque, et tot impedimenta, effluentis: quid si nudus ostenderetur? „Speculo equidem neminem deterritum ab ira a credis.“ Quid ergo? Qui ad speculum venerat, ut se mutaret, iam mutaverat. Iratis quidem nulla est formosior effigies, quam atrox et horrida, qualesque esse, etiam videri volunt.
- 3 Magis illud videndum est, quam multis ira per se nocuerit. Alii nimio fervore rupere venas, et sanguinem supra vires elatus clamor egeffit, et luminum suffudit aciem in oculos vehementius humor egeffus, et in morbos aegri recidere. nulla celerior ad insaniam via est. Multi itaque continuaverunt irae furorem; nec quam expulerant mentem, unquam receperunt. Aiacem in mortem egit furor, in furorem ira. Mortem liberis, egeffatem sibi, ruinam domui imprecantur, et irasci se negant, non minus quam insanire, furiosi. Amicissimis hostes, vitandique carissimis: legum, nisi quâ nocent, immemores, ad minima mobiles. non fermone, non officio, aditu faciles. Omnia per vim gerunt, gladiis et pugnare parati, et incumbere.
- 5 Maximum enim malum illos cepit, et omnia exsuperans vitia. Alia paulatim intrant: repentina et universa vis huius est: omnes denique alios affectus sibi subiicit: amorem ardentissimum vincit. Transfoderunt itaque amata corpora. et in eorum quos occiderant, iacuere
- 6 complexibus. Avaritiam durissimum malum, minimumque flexibile ira calcavit; adacta opes suas spargere, et domui, rebusque in unum collatis iniicere ignem. Quid? non ambitiosus magno aestimata proiecit insignia, honoremque delatum repulit? nullus affectus est, in quem non ira dominetur.

Cap. XXXVI. a. *credis*: e libris restitui: et suadent sequentia: Quid ergo?

4. *Aiacem*] Telamonis filium *Ἰάκω μασιγοφόρος* in deliciis esse non potuit.
 vel ex Ovid. *Metam.* XIII.
 inquit. notus ei, cui Sophoclis

—●—○○—●—

L. ANNAEI SENECAE
DE IRA
AD NOVATVM
LIBER TERTIVS.

I.

Quod maxime desiderasti, Novate, nunc facere tentabimus, iram excidere animis, aut certe refrenare, et impetus eius inhibere. Id aliquando palam aperteque faciendum est, ubi minor vis mali patitur: aliquando ex occulto, ubi nimium ardet, omnique impedimento exasperatur et crescit. ^a Refert, quantas vires, quamque integras habeat: utrumne verberanda et agenda retro sit, an cedere ei debeamus, dum tempestas prima defaevit, ne remedia ipsa fecum

VARIETAS LECTIIONIS.

Libr. III. Cap. I. a. *Refert* — *utrumne verberanda* —: lectio haec bene se habet: neque admittenda est I. M. Heusingeri emendatio (Emendd. p. 232.): *utrum reverberanda*. Occurrit quidem *re*: *reverberare* ap. nostrum, e. c. Clement. II, 5. Val. Flacc. I, 516. al. sed *verberanda* bonum promit sensum: et *utrumne* et *utrum* promiscue ponitur, etsi *utrum* solennius est.

ANIMADVERSIONES.

Libr. III. Cap. I. Ira animis excidenda aut certe refrenanda, eiusque impetus inhibendus est. Docet autem, hoc non uno eodemque modo fieri debere, sed pro moribus cuiusque consilium capiendum esse: obiurgatione e. c. meticulosos, generosos ac probos confessione atque pudore etc. ab ira cohibendos: moram vero s. dilationem novissime adhibendam —. Haec prima capita (1—4.) introductionis sunt loco in disquisitionem, quam II, 18. sibi proposuerat, monstraturus, quomodo ira sit refrenanda.

secum ferat. Consilium pro moribus cuiusque capiendum erit. Quosdam enim preces vincunt: quidam insultant, instantque submissis. Quosdam terrendo placabimus: alios obiurgatio, alios confessio, alios pudor coepto deiecit: alios mora, lentum praecipitis mali remedium, ad quod novissime descendendum est.

- 2 Ceteri enim affectus dilationem recipiunt, et curari tardius possunt: huius incitata, et se ipsam rapiens violentia, non paulatim procedit, sed dum incipit, tota est. Nec aliorum more vitiorum sollicitat animos, sed abducit, et impotentes sui cupidosque vel communis mali exagitat: nec in ea tantum, in quae desinavit, sed in occurrentia obiter furit. Cetera vitia impellunt animos: ira praecipitat. Ceteris etiam si resistere contra affectus suos non licet, at certe affectibus ipsis licet stare: haec non secus quam fulmina procellaeque, et si qua alia irrevocabilia sunt, quia non eunt, sed cadunt, vim suam magis ac magis tendit.

nanda. Procedit itaque oratio ad discrimen irae a ceteris affectibus demonstrandum: qua in re repetitiones quaedam occurrere facile intelligas. Est enim hoc in vitiis Senecae, ut, brevitate idem talem obscura quaesita, prolixitatem aliis locis, adeoque in iis, quae brevia esse videntur, confectetur. At vero hoc ab eo dicendi genere, quod noster praetulit, incisus et antithesibus abundante, haud facile segregandum est. Quamquam cum Lipsio confirmandum est, orationem hoc loco esse aliloquam, numerosam, sonantem, et imaginibus exemplisque ad irae fe-

rociam efferendam adhibitis egregie distinctam. Ceterum et hic nostrum contra Aristotelem pugnare, qui hunc affectum excusaverat, breviter monemus.

2. *vel communis mali*] quod in laedentem et laesum veniat. Expresserat hoc iam I, 1. ultionis secum ultorem tracturae avidus,

3. *Ceteris*] i. etiam si nollet affectibus ceterorum vitiorum resistere, ipsis tamen affectibus quies quaedam datur. *Eunt*: at hoc vitium fulminum modo cadit subito, ideoque vim suam — extendit. Idem expressit mox: *in iram deiectus — est.*

tendit. Alia vitia a ratione, haec a sanitate desciscit: alia accessus lenes habent, et incrementa fallentia: in iram deiectus animorum est. Nulla itaque res **4** urget magis attonita, et in vires suas prona, et, sive successit, superba, sive frustratur, insana: ne repulsâ quidem in taedium acta, vbi adversarium fortuna subduxit, in se ipsam morsus suos vertit: nec refert, ^b quantum sit ex quo surrexit; ex levissimis enim in maxima evadit.

II. Nullam transit aetatem: nullum hominum genus excipit. Quaedam gentes beneficio egestatis non novere luxuriam: quaedam, quia exercitae et vagae sunt, effugere pigritiam: quibus incultus mos, agrestis vita est, circumscriptio ignota est, et fraus, et quodcumque in foro malum nascitur. Nulla gens est, **2** quam non ira instiget, tamen inter Graecos quam barbaros potens: non minus perniciofa leges metuentibus, quam quibus iura distinguit modus virium. Denique
cetera

b. *quantum sit ex quo surrexit.* Haec est antiqua lectio, etiam ab Erasmo praestita, i. nata est et in conspectum venit. Diversae lectt. *surrexit*: inde Lipsius fecit: *ex quove surrexit*. Indicativus tamen ferri potest: certum enim est, iram surrexisse, sed parum liquet materiae magnitudo.

3. *a sanitate*] ira adeo morbos hominibus comparat. Non solum animo, sed etiam corpori obest. Iam attigerat II, 36. Cave, ne de naturali hominis conditione intelligas, utpote quem omnes affectus migrant. Lipsius confert Cic. Tusc. Dissp. IV, 24. prava lectione deceptus: invenit autem ibi: *morbis et morbosos*, ubi sanior lectio est: *moribus et morosos*.

Cap. II. Pergit in discrimine irae ab aliis affectibus

docendo. Omnes homines gentesve irae subiectos esse, quos tamen a ceteris quibusdam vitiis liberos fuisse constat.

exercitae] i. occupatae in victu quotidiano sibi comparando. Scythas hic intelligit Lipsius. Aliae gentes litigationibus carent omnibusque vitiis, quae a foro se iungi non possunt.

2. *Leges metuentes*] i. ex culti iis opponuntur, qui iure fortioris utuntur.

cetera singulos corripunt: hic unus affectus est, qui
 3 interdum publice concipitur. Nunquam universus populus
 feminae amore flagravit, nec in pecuniam aut lucrum tota civitas
 spem suam misit. Ambitio viritum singulos occupat. Impotentia
 non est malum publicum: saepe in iram uno agmine itum est. viri,
 feminae, senes, pueri, principes, vulgusque consentire,
 et tota multitudo paucissimis verbis concitata,
 4 ipsum concitorem antecessit. Ad arma protinus ignesque
 discursum est, et indicta finitimis bella, aut gesta cum civibus.
 Totae cum stirpe omni crematae domus: ^a et modo eloquio favorabilis,
 habitus in multo honore, iram suae concionis excepit: in imperatorem
 suum legiones pila torserunt. Dissedit plebs tota cum patribus:
 publicum consilium, senatus, non expectatis dilectibus,
 nec nominato imperatore, subitos irae suae duces legit, ac per
 tecta urbis nobiles
 5 consecutus viros ^b supplicium manu sumsit. Violavit legationes
 rupto iure gentium, rabiesque infanda civitatem tulit;
 nec datum tempus, quo resideret tumor publicus, sed deductae
 protinus classes, et oneratae
 ratae

Cap. II. a. et modo eloquio favorabilis, habitus in multo honore —: sic distinxi, sensu poscente, post favorabilis; sublato inciso post habitus. Qui modo oratione sua populo placuit, sensus est, concionem hanc sibi iratam videt. Hanc distinctionem suavit et I. M. Heusinger. l. l.

b. supplicium manu sumsit i. vi exegit (Val. Max. IX, 7.); aberratio librarr. manu suppressit: nec necessaria Lipsii emendatio: manu sua praeceffit.

cetera] i. vitia, affectus.

3. impotentia] cupido indomita dominandi.

4. Longum est, exempla addere, quibus quemcunque historia et graeca et romana fatis nota instruet. Cui enim rex Roma exactus, seditiones

tribuniciae, Gracchi Drufusque, et bella civilia ignota sunt? Evolve modo Valer. Maximum et Aelianum, qui tibi exemplorum fatis suppeditabunt.

5. Fortasse de Tarentinis, Carthaginienibus etc. cogitavit, qui legationes violaverunt.

ratae tumultuario milite. Sine more, sine auspiciis, populus ^c ductu irae suae egressus, fortuita raptaque pro armis gessit: deinde magna clade temeritatem audacis irae luit.

III. Hic barbaris forte ruentibus in bella exitus est. Quum mobiles animos species iniuriae perculit, aguntur statim: et quâ dolor traxit, ruinae modo regionibus incidunt incompositi, interriti, incauti, pericula appetentes sua: gaudent feriri, et instare ferro, et tela corpore urgere, et per suum vulnus exire. „Non est,“ inquis, „dubium, quin magna ista ² „et pestifera sit vis: ideo quemadmodum sanari debeat, monstra.“ Atqui, ut in prioribus libris dixi, stat Aristoteles defensor irae, et vetat illam nobis execrari. Calcar, ait, esse virtutis: hac erepta, inermem

c. ductu irae suae. ductu irae suoque mera aberratio librarii, quam Lipsius in codice suo invenit et ut pulchram praedicavit: ducibus, ait, ira et seipso usus. Quid pulchri insit, equidem non intelligo: quin adversatur nostro, qui populum affirmat tantummodo ira sua esse ductum. Quid igitur significaret: se ipso?

runt. *rabies vulis* secum rapuit, abduxit. *tumultuario mil.* i. in hoc tumultu defecti: moneo, ne de militibus violenter iisque nolentibus abductis cogites; nam omnes ira invasit, ideoque sua sponte militatum abiere. *Oneratae* i. exarmatae: *onerare* i. complere, *πληροῦν*, voc. propr. de classe, remigibus et fociis navalibus instruenda. *Sine more* i. incompositi, Virg. Aen. V, 695. VIII, 635. ne de sacrificiis cogites. *Auspicia* plerumque ante pugnam instituta esse, notum est. Fortasse de clade ad Alliam

cogitavit noster (Liv. V, 38.).

Cap. III. Causas affert, cur opus sit, ut magnam ac pestiferam vim irae doceat. Aristoteles enim, qui defensorem irae se praestitit, redarguendus est hac demonstratione.

forte] i. temere. *tela* i. hastas in se protentas corpore suo protrudere, et per ipsam hastam, quae vulnus fecit, et quam obnixus adversarius tenet, in hostem irruere, aprorum more.

2. *prioribus libris*] i. I, 5. II, 13. al.

mem animum et ad conatus magnos pigrum, in-
 3 temque fieri. Necessarium est itaque foeditatem eius
 ac feritatem coarguere, et ante oculos ponere, quan-
 tum monstri sit homo in hominem furens, quantoque
 impetu ruat, non sine pernicie sua perniciosus, et
 ea deprimens, quae mergi nisi cum mergente non pos-
 4 sunt. Quid ergo? sanum hunc aliquis vocat, qui vel-
 ut tempestate correptus, non it, sed agitur, et fu-
 renti malo servit? nec mandat ultionem suam, sed
 ipse eius exactor, animo simul ac manu saevit, carif-
 finorum, eorumque quae mox amissa fleturus est, car-
 nifex? Hunc aliquis affectum virtuti adiutorem comi-
 temque dat, consilia, sine quibus virtus gerit nihil,
 obturbantem? Caducae sinistraeque sunt vires, et in
 malum suum validae, in quas aegrum morbus et ac-
 5 cessio erexit. Non est ergo, quod me putes tempus
 in supervacuis consumere, quod iram, quasi dubiae
 apud homines opinionis sit, infamem: quum aliquis
 sit, et quidem de illustribus philosophis, qui illi indi-
 cat operas, et tanquam utilem ac spiritus submini-
 strantem in proelia, in actus rerum, ad omne quod-
 6 cunque calore aliquo gerendum est, vocet. Ne quem
 fallat, tanquam aliquo tempore, aliquo loco profu-
 tura, ostendenda est rabies eius effrenata et attonita:
 apparatusque illi reddendus est suus, equulei, et fidi-
 culae,

4. *Caducae — erexit*] cf. II, 35. Aegros scimus nervos esse etc. *accessio* i. impetus febrilis.

5. *quum aliquis*] i. Aristoteles, qui indicit operas, i. pensum, officium, partes irae imperat, imponit. Solenne *ro' indicere* in tali re esse,

docet Ernesti ad Sueton. Ca-
 lig. c. 39.

6. *Machinae* afferuntur, quibus lubens utitur ira, si earum potestas et copia sit: *Equulei*, quibus damnati imponti extendebantur. Saepè occurrunt, e. c. Cic. Tusc. Dissp. V, 5. Senec. Ep. 67:
Fidi-

culae, et ergastula, et cruces, et ^a circumdati defossis corporibus ignes, et cadavera quoque trahens uncus, varia vinculorum genera, varia poenarum, lacerationes membrorum, inscriptiones frontis, et bestiarum immanium caveae. Inter haec instrumenta collocetur ira, dirum quiddam atque horridum stridens, omnibus per quae furit tetrior.

IV. Vt de ceteris dubium sit, nulli certe affectui peior est vultus, quem in prioribus libris descripsimus asperum et acrem, et, nunc subito retrorsum sanguine fugato, pallentem, nunc in os omni calore ac spiritu verso, subrubicundum, et similem cruento, venis tumentibus, oculis nunc trepidis et exsurgentibus, nunc in uno obtutu defixis et haerentibus.

^a Adice dentium inter se arietatorum, et aliquem esse

Cap. III. a. *circumdati defossis corporibus*: antiqua omniumque librorum lectio, quam restituit Gronov. Pincianus dederat *defixis* a Mureto adoptatum. Animum horum viror. doct. non subierat consuetudo, quam in notis Gronovio duce attingimus. Mox *caveae*: nonnulli libri et Erasim. *cavernae*, quod glossema τὸ *caveae* putaverim.

Cap. IV. a. *Adice dentium inter se arietatorum et aliquem*. Lipsius emend. *ut aliquem*, vel: *et ut aliquem esse cup.* quo

Fidiculae i. nervi et chordae ad membra damnatorum, imprimis fervorum, extendenda; quorum et *ergastula* i. carceres privati, in quos ad compedes et opus damnabantur.

Circumdati. Christianos hac poena esse affectos sub Nerone, notum est ex Tacit.

Annal. XV, 44. Et Carthaginenses sic flagitiosos multasse, docet M. Cato Censorius ap. Aul. Gell. III, 14. Cic. Epp. ad Divers. X, 32.

Vncus traxit damnatorum cor-

pura ad Gemonias scalas, unde in Tiberim praecipitata sunt. *Caveae* in Amphitheatris, e quibus bestiae in damnatos emittebantur, II, 12.

Cap. IV. Irae foeditas, qua ceteros affectus antecellit. Cf. I, 1.

Adice] Saepe hoc verbo utitur noster in argumentis connectendis, cuius loco ceteri auctores utuntur: primum, deinde, tum etc. *arietatorum*: vid. II, 3. i. colliforum.

- esse cupientium, non alium sonum, quam est apris,
 2 tela sua attritu acuentibus. Adijce articulorum crep-
 tum, quum se ipsae manus frangunt, et pulsatum
 saepius pectus, anhelitus crebros, tractosque altius
 gemitus, instabile corpus, incerta verba subitis excla-
 mationibus, trementia labra, interdumque compressa,
 et dirum quiddam exsibilantia. Ferarum, mehercules,
 siue illas fames exagitat, siue infixum visceribus fer-
 rum, minus tetra facies est, etiam quum venatorem
 suum semianimes morsu ultimo petunt, quam homi-
 3 nis irâ flagrantis. Age, si exaudire voces ac minas
 vacet, qualia excarnificati animi verba sunt? nonne
 revocare se quisque ab ira volet, quum intellexerit
 illam a suo primum malo incipere? Non vis ergo
 admoneam eos, qui iram in summa potentia exercent,
 et argumentum virium existimant, et in magnis ma-
 gnae fortunae bonis ponunt paratam ultionem, quam
 non sit potens, immo nec liber quidem dici possit,
 4^b irae suae captus? Non vis admoneam, quo dili-
 gentior quisque sit, et ipse se circumspeciat: alia ani-
 mi

mitigaret (ut videtur, sensum enim non addidit) hanc sen-
 tentiam: i. quasi, velut aliquem devorare cupientium. Ni-
 hil tamen muto.

- b. *irae suae captus* ex Erasmo et codd. nonnullis Lipsi. et
 Grut. recepi: i. ab ira sua abreptus: *captus animi* occur-
 rit ap. Tacit. Histor. III, 73. I. M. Heusinger hanc lectio-
 nem contra Lipsium *irae suae captivus* coniectantem, quia
 forte constructionem hanc τὸ captus legere non memine-

rum *tela* i. dentes. *esse cu-
 pientium*, i. edisse et devo-
 rasse cupientium. Lipsius. At
 I. M. Heusinger Emendd. p.
 293. τὸ esse exponit εἶναι,
audiri, hac verborum collo-
 catione instituta: aliquem
 (sonum) esse (i. audiri) cu-
 pientium, (sed) non alium
 sonum —. Non intelligas,
 cur Lipsii explicatio, per se

naturalis et facilis, huic dif-
 ficiliori cedat. Dentes talem
 sonum edunt, qualis est eo-
 rum, e. g. aprorum, qui de-
 vorare aliquem cupere vi-
 dentur.

3. *Non vis*] dicit Peripa-
 teticos, eorumque asseclas in
 ira defendenda. — *Irae suae
 captus* i. ab ira sua captus,
 praepeditus. Vid. Var. lect.

mi mala ad pessimos quosque pertinere, iracundiam etiam eruditissimis hominibus, et in alia sanis, irrepere, adeo ut quidam simplicitatis indicium iracundiam dicant, et vulgo credatur facillimus quisque huic obnoxius?

V. „Quorsus,“ inquis, „hoc pertinet?“ Vt nemo se iudicet tutum ab illa, quum lentos quoque naturam et placidos in saevitiam ac violentiam evocet. Quemadmodum adversus pestilentiam nihil prodest firmitas corporis, et diligens valetudinis cura; promiscue enim imbecilla robustaque invadit: ita ab iracundia tam inquietis moribus periculum est, quam compositis

G 2

tis

rat, defendens, laudat Vechneri Hellenolox. I, 2, 23. Bunemann. ad Lactant. VII, 4, 8. Esse autem graecam formam, primum a poetis, mox a ceteris auctoribus usurpatam, nunc satis constat. Antea: *ira captus*.

4. *Eruditissimis* — in alia (negotia) *sanis*] i. bonis s. boni studiosis, Stoicum in morem et sensum, Lipsio interprete. Sed nescio, cur non simpliciter de doctis hominibus hic nostrum loquutum esse intelligamus. Locus Platonis, quem Lipsius affert, bene huc facit: sagaces, ingeniosos et memoriosos ut plurimum etiam ad iracundiam propensiores esse — in Theaet. p. 52. a. T. II. bip. ἀλλ' οἷ τε ὀξεία. — *Simplicitatis*. cf. II, 16. — *facillimus* i. mitissimus —.

Cap. V. Ad propositum pergat et ordine dicendorum declarato, remedia affert contra iram. Ac primum est, ut vitia, quae irae propria sunt, nobis subinde proponamus, et iram cum pessimis affectibus comparemus.

inquietis moribus] i. animo inculto ideoque sibi haud constanti. Vereor, ut hoc simile satis bene congruat invicem: merito enim dubites de veritate sententiae, quam de pestilentia in medium profert, sive intelligas de luce aliqua, sive de peste proprie sic dicta; deinde multum refert, utrum pestilentia omnia corpora invadat, an animo cuique periculum sit ab ira. Nam si utrumque, quod hic ponitur, verum est, neque medicina ulla commendari potest, neque remedia, quae affert noster, laudari possunt. Sed non satis subtiliter extulisse, quae sentiret, noster putandus est. Sensus est: Quemadmodum cuique corpori periculum est a pestilentia, ira etc.

tis et remissis, quibus eo turpior ac periculiosior est,
 2 quo plus in illis mutat. Sed quum primum sit, non
 irasci; secundum, ^a detinere; tertium, alienae irae
 mederi: dicam primum, quemadmodum in iram non
 incidamus; deinde, quemadmodum nos ab illa libe-
 remus; novissime, quemadmodum irascentem retinea-
 mus placemusque, et ad sanitatem reducamus. Ne
 irascamur praestabimus, si omnia vitia irae nobis sub-
 inde proposuerimus, et illam bene aestimaverimus.
 Accusanda est apud nos, damnanda: perscrutanda
 eius mala, et in medium protrahenda sunt: ut qualis
 3 sit appareat, comparanda cum pessimis est. Avaritia
 acquirit et contrahit, quo aliquis melior utatur: ira
^b incendit. paucis gratuita est: iracundus dominus
 quosdam in fugam servos egit, quosdam in mortem:
 quanto plus irascendo, quam id erat propter quod
 irascebatur, amisit? Ira patri luctum, marito divor-
 tium attulit, magistratui odium, candidato repulsam.
 Peior est etiam, quam luxuria: quoniam illa sua vo-
 4 luptate fruitur, haec alieno dolore. Vincit maligni-
 tatem et invidiam. illae enim infelicem fieri volunt,
 haec facere. illae fortuitis malis delectantur, haec
 non potest expectare fortunam: nocere ei quem odit,
 non noceri vult. Nihil est simultatibus gravius: has
 ira conciliat. nihil est bello funestius: in hoc poten-
 tium

Cap. V. a. *detinere* omnes codd. MSS. at *retinere* in edd. vet-
 e. c. Erasmi. Gruterus ruitus est codd. auctoritatem, nulla
 tamen ratione addita: Lipsius effinxit: *detumere* i. detume-
 scere. I. F. Gronov. emendavit. *desinere*. Enimvero hic ex-
 spectas verbum, quod activam vim habet, deinde *desinere*
 est synonym. τὸ moderatiorem esse, infra c. 36, 2. *Re-
 tinere* vero quoque bonum est, i. q. placare: sed codd.
 obtemperandum est boni quid suadentibus. Tuae itaque cum
 Grutero: *detinere*, i. inhibere: c. 12, 4. al.

b. *incendit*. omnes libri et Erasmi. Muretus tamen dedit ex
 con. *impendit*, et probatum Lipsio, qui hic vocabulum
 desideravit syn. τὸ consumere. Sed enim *incendere* egre-
 gie locum suum tuetur: de perturbatione enim et everfione
 usurpari vel Lexica docent, et antea c. I, 3. iram cum ful-
 mine comparaverat.

tium ira prorumpit. ceterum etiam illa plebeia ira et privata inerme et sine viribus bellum est. Praeterea 5 ira, ut seponamus quae mox fecutura sunt damna, infidias, perpetuam ex certaminibus mutuis sollicitudinem, dat poenas dum exigit: naturam hominis eiuratur. Illa in amorem hortatur, haec in odium: illa prodesse iubet, haec nocere. Adice, quod quum indignatio eius a nimio sui suspectu veniat, et animosa videatur, pusilla est et angusta; nemo enim non eo, a quo se contemptum iudicat, minor est. At ille in- 6 gens animus et verus aestimator sui non vindicat iniuriam, quia non sentit. Vt tela a duro resiliunt, et cum dolore caedentis solida feriuntur: ita nulla magnum animum iniuria ad sensum sui adducit, fragilior eo quod petit. Quanto pulchrius est, velut nulli penetrabilem telo, omnes iniurias contumeliasque respuere? Ultio doloris confessio est: non est magnus animus, quem incurvat iniuria. Aut potentior te, aut imbecillior laesit. si imbecillior, parce illi: si potentior, tibi.

VI. Nullum est argumentum magnitudinis certius quam nihil posse, quo instigeris, accidere. Pars superior mundi et ordinatior, ac propinqua sideribus, nec in nubem cogitur, nec in tempestatem impellitur, nec versatur in turbinem: omni tumultu caret. inferiora fulminant. Eodem modo sublimis animus, quietus semper, et in statione tranquilla collocatus,

G 3

intra

c. *eiurat* i. exiit, se abdicat. Haec lectio Grutero debetur, qui eam eruit e lectione codd. *iurat*: haud dubie praestantior diversis lectionibus: *mutat*, *vitiat*, *evitat* etc. Non enim de mutatione naturae humanae agitur, sed de tota everfione.

Cap. VI. Quo maior animus, eo sedatior, eo alienior ab ira. Evitanda igitur est *πολυπραγμωσύνη*, quae animum inquietum reddit ideoque causis irae obnoxium. *Pars superior* —] Hac comparatione saepe utuntur Stoici:

intra se premens, quibus ira contrahitur, a modestus et venerabilis est et dispositus: quorum nihil invenies in irato. Quis enim traditus dolori et furens non primam reiecit verecundiam? quis impetu turbidus et in aliquem ruens non quidquid in se verecundi habuit, abiecit? cui officiorum numerus aut ordo constitit incitato? quis linguae temperavit? quis ullam partem corporis tenuit? quis se regere potuit b immissum? Proderit nobis illud Democriti salutare praeceptum, quo monstratur tranquillitas, si neque privatim, neque publice multa, aut maiora viribus nostris egerimus. Nunquam tam feliciter in multa discurrenti negotia dies transit, ut non aut ex homine, aut ex re offensa nascatur, quae animum in iras paret. Quemadmodum per frequentia urbis loca pro-

peranti

Cap. VI. a. *modestus et venerabilis est et dispositus.* Ante Pincian. legebatur in edd. e. c. Erasim. *dispositus*, quod congruat τω *ordinatio*: alii *depositus*: ille mutavit: *compositus*, usum loquendi nostro familiarem haud tenens. Disponere enim ei idem est quod ordinare, e. c. de brev. vit. 19. Ep. 23. 28. etc. Optime igitur reduxit Gronov. Mox *abiecit* non *adiicit*, ut est in ed. Gronov. vitio operarum typogr.: monuit et I. M. Heusinger Emendd. p. 234.

b. *immissum*. i. incitatum. E codd. reduxit Gronov. Antea: *Quis se regere potuit? in immensum proderit.* Equum habenasque immittere est loquutio notissima: ap. nostrum occurrit oratio perturbata et immissa i. quae non reprimi potest, Ep. 40. cf. Ep. 106. Cic. de Fin. I, 1. Qua lectione admissa omni defectus suspicione carebimus.

Stoici: e. g. noster Ep. 59. Lucan. II, 270. sqq. — nubes excedit Olympus — Pacem summa tenent. Qui locus nostri simillimus est.

intra se premens] calcans irritamenta irae.

2. Democriti salutare praeceptum ex libro eius *περὶ εὐθυμίας* Io. Stobensis in Florileg. tit. 101. de felici-

tate, p. 478. servavit: τὸν εὐθυμῆσθαι μέλλοντα χρὴ μὴ πολλὰ πράσσειν, μήτε ἰδία, μήτε ξυνηΐ μὴδ' ὅσ' ἂν προσῆ ὑπὲρ τε δύναμιν αἰρεῖσθαι τὴν ἑαυτοῦ καὶ φύσιν. Claudis eo, quod noster extremo hoc capite posuit: ἢ γὰρ εὐογκίη ἀσφαλέστερον τῆς μεγαλοκνίας. Cf. De Tranquill. Animi c. 12.

peranti in multos incurfitandum est, et alicubi labi
 necesse est, alicubi retineri, alicubi respergi: ita in
 hoc vitae actu dissipato et vago, multa impedimenta,
 multae querelae incidunt. Alius spem nostram fefel-
 lit, alius distulit, alius interceptit: non ex destinato
 proposita fluxerunt. nulli fortuna tam dedita est, ut
 multa tentanti ubique respondeat. sequitur ergo, ut
 is, cui contra quam proposuerat, aliqua cesserunt,
 impatiens hominum rerumque sit: ex levissimis causis
 irascatur nunc personae, nunc negotio, nunc loco,
 nunc fortunae, nunc sibi. Itaque ut quietus possit esse ⁴
 animus, non est iactandus, nec multarum, ut dixi, re-
 rum actu fatigandus, nec magnarum, supraque vires
 appetitarum. Facile est, levia aptare cervicibus, et
 in hanc aut in illam partem transferre sine lapsu: at
 quae alienis in nos manibus imposita aegre sustine-
 mus, victi in ^c proximos effundimus, et dum stamus
 sub farcina, impares oneri vacillamus.

VII. Idem accidere in rebus civilibus ac domesti-
 cis, scias. Negotia expedita et habilia sequuntur
^a actorem: ingentia, et supra mensuram agentis, nec
 dant se facile, et si occupata sunt, premunt atque

G 4

addu-

c. *proximos*: i, in primum quemque, qui hanc potissimum far-
 cinam imposuerat: quo ipso optime ostendit, nos non diu
 sub illo onere nobis imposito constare aut progredi, quin
 effusum sit. At quum Gronov. in nonnullis codd. invenis-
 set: *in proximo*: hoc verum habuit; non enim, addit acu-
 tissimus homo, propositum est Senecae demonstrare, nos
 aliis, et quidem proximis, onus, cui ferendo impares sumus,
 impingere, sed non diu nos illud sustinere etc. Quam
 tuor lectionem, omnes habent edd., e. c. Erasmi, et multi
 codd.

Cap. VII. a. *actorem*: lectio vulgata et proba. Ed. rom. *an-
 ctorem*: male, additur enim statim — *agentis*.

Cap. VII. Iis rebus itaque
 operam demus, quae no-
 stro ingenio et viribus con-
 gruunt.

habilia] quae tractari facile
 possunt: *quae facile dant se*,
 nobis reguntur. *Occupata* ta-
 men i. suscepta, antequam

adducunt administrantem, tenerique iam visa, cum ipso cadunt. Itaque fit, ut frequenter irrita sit eius voluntas, qui non quae facilia sunt aggreditur, sed vult facilia esse, quae aggressus est. Quotiens aliquid conaberis, te simul et ea quae paras, quibusque pararis, ipse metire. Faciet enim te asperum poenitentia operis infecti. Hoc interest, utrum quis fervidi sit ingenii, an frigidi atque humilis: generoso repulsa iram exprimet, languido inertique tristitiam. Ergo actiones nostrae nec ^b parvae sint, nec audaces, nec improbae: in vicinum spes exeat. nihil conemur, quod mox, adepti quoque, successisse miremur.

VIII. Demus operam, ne accipiamus iniuriam, quam ferre nescimus. Cum placidissimo et facillimo et minime ^a obnixo morosoque vivendum est. Sumuntur

b. *parvae* omnes libri, ut Erasim. i. neque viliora confectetur negotia, neque altiora: medius tutissimo ibis. *Pravae* dedit Pincianus, quem Socii bipontini sequuti sunt. Ille putavit fortasse, nostrum sibi ipsum contradicere, quum antea (c. VI, 4.) posuisset: nec multarum rerum actu fatigandum esse animum, nec magnarum —. At non advertit, loqui nostrum de negotiis vilioribus, quae nobis poenitentiam comparare possint.

Cap. VIII. a. *obnixo* i. contumaci, difficulter cedenti. Erasmus in libris invenerat et nostram lectionem, quae postea in pluribus comparuit, atque in margine notaverat. Dederat tamen multitudini codd. obsequutus *obnoxio*, quod Gronov. more suo i. doctissime tuetur et adstruit. Notum nunc est, *obnoxium* significare propr. hominem improbum, qui conscientia mala permotus in conscios culpae suae timidus et infirmus est: inde ap. Plaut. Poen. III, 1, 15 et 17. *obnoxius* et liber opponuntur, et servus eius synon. audit: Liv. XXIII, 12. Quae etsi probe intelligam, tamen

ea exploraveris, *adducunt* in speique nostrae alludentia ferretur, — Nihil suscipias, cuius bonum eventum non

2. *Quotiens*. —] Idem praecepit de Tranq. An. c. IV. in vicinum spes exeat: tuae prudentiae, sed fortunae cuidam attribuas necesse est.

Ipse noster de Tranq. An. c. X. explicat: prope posita, iores, quam ut ferre possis, evi-

tur a conversantibus mores: et ut quaedam in contactos corporis vitia transfiliunt, ita animus mala sua proximis tradit. Ebriosus convictores in amorem vini traxit: impudicorum coetus fortem quoque, et, ^b si liceat, virum emolliit: avaritia in proximos virus suum transtulit. Eadem ex diverso ratio virtutum est, ² ut omne quod secum habent, mitigent: nec tam valetudini profuit ^c utilis regio et salubrius coelum, quam animis parum firmis, in ^d turba meliore versari. Quae res quantum possit, intelliges, si videris feras quoque convictu nostro mansuescere: nullique etiam immani bestiae vim suam permanere, si homi-

G 5

nis

puto, si libero nec elegantias captanti animo accesseris ad hunc locum, vel primo obtutu tibi nostram lectionem approbatum iri. Contextus enim hic epitheton postular, non significans hominem infirmum et facile laesioni ac vexationi expositum, anxium sollicitumque, sed talem, qualis opponitur et placidissimo facillimoque, et adhaeret moroso. Proinde *obnixo* reduxi, reiectis *anxio* et *obnoxio*, quae ad explicandum τὸ *minime obnixo* glossematis loco margini primum appicta mox in textum intrusa esse existimaverim.

- b. *si liceat*: omnes libri habent. Pincianus emendavit: *silicem*, ingeniose. Neque tamen assentior: nam, nisi fallor, haec comparatio hominis cum lapide, saxo etc. quae saepe ap. Veteres occurrit, numquam ad firmitatem et constantiam animi designandam adhibita est, sed ad duritiam pectoris, sensuum humanorum expertis, ideoque crudelis. Tuoer itaque antiquam lectionem: *si liceat*, i. si fieri possit. Neque tamen putes: *virum* esse synon. τὸ *fortem*: heroem enim h. l. significat, ut ap. Graecos ἀνὴρ, e. c. Herodot. VII, p. 604. 16. ib. Valcken. et Jacobs in praefat. versioni suae Vellei. Pat. praemissa, p. XXVII. sqq.
- c. *utilis*. I. M. Heusinger Emendatt. p. 234. pro corrupto habet, emendatque: *mitis*, quod quidem in scriptis parum differt ab: *utilis*: laudato Horat. I. Od. 18, 2. mite solum Tiburis. Plin. XXIII, 1. Curt. VII, 4, 30. al. Laudo emendationem, non praefero vulgatae, quae locum suum bene tuetur: *utilis* enim et *salutaris* saepe coniunguntur.
- d. *turba meliore* recepit Gronov. e codd. ap. Gruter.: etenim scriptores huius aetatis sic loqui amant. Laudat Gronov. not. suam ad Statii Silv. c. 37. Antea: *turba meliorum*.

evites, amicos ac sodales eligas bonos et mansuetos. Confortium enim malum corrumpit bonos mores, usu et ob-

servatione omnium temporum docente, e. c. Theogn. 35. Xenoph. Memorab. I, 2, 20. al.

nis contubernium diu passa est. Retunditur omnis asperitas, paulatimque inter placida dediscitur. Accedit huc, quod non tantum exemplo melior fit, qui cum quietis hominibus vivit: sed quod causas irascendi non invenit, nec vitium suum exercet. Fugere itaque debet omnes, quos irritaturos iracundiam sciet. „Qui sunt,“ inquis, „isti?“ Multi, ex variis causis idem facturi. Offendet te superbus contentu, dives contumeliâ, petulans iniuriâ, lividus malignitate, pugnax contentione, ventosus et mendax vanitate. Non feres a suspicioso timeri, a pertinace vinci, a delicato fastidiri. Elige simplices, faciles, moderatos, qui iram tuam nec evocent, et ferant. Magis adhuc proderunt submissi et humani, et dulces, non tamen usque in adulationem; nam iracundos nimia assentatio offendit. Erat certe amicus noster vir bonus, sed irae paratioris, cui non magis erat tutum blandiri, quam maledicere. Coelium oratorem fuisse iracundissimum constat. cum quo, ut aiunt, coenabat in cubiculo lectae patientiae cliens: sed difficile erat illi ^e in copulam coniecto, rixam eius, cum quo haerebat, effugere. Optimum iudicavit, quidquid dixisset, sequi, et secundas agere. Non tulit Coelius assentientem, sed exclamavit: Dic aliquid

Sic Cicero loqui solet. Mox §. 3. praetuli *dives contumelia*; Rubenio e codd. nonnullis contra laudante: *dicax contumelia*. Nunc omni *tautologia* superfedemus. Est autem omnium edd. et plurimarum codd. lectio, et optime cohaerent *superbus*, *dives* etc. quia divitem hic desiderares.

- e. *in copulam coniecto*. i. in societatem c. Copulam de amicitiae foedere usurpari constat. Gruterus hanc lect. e codd. sapienter restituit, probante Lipio et usum loquendi copiose adstruente Gronovio. Antea: *in crapulam con.* at de crapula non agitur, sed de societate, qua inita cum aliquo rixam effugere non potuit M. Coelius Rufus. *haerebat*

4. *Coelius*] Est M. Coelius libri octavi in Epp. Cic. ad Rufus, cuius sunt Epistolae Divers. Fuit vir nobilis, eloquens,

aliquid contra, ut duo simus. Sed ille quoque, quod non irasceretur iratus, cito sine adversario desit. Eligamus ergo vel hos potius, si conscii nobis iracundiae sumus, qui vultum nostrum ac sermonem sequantur: facient quidem nos delicatos, et in malam consuetudinem inducent, nihil contra voluntatem audiendi, sed proderit, vitio suo intervallum et quietem dare. Difficilis quoque et indomita natura blandientem feret: et nihil asperum tetrumque palpanti est. Quotiens disputatio longior et pugnacior erit, in primâ resistamus, antequam robur accipiat. Alit^r se ipsam contentio: demissos altius tenet. Facilius est se a certamine abstinere, quam abducere.

IX. Studia quoque graviora iracundis omittenda sunt, aut certe citra lassitudinem exercenda: et animus non inter

i. accubabat, s. assidebat, ut nos dicimus. Erasinus habet: *cum quo edebat*. Mox: *secundas* (partes) agere i. cedere, assentari: *alias res* in Lipsii cod. aberratio librarii.

f. *se ipsam*. Antiqua lectio ap. Erasim. Lips. al. Cicero dixisset: *se ipsa* quoniam hic nulla oppositio est. Sunt tamen et loca ap. Cic., in quibus haec regula, quam, quod sciam, Ernesti primus exposuit (Clav. Cic. voc. Ipse) respuitur. Noster hanc regulam, si tamen regula certa est, saepe migravit. e. c. III, 1, 2. etc. Ap. Gronov.: et bipont: *se ipsa*. Mox *demissos* Pincian. dedit, probante Gronov. dicitur enim *demittere se, descendere in certamen*: i. qui ultra, quam par est, in contentionem descenderunt, tenentur ab ea. Vanæ igitur sunt coniecturae Gruteri: *immissos* s. *commissos*: deinde Lipsii codex *admissos arctius*; tum aliorum libror. lectio *dimissi*.

quens, audax — ingeniosissime nequam et facundus malo publico, cuius cupiditatibus vel libidinibus neque opes ullae neque voluptates sufficere possent. Vell. Pat. II, 48, 3. Sub initio belli civilis stetit a parte Iul. Caesaris (de Bell. Civ. I, 2. 3. II, 43.); mox offensus, quod Caesar ipsum neglexis-

set, Trebonio in praeturam evecto, Romam reliquit, et ut seditiosus homo a Caesaris equitibus Thuriis interfectus est (Cic. ad Div. VIII, 17. Dio Cass. XLII, 22. Caesar Bell. Civ. III, 20 - 22. Vellei. Pat. II, 68.).

Cap. IX. Iracundus aegri similis leves res tractet,

inter plura verſandus, ſed artibus amoenis tradendus. Lectio illum carminum obleniat, et hiſtoria fabulis de-
 2 tineat: mollius delicatiusque tractetur. Pythagoras per-
 turbationes animi lyrâ componebat: quis autem igno-
 rat, lituos et tubas concitamenta eſſe; ſicut quosdam
 cantus blandimenta, quibus mens reſolvatur? Confuſis
 oculis proſunt virentia. ^a ut quibusdam coloribus infirma
 acies acquieſcit, quorundam ſplendore præſtringitur:
 ſic mentes aegras ſtudia laeta permulcent. Forum, ad-
 vocationes, iudicia, fugere debemus, et omnia quae
 exulcerant vitium, aequè cavere laſſitudinem corporis:
 3 conſumit enim, quidquid in nobis mite placidumque eſt,
 et acria concitat. Ideo quibus ſtomachus ſuſpectus eſt,
 proceſſuri ad res agendas maioris negotii, bilem cibo
 temperant, quam maxime movet fatigatio, ſive quia
 calorem inedia compellit, et nocet ſanguini, curſum-
 que eius, venis laborantibus, ſiſtit: ſive quia corpus
 atte-

Cap. IX. a. ut quibusdam coloribus. mutavi interpunctionem, et dedi, ut pro et, ne *ro* ſic careat, quo referatur; ſolet enim ſic loqui noſter. Mox ſ. 3. quam ad bilem retuli, puncto poſt temperant ſublato: ſenſu poſtulate. Inſpicias modo verſionem germanicam, (Lipſiae ap. Schwickert. 1794.) quae h. l. quam maxime friget.

Inter plura] int. negotia.
Hiſtoria fabulis d. fabulae ſunt h. l. mendacia: nam de hiſtoricis noſter parum magnifice ſentit. cf. Nat. Quaest. VII, 16. Moneo, ne cum Lipſio de hiſtoria fabulari cogites.

2. *Pythagoram*] omnia ad numeros atque harmoniam retuliſſe, nota res eſt, et fuſius cognofci poteſt ex Meiners. I, 408. ſq. et Tiedemann. I, 84. *Confuſis* i. infirmis. *Confundi* enim, ut

χραινέσθαι de rebus mixtis ideoque corruptis in uſu erat.

Virentia i. omne quod viret, oculis prodeſſe et a noſtris, harum rerum peritis, Adams, Sömmering al. expoſitum eſt.

3. Qui infirmo ſtomacho laborant, edant aliquid, antequam ad res procedant, multum laboris poſtulantes, ut bilis fatigatione excitata inque ſtomachum effuſa habeat, in quo vim ſuam exerceat.

Venis laborantibus i. ob calorem nimis extenſis ideoque
 ad

attenuatum et infirmum incumbit animo. certe ob eandem causam iracundiores sunt valetudine aut aetate fessi. Fames quoque et fitis, ex eisdem causis, vitanda est: exasperat et incendit animos.

X. Vetus dictum est: a lasso rixam quaeri: aequae autem et ab esuriente, et a sitiente, et ab omni homine quem aliqua res urit. Nam ut ulcera ad levem tactum, deinde etiam ad suspicionem tactus condoleseunt: ita animus affectus minimis offenditur, adeo ut quosdam salutatio, epistola, oratio, et interrogatio in litem evocent. Nunquam sine querelâ aegrotantur. Optimum est itaque, ad primum mali sensum mederi sibi: tum verbis quoque suis minimum libertatis dare, et inhibere impetum. Facile est autem, affectus suos, quum primum oriuntur, deprehendere: morbum signa praecurrunt. Quemadmodum tempestatis ac pluviae ante ipsas notae veniunt: ita irae, amoris, omniumque istarum procellarum animos vexantium sunt quaedam praenuntia. Qui comitali vitio solent corripri, iam adventare valetudinem intelligunt, si calor summa deseruit, et incertum lumen, nervorumque trepidatio est, si memoria sublabitur, caputque versatur. Solitis itaque remediis incipientem ³ cau-

ad officium suum deficientibus. *incumbit*, premit, molestiam ac infirmitatem creat animo. *Valetudine* cf. II, 19.

Cap. X. Optimum remedium itaque est, irae notas et praenuntia observare et occupando sibi mederi.

Vetus dictum] Hoc dictum repetitum esse videtur ex arena s. palaestra: ubi lassus ideoque victus rixam quaerit, aegre ferens invidiam. *Monaco*, ne interpreteris: cum

homine lasso, sitiente etc. quisque rixari amat: nostro ipso refragante. Fames enim, aet, et fitis exasperant et incendunt animos. *urit* i. male habet, sollicitat.

2. *Comitalis*] morbus, epilepsia, comitia vitians, rescindens, ex more Rom.; unde hoc nomen merito derivatur. *summa* i. summas corporis partes h. l. caput, oculosque: docet quoque Celsus II, 7.

causam occupant, et odore gustuque, quidquid est quod alienat animos, repellitur: aut fomentis contra frigus rigoremque pugnatur: aut si parum medicina profecit, vitaverunt turbam, et sine teste ceciderunt. Prodest morbum suum nosse, et vires eius antequam
 4 spatientur, opprimere. Videamus quid sit, quod nos maxime concitet. Alium verborum, alium rerum contumeliae movent. hic vult nobilitati suae, hic formae suae parcere. ille elegantissimus haberi cupit, ille doctissimus. hic superbiae impatiens est, hic contumaciae; ille servos non putat dignos quibus irascatur: hic intra domum saevus est, foris mitis. ille rogari, invidiam iudicat: hic, non rogari, contumeliam. Non omnes ab eadem parte feriuntur.

XI. Scire itaque oportet, quid in te imbecillum sit, ut id maxime protegas. Non expedit omnia videre, omnia audire: multae nos iniuriae transeant, ex quibus plerasque non accipit, qui nescit. Non vis esse iracundus? ne sis curiosus. Qui inquirat, quid in se dictum sit, qui malignos sermones, etiam si secreto habiti sint, eruit, se ipse inquietat. Quaedam interpretatio eo perducit, ut videantur iniuriae. Itaque alia
 diffe-

Cap. X. a. *Causam*. Bona lectio. Alii *cavam*, alii *casum*: Receptam lectionem e codd. et usu loquendi tueretur Gronov. Dicitur enim *causa* proprie de morbo quocumque ut *ai-ia*; quoniam a morbo excusationem petere saepe solemus, unde et *causarii* dicuntur; quod inde a Scaligero ad Tibull. I, 8, 51. saepe inculcatum est. Reduxi cum Gron. *Cyram* et *casum* glossematis loco adiecta esse videntur. Mox §. 4. *formae* vulgatum est: Lipsii cod. habet *famae*, quam non multum absum, quin praeferam, quia magis congruit antecedentibus. *Elegantissimus*, quod sequitur, ad formam spectat.

4. *invidiam*] i. dedecus.

protegas] custodias, ne tibi noceat. *Quaedam dicta interpretatio*, explicatio in malam partem versa videbuntur iniuriae.

Cap. XI. Deinde curiositatem evita, et interpretationem.

differenda sunt, alia deridenda, alia donanda. Cir-² cum scribenda multis modis ira est: pleraque in lusum iocumque vertantur. Socratem, aiunt, colapho percussum nihil amplius dixisse, quam: „Molestum esse, „quod nescirent homines, quando cum galea prodire „deberent.“ Non quemadmodum facta sit iniuria refert, sed quemadmodum lata. Nec video quare difficilis sit moderatio, quum sciam tyrannorum quôque tumida et fortunâ et licentiâ ingenia, familiarem sibi saevitiam repressisse. Pisistratum certe, Atheniensium tyrannum,³ memoriae proditur, quum multa in crudelitatem eius ebrius conviva dixisset, nec deessent qui vellent manus ei commodare, et alius hinc, alius illinc faces subderent, placido animo tulisse, et hoc irritantibus respondisse: „Non magis illi se succensere, quam si quis obligatis oculis in se incurrisset.“ Magna pars querelas manu fecit, aut falsa suspicando, aut levia aggravando.

XII. Saepe ad nos ira venit, saepius nos ad illam, quae nunquam arcessenda est: etiam quum incidit, reiiciatur. Nemo dicit sibi: Hoc, propter quod irascor, aut feci, aut fecisse potui! Nemo animum facientis, sed ipsum aestimat factum: atqui ille intuen-
 dus

2. *Circumscribenda*] i. moderanda, temperanda.

Socratem] Diogen. Laert. VI, 41. haec de Diogene Sinopensi, quo et magis digna videntur, narravit.

3. *Pisistratum*] Solonis coacvum et affinem, de quo iam supra monuimus. Valer. Maxim. V, 2. extern. idem narrans, amicum Thrasippum nominat, qui eum sine fine convitio lacerasset inter coenam. Ceterum esse deberet

ex regulis Grammaticae Latinae: Pisistratus — memoriae proditur. Graeco more hoc dictum putes, de quo multi sunt Interpp. ad Corn. Nep. Pausan. V. *manu fecit* sua sponte sibi comparare solet.

Cap. XII. Tum dilatio et quieti animi facientis aestimatio fiat.

nemo dicit sibi] quum iratus est, nemo sibi reputat, se ipsum haec aut fecisse aut facere potuisse, propter quae
 nunc

dus est; voluerit, an inciderit; coactus sit, an de-
 ceptus; odium secutus sit, an praemium; sibi morem
 2 gesserit, an manum alteri commodaverit. Aliquid pec-
 cantis aetas facit, aliquid fortuna: ut ferre ac pati,
 aut humanum, aut humile sit. Eo loco nos constitua-
 mus, quo ille est, cui irascimur: nunc facit iracundos
 iniqua nostri aestimatio, et quae facere vellemus, pati
 nolumus. Nemo se differt: atqui maximum remedium
 irae dilatio est, ut primus eius fervor relanguescat, et
 caligo quae premit mentem, aut residat, aut minus
 3 densa sit. Quaedam ex his quae te praecipitem ferebant,
 hora, non tantum dies, molliet: quaedam ex toto eva-
 nescent. * Si nihil erit petita advocatio, apparebit ta-
 men iudicium esse, non iram. Quidquid voles quale
 sit scire, tempori trade: nihil diligenter in fluctu cerni-
 4 tur. Non potuit impetrare P^{ro} a se tempus, quum
 servo suo irasceretur, sed ponere illum statim tunicam,
 et praebere scapulas verberibus iussit, sua manu ipse
 caesus. Postquam intellexit irasci se, sicut sustulerat,
 manum suspensam detinebat, et stabat percussuro similis.

Inter-

Cap. XII. a. *Si nihil erit petita a.* Sic libri scripti exhibent, bo-
 no sensu: Interdum mora interposita ira evanescent; sin sine
 effectu advocatio petita erit, tamen apparebit, te iudicare,
 i. ex iudicio, non ex ira agere. *Iam* mutavi in *tamen*, quae
 saepe confundi in MSS. constat, oppositione poscente. Eras-
 mus haesit in hoc loco et male amplexus est Rudolphi Agricolae
 amici coniecturam: *Si in hoc erit.* Lipsius ordinavit: *si nihil*
erit, pet. advocatione app.

nunc aliis irascatur. *voluerit*,
 an consilio, an se incio in-
 iuriam fecerit.

2. *Aliquid — :]* confide-
 randum est, utrum adolescens,
 an vir maturus, utrum dives
 et potens, an pauper nos ve-
 xaverit: et videbimus, nunc
 humanitatem flagitare, ut fe-

ramus, nunc abiecti animi et
 humilis esse, pati iniurias.

3. *advocatio]* i. mora: *in*
hoc i. ad aestimandum ani-
 mum, aetatem etc. auctoris.
 II, 22. *in fluctu* i. motu et
 transitu.

4. *Plato]* et ab aliis haec
 narrantur: e. g. Diogen. Laert.
 III, 38. et Stob. Floril. p. 329.
 qui

Interrogatus deinde ab amico, qui forte intervenerat, quid ageret? Exigo, inquit, poenas ab homine iracundo. Velut stupens, gestum illum faevituri deformem sapienti viro servabat, oblitus iam servi, quia alium quem potius castigaret, invenerat. Itaque abstulit sibi in suos potestatem, et ob peccatum quoddam commotior, „Tu,“ inquit, „Speusippe, servulum istum „verberibus obiurga: nam ego irascor.“ Ob hoc non 5 cecidit, propter quod alius cecidisset. „Irascor,“ inquit: „plus faciam quam oportet: libentius faciam: non sit „iste servus in eius potestate, qui in sua non est.“ Aliquis vult irato committi ultionem, quum Plato sibi ipse imperium abrogaverit? Nihil tibi liceat, dum irasceris. quare? quia vis omnia licere. Pugna tecum ipse! si iram vincere non potes, illa te incipit vincere. Si absconditur, si illi exitus non datur, signa eius obruamus, et illam, quantum fieri potest, occultam secretamque teneamus.

XIII. Cum magna id nostra molestia fiet. Cupit enim exsilire, et incendere oculos, et mutare faciem: sed si eminere illi extra nos licuit, supra nos est. In imo pectoris secessu recondatur, feraturque, non ferat: immo in contrarium omnia eius indicia flectamus. Vultus remittatur, vox lenior fit, gradus lentior: paulatim cum exterioribus interiora formentur. In So- 2 crate

qui loco Speusippi Xenocratem nominant: at Plutarch. de Pueror. educ. T. VII. p. 39. ed. Hutten. et Val. Max. IV, 1. Speusippum filium fororis appellant cum nostro, qui igitur memoriali lapsu, a Lipsio ei imputato, liberandus est.

5. *Irascor* —] vereor ut mihi nimis indulgeam in verberando.

Vol. I

Cap. XIII. Signa irae occultanda sunt.

feratur] cum acumine dictum, ut Aristippi illud: habeo, non habeor, I, 16. In nostra sit potestate, non nos in eius potestate. in contrarium — flectamus.

2. *In Socrate*] Plutarch. de ira cohib. VII, 785. Reisk. confirmat. *Eius ἀποργισαν*

H

et

crate irae signum erat, vocem submittere, loqui parcius: apparebat tunc illum sibi ob stare. Deprehendebatur itaque a familiaribus, et coarguebatur: nec erat illi exprobratio ^a latitantis irae ingrata. Quid ni gauderet, quod iram suam multi intelligerent, nemo sentiret? sensisset autem, nisi ius amicis obiurgandi se ³ disset, sicut ipse sibi in amicos sumserat. Quanto magis hoc nobis faciendum est? rogemus amicissimum quemque, ut tunc maxime adversus nos libertate utatur, quum minime illam pati poterimus, nec assentiat irae nostrae: contra potens malum, et apud nos gratiosum, dum ^b conspiciamus, dum nostri sumus, advocemus.

XIV. Qui vinum male ferunt, et ebrietatis suae temeritatem ac petulantiam metuunt, mandant suis, ut e convivio auferantur: intemperantiam in morbo suam experti, parère sibi in adversa valetudine vetant. Optimum est, notis vitiis impedimenta prospicere, et ante omnia ita componere animum, ut etiam gravissimis rebus subitisque concussus iram aut non sentiat, aut magnitudine inopinatae iniuriae exortam in altum ² trahat, nec dolorem suum profiteatur. Id fieri posse apparebit, si pauca ex ingenti turba exempla protulerō,

Cap. XIII. a. *latitantis*. Vulgata lectio. *Laudantis* Lipsii cod. exhibet, unde, si quid mutandum esset, fieri posset: *laudans suae*. Sed non opus.

b. *conspicimus* i. dum malum illud in conspectu nostro positum est, dum advenire videmus. Gronov. *conspicimus* emendat, archaismum hic captans.

et Cato admiratus est ap. Plutarch. II, p. 588. Plura de hac eius virtute dabunt Xenoph. Memor. Socr. III, 13. Epictet. ap. Arrian. diss. IV, 5. Diogen. Laert. II, 21. ib. Menag. Si noster accuratior in historicis tradendis fuisset, non opus esset testimonia talia

adhibere, quae non ad doctrinam ostentandam hic adducta sunt.

Cap. XIV. Vtilitatem moderationis docet exemplo Cambylae.

in altum retrahat] i. in imo pectoris secessu recondat.

ro, ex quibus utrumque discere licet: quantum mali habeat ira, ubi hominum praepotentum potestate tota utitur: quantum sibi imperare possit, ubi metu maiore compressa est. Cambysem regem nimis deditum vino 3 Praexaspes unus ex carissimis monebat, ut parcius biberet, turpem esse dicens ebrietatem in rege, quem oculi omnium auresque sequerentur. Ad hoc ille, „ut „scias,“ inquit, „quemadmodum nunquam excidam mihi, „approbabo iam, et oculos post vinum in officio esse, et „manus.“ Bibit deinde liberalius quam alias capacioribus scyphis, et iam gravis, et temulentus, obiurgatoris sui filium procedere ultra limen iubet, allevataque super caput sinistra manu stare. Tunc intendit arcum, et 4 ipsum cor adolescentis (id enim se petere dixerat) figit, recisoque pectore haerens in ipso corde spiculum ostendit: ac respiciens patrem, ^a fatisne certam haberet manum? interrogavit. At ille negavit Apollinem potuisse certius dimittere. Dii illum male perdant, animo magis quam conditione mancipium! Eius rei laudator fuit, cuius nimis erat spectatorem fuisse. occasionem blanditiarum putavit, pectus filii in duas partes ductum, et cor sub vulnere palpitans. Controversiam illi facere de gloria debuit, et revocare ^b iactum, ut regi libéret in ipso patre certio rem manum ostendere. O regem cruentum! o dignum in quem omnium suorum arcus verterentur! Quum execrati fuerimus illum, 6 convivia suppliciiis funeribusque solventem, tamen sce-

H 2

lera-

Cap. XIV. a. *Satisne* e codd. receptum. antea: *an satis*, quod nusquam comparuit. Alii *fatis certam*. Hinc Gron. facere voluit: *Satin certam*.

b. *iactum*, quia de sagitta h. l. agitur, putavit Lipsius, *ictum* legendum esse; *iactum* dici de iaculo. Saepe inter se confusa esse in MSS. *iactum* et *ictum*, constat, e. c. ap. Curtium. Sed quum iactus radiorum, retis, ideoque de omni fere re, quae dimittitur, dicatur, *iactum* defendi posse videtur. Sagittam autem noster mox telum appellat §. 6.

3. *Cambysem.*] Narrat Herodot. III, 34. 35.

leratius telum illud laudatum est, quam missum. Videbimus quomodo se pater gerere debuerit, stans super cadaver filii sui, caedemque illam, cuius et testis fuerat et causa: id de quo nunc agitur, apparet, iram sup-
 7 primi posse. Non maledixit regi, nullum emisit ne calamitosi quidem verbum, quum aequae cor suum, quam filii, transfixum videret. Potest dici, merito devorasse verba: nam si quid tanquam iratus dixisset, nihil tanquam pater facere potuisset. Potest, inquam, videri sapientius se in illo casu gessisse, quam quum de potandi modo praeciperet: quem satius erat vinum quam sanguinem bibere, cuius manus poculis occupari pax erat. Accessit itaque ad numerum eorum, qui magnis cladibus ostenderunt, quanti constarent regum amicis bona consilia.

XV. Non dubito, quin Harpagus quoque tale aliquid regi suo Persarumque suaserit, quo offensus, liberos illi epulandos apposuit, et subinde quaesivit, an placeret conditura. Deinde ut fatis illum plenum malis suis

6. *Videbimus*] sc. alias, alio tempore et loco. Esse reiiciendi partem tractationis formulam nostro familiarem, docuit I. F. Gronov. ad h. l. exemplis adductis de Const. Sap. 16. Vit. b. 11. Benef. IV, 37. al.

7. *Pax*] calamitas haec ei non contigisset, si modo poculis, nec item consiliis dandis operam dedisset. — Ceterum eadem fere tractaverat noster II, 33.

Cap. XV. Continuatio. Sui-
 cidium, quod vocant, ultimum remedium.

Harpagus] Quae hic occurrunt de Harpago, mera con-

iectura sunt, ut ipse noster fatetur. Herodot. I, 108. sq. 118. 119. haec habet: Quum Astyages comperisset, filium Mandanes, filiae suae, non ab Harpago, cui id iniunxerat, sed ab alio expositum et conservatum esse, hac coena immani, ultionis causa, excipi eum iussit. Filius autem unicus tredecim annos natus ei appositus est. Haec noster immutavit et deflexit, pravo more, ut suo consilio attemperaret: quamquam haud intelligas, quid tandem hac mutatione lucratus sit. Quae enim voluit, ea vero omnia et ipsa historia suppeditabat.

suis vidit, afferri capita illorum iussit, et, quomodo esset acceptus, interrogavit. Non defuerunt misero verba, non os concurrat: „Apud regem,“ inquit, „omnis „coena iucunda est.“ Quid hac adulatione profecit? ne ad reliquias invitaretur. Non ^a veto patrem damnare regis sui factum, non veto quaerere dignam tam truci portento poenam: sed hoc interim colligo, posse etiam ex ingentibus malis nascentem iram abscondi, et ad verba contraria sibi cogi. Necessaria est ista doloris refrenatio, utique hoc sortitis vitae genus, et ad regiam adhibitis mensam. Sic editur apud illos, sic bibitur, ³ sic respondetur: funeribus suis arridendum est. An tanti sit vita, videbimus: alia ista quaestio est. Non consolabimur tam triste ergastulum, non adhortabimur ferre imperia carnificum, ostendemus in omni servitute apertam libertati viam. Si aeger animus, et suo vitio miser est, huic miseras finire secum licet. Dicam et ⁴ illi, qui in regem incidit, sagittis pectora amicorum petentem, et illi, cuius dominus liberorum visceribus patres saturat: Quid gemis, demens, quid exspectas, ut te aut hostis aliquis per exitium gentis tuae vindicet, aut rex a longinquo potens advolet? Quocumque respereris, ibi malorum finis est. Vides illum praecipitem locum? illac ad libertatem descenditur. Vides illud

H 3

mare,

Cap. XV. a. *veto*. antiqua lectio. *non vero* — *non vero* vitium typograph. ap. Gronov. et bipontinos scios. et mox §. 4. *illac ad libertatem d.* non *illic* ut ap. bip.

2. *sibi cogi*] i. irae.

3. *Non consolabimur* — *ergastulum*] Eodem modo dictum est, ut ap. Cic. Divers. Ep. IV. 8. pro Mil. 25. consolari breviter vitae: i. foliis mitigare, lenire hunc carcerem aulicum. Fufius haec saepe tractavit noster, e. c. de

Constantia Sapientis. — *Si aeger animus* — *licet*] morte sua sponte consciscenda: ex decretis Stoicorum netissimis.

4. *Hostis—advolet?*] ad Haepagum spectant, qui Cyrum ascitum adiuvit, ut ulcisceretur Aftyagem. Herodot. I, 123, sq. —

mare, illud flumen, illum puteum? libertas illic in imo sedet. Vides illam arborem, brevem, retorridam, infelicem? pendet inde libertas. Vides iugulum tuum, guttur tuum, cor tuum? effugia servitutis sunt. Nimis tibi operosos exitus monstramus, et multum animi ac roboris exigentes. Quaeris, quod sit ad libertatem iter? quaelibet in corpore tuo vena.

XVI. Quamdiu quidem nihil tam intolerabile nobis videtur, ut nos expellat e vita, iram, in quocunque erimus statu, removeamus. Perniciosa est fervientibus: omnis enim indignatio in tormentum suum proficit, et imperia graviora sentit, quo contumacius patitur. Sic laqueos fera dum iactat, adstringit: sic aves viscum, dum trepidantes excutiunt, plumis omnibus illinunt. Nullum tam arctum est iugum, quod non minus laedat ducentem, quam repugnantem. Vnum est levamentum malorum ingentium, pati, et necessitatibus suis obsequi. Sed quum utilis sit fervientibus, affectuum suorum, et huius praecipue rabidi atque effrenis continentia, utilior est regibus. Perierunt omnia, ubi

Vides illam arborem — infelicem] de patibulo explices haec, quod ap. Liv. I, 26. infelix arbor audit. Erat enim formula solennis: caput obnubito, arbori infelici suspendito. Cic. pro Cajo Rabirio, perduellionis reo, IV, fin. cf. Macrob. Saturn. II, 16. (Fieri tamen potuit, ut cogitaret noster de nota Timonis misanthropi, coaevi Alcibiadis, historia: quem civibus suis ficum (atram ideoque infelicem), si quis ex ea se suspendere adhuc vellet, com-

mendasse constat e Plutarch. vit. Anton. T. V. p. 223. c. 71. Reisk.)

Cap. XVI. Continentia irae et fervientibus et regibus utilis est.

Vnum est — obsequi] Hoc Stoicorum decretum erat: quamquam et antea in necessitudinis iugo, cui temere resistent homines, commendando multi erant Veteres, et poetae inde ab Homero, et ceteri auctores, e. c. Herodot. I, 91.

ubi quantum suadet ira, fortuna permittit, nec diu potest, quae multorum malo exercetur, potentia stare: periclitatur enim, ubi eos qui separatim gemunt, communis metus iunxit. Plerosque itaque modo singuli mactaverunt, modo universi, quum illos conferre in unum iras publicus dolor coëgisset. Atqui plerique sic iram, quasi insigne regium, exercuerunt. Sicut Darius, qui primus, post ablatum Mago imperium, Persas et magnam partem Orientis obtinuit. Nam quum bellum Scythis indixisset, Orientem cingentibus, rogatus ab a Oebazo nobili sene, ut ex tribus liberis unum in solatium patri relinqueret, duorum opera uteretur; plus quam rogabatur pollicitus, omnes se illi dixit remissurum, et occisos in conspectu parentis abiecit: crudelis futurus, si omnes abduxisset!

XVII. At quanto Xerxes facilior? qui Pythio, quinque filiorum patri, unius vacationem petenti, quem vellet, eligere permisit: deinde quem elegerat, in partes duas distractum ab utroque viae latere posuit, et hac

H 4

victi-

Cap. XVI. a. Oebazo. Libri fere: Orobazo: quin Erasinus praestat: Oroborto. Sed est *Ορόβαζον* ap. Herodot. IV, 84., unde noster sua hausit.

2. nec diu potest — stare] cf. II, 11.

3. Sicut Darius] Hystaspis filius, Mago interfecto, Rex Persiae creatus Scythis bellum intulit. Crudelitatem, in Oebazum commissam, tradidit Herodot. IV. 84. Scythiae geographiam dedit idem scriptor diligentissimus IV, 99. sqq., quem egregie illustravit Heeren. (*Ideen über die Politizik etc. der vornehmsten Völker der alten Welt.* T. II.)

Mediam autem Asiae fere partem tenuere Scythae, nomadico vivendi genere utentes,

Cap. XVII. Antecedentia exemplis probare pergit peregrinis.

De *Pythio*, Lydo, qui Caelaenis, urbe Phrygiae, habitabat, narratio existat ap. Herodot. VII, 27. 38. 39. aliquantum diversa a nostro: nam Xerxes Pythio non permisit, quem vellet eligere, sed Pythius extemplo maximum

naru

victima lustravit exercitum. Habuit itaque quem debuit exitum: victus, et late longeque fufus, ac fratham ubique ruinam fuam cernens, medius inter fuorum cadavera incefſit. Haec barbaris regibus feritas in ira fuit, quos nulla eruditio, nullus literarum cultus imbuerat!

2 Dabo tibi ex Ariſtotelis ſinu regem Alexandrum, qui Clitum cariffimum ſibi et una educatum, inter epulas transfodit, et manu quidem ſua, parum adulantem, et pigre ex Macedone ac libero in Perficam ſervitutem tranſeuntem. Nam Lyſimachum, aequae familiarem ſibi, leoni obiecit. Numquid ergo hic Lyſimachus, felicitate quadam dentibus leonis elapſus, ob hoc quum ipſe regnaret, mitior fuit? ^a Nam Teleſphorum Rhodium amicum ſuum undique decurtatum, quum aures illi naſumque abſcidiffet, in cavea velut novum animal aliquod et inuſitatum diu pavit: quum oris detruncati muti-

Cap. XVII. a. *Nam Teleſphorum.* Repreſſi impetum emendandi
Non. Teleſph. cf. not.

natu elegit. *Habuit itaque* exercitus eandem fortem, quae filio contigerat, cuius corpore eum luſtraverat.

2. *Dabo* —.] Verbo tantum monemus, Ariſtotelem irae defenſorem hic a noſtro tangi: Alexandrum autem in Ariſtotelis ſinu i. familiaritate et diſciplina, fuiſſe conſtat. Etiam de *Clito* omnia nota eſſe poſſunt ex Curtio VIII, 1. al.

3. *Nam Lyſimachum*] τὸ *Nam* involvit ſaepe periodum omiſſam: (exempla dat Manutius ad Cic. Epp. ad Diverſ. III, 11.) non unum Clitum crudeliter multavit: nam

— Mox ante: Nam intelligas: Minime gentium. *Lyſimachum* ab Alexandro leoni obiectum eſſe, negat Curt. VIII, 1, 17. ubi vid. Intpp. Plinius tamen H. N. VIII, 21. bip. et Pauſan. I, IX, p. 32. ed. Facii aliique a Senecae parte ſtant. Haec vero ſequensque hiſtoria, Plutarcho in libro de Exſilio non praetermiſſa, ab Hieronymo Cardiano profectae eſſe videntur, quem quidem in hiſtoria ſucceſſorum Alexandri detexenda ac cuſationes in Lyſimachum, contra quem una cum Philippo unoculo, rege Maced. pugnavit (Lucian. VIII, 120. bip.) accumulaffe tradit Pauſan. I, IX.

mutilatque deformitas humanam faciem perdidisset. Accedebat fames et squalor et illuvies corporis, in ster- 4
core suo destituti, callosis super haec genibus manibus-
que, quas in usum pedum angustiae loci cogebant; la-
teribus vero attritu exulceratis, non minus foeda quam
terribilis erat forma eius visentibus: factusque poenâ
suâ monstrum, misericordiam quoque amiserat. tamen
quam dissimillimus esset homini, qui illa patiebatur;
dissimilior erat, qui faciebat.

XVIII. Utinam ista saevitia intra peregrina man-
fisset exempla, nec in Romanos mores cum aliis ad-
ventitiis vitiis, et suppliciorum irarumque barbaria
transisset! M. Mario, cui vicatim populus statuas po-
suerat, a cui thure et vino supplicabat, L. Sylla per-
fringi crura, erui oculos, amputari manus iussit; et
quasi totiens occideret, quotiens vulnerabat, paulatim
et per singulos artus laceravit. Quis erat huius impe- 2

H 5

rii

Cap. XVIII. a. cui thure et vino supplicabat. In omnibus edd.
est: c. th. e. v. Romanus populus s. : sed eliminavi e textu,
adstipulantibus codd. bonae notae, ipsoque nexu flagitante.
Et Gronovio placuit.

p. 35. *Cavea Ἰηρηγοροφείου*,
in quo belluae ditinentur.

4. *callosis*] i. callo obductis,
quoniam genua et manus de-
curtatae fuerunt.

misericordiam] int. visen-
tium.

Cap. XVIII. Accedunt ro-
mana exempla.

M. Mario] Marc. Marius
Gratidianus, vir praetorius, a
fratre C. Marii, septies Con-
sulis, adoptatus, ideoque et
Marianae factionis: turbulen-
tus homo. In praetura una
cum tribh. pl. edictum de re
numaria communiter conscri-

ptum, in quo pecuniae pre-
tium illis turbulentis tempo-
ribus incertissimum constitue-
batur, ipse solus, collegis in-
scis, quin etiam invitis, pu-
blice edixit. Quae res ei
magno honori fuit. Omni-
bus vicis, ait Cic. de Off. III,
20, 5. p. 720. Heusing., sta-
tuae: ad eas tus, cerei. Plu-
ra dat Ernesti Ind. Hist. M.
Gratidius. Heusinger Grati-
dios (p. 689.) confudisse vi-
detur. Noster locus classicus
est in hac atrocissima re, quo-
cum Lucan. Pharsal. II, 125.
sq. conferri potest,

rii minister? quis, nisi Catilina, iam in omne facinus manus exercens? hic illum ante bustum Q. Catuli carpebat, ^b gravissimus mitissimi viri cineribus: supra quos vir mali exempli, popularis tamen, et non tam immerito quam nimis amatus, per stillicidia sanguinem dabat. Dignus erat Marius qui illa pateretur, Sylla qui iuberet, Catilina qui faceret: sed indigna Respublica quae in corpus suum pariter et hostium et ^c vindicum ³ gladios reciperet. Quid antiqua perscrutor? modo C. Caesar Sextum Papinium, cui pater erat consularis, ^d Betilienum Bassum quaestorem suum procuratoris sui filium, ^e aliosque et equites Romanos et senatores uno die flagellis cecidit, torisit, non quaestionis, sed animi causa. Deinde adeo impatiens fuit differendae voluptatis, quam ingens crudelitas eius sine dilatione poscebat, ut
in

- b. *gravissimus*. Lipsii cod. *gravissimus livor*, unde facere voluit: *g. liquor* vel potius *gravissimo liquore*, de inferiis *χοαῖς* cogitans ob sequens *stillicidia*. Non assentior: tautologia enim esset manifestior.
- c. *vindicum* Muretus e coniectura mutavit in: *civium*; nescio quare. Est omnium libror. lectio: spectat enim manifeste ad Sullanos, vindicare se et asserere oppressam Rempubl. in libertatem prae se ferentes.
- d. *Betiliennum Bassum* (antea: *Beliennum Bassum*) Gronov. restituit, Sanctamantium et Rubenium sequutus. Et de Sexto Papinio et de Cassio Betillino (sic appellatur ap. Dion. Cass. LIX, 15.) exposuit Dio: eiusque epitomator Zonaras (cf. Intpp. ad Dion. Cass. l. mem.) eodem modo, quo noster: praeterquam quod ille Betiliennus Bassus apud Dionem et Zonaram *Cassius Betillinus* nominatur. Libri scripti: *Bethiennum*, *Bethennum*, *Bidiennum*, *Betliennum*, *Bethliennum*. Betiliennus Bassus occurrit in veteri nummo.
- e. *aliosque et eq. rom. et senatores* ad Erasmi ed. ordinavi: antea: *alios senatores et equites Romanos*. Mox *ingens crudelitas*: antea *ingentem crudelitas*. Feci e lectione cod. ap. Gruter. *iniques crudelitas*. Eius crudelissimus animus poscit hanc voluptatem.

2. *Q. Catulus*] C. Marii collega in bello cimbrico celeberrimus, qui post a C. Mario proscripserat semetipsum interfecit. (Ernesti Ind. hist.

Cic. Wezel ad Cic. Brut. p. 296. sq.) bustum eius trans Tiberim erat, ubi Marium *carpebas* i. interfecit, *gravissimus* i. inimicissimus.

in xyſto maternorum hortorum, qui porticum a ripa ſeparat, inambulans, quosdam ex illis cum matronis atque aliis ſenatoribus ad lucernam decollaret. Quid inſtabat? quod periculum, aut privatum, aut publicum una nox minabatur? ^fquantulum fuit, lucem exſpectare denique, ne ſenatores populi Romani ſoleatus occideret?

XIX. Quam ſuperbae fuerit crudelitatis, ad rem pertinet ſcire; quamquam aberrare alio poſſumus videri, et in devium exire: ſed hoc ipſum pars erit irae ſuper ſolita ſaevientis. Ceciderat ſtagellis ſenatores: ipſe effecit, ut dici poſſit: Solet fieri. torſerat per omnia, quae in rerum natura triſtiſſima ſunt, fidiculis, tabularibus, equuleo, igne, vultu ſuo. Et hoc

f. quantulum fuit, lucem exſpectare denique, ne ſenat. p. R. ſoleatus occideret. Interpunctionem a Grutero et Tanaq. Fabro inſtitutam, a Gronovio autem reiectam, reduxi. Antea erat: *qu f., l. exſpectare? denique — occ.* Senſus poſcere videtur: Quam exigua mora fuiſſet, lucem denique (ſaltem, demum,) exipectare, ne ut a convivio recens habituque diſſoluto (i. ſoleis indutus) tantos viros velut infimae notae homines occideret? Dio Caſſius LIX, 7. fin. narrat: antiquis temporibus et iudices publice ſententias tuliffe interdum aeſtatis tempore ſoleatos, et Auguſtum ſoleatum fuiſſe ſollemnibus ludis: Tiberium tamen hunc morem abrogaffe, nunc a Caligula tempore ludorum reductum. Igitur dedecori eſſe non potuit ſenatoribus occidi a Caligula, qui iudex ſoleatus ſequenti die ſederet, ſed hoc illis dedecori eſſe debebat, quod nocturno et domeſtico habitu indutus eos occideret, quaſi nequam mancipia.

3. *Xyſto*] ambulatione ſub divo ante porticum. Erneſti Clav. Cic. Significat autem Seneca, porticum deſiſſe in iſtum xyſtum, qui ripae Tiberis, ad quem fluvium horti matris Agrippinae erant, praetextus interventu ſuo porticum a ripa diviſerit. Plin. Epp. V, 6. Haec ſana Gronovii explicatio facit, ut Lipſii

et Gruteri emendatt. ſuperfedere poſſimus.

Cap. XIX. In Caligulae crudelitatem invehitur. Conſeſtendi ſunt Suetonius, et Dio Caſſ. lib. LIX.

tabulares] i. tabulae, Lipſio interprete, inter tormenta admotae, quibus adſtrictis artatistaeque homo comprimebatur et elidebatur: ut *fidiculae*

hoc loco respondebitur, magnam rem! si ^a tres fenatores, quasi nequam mancipia, inter verbera et flammam dividit, homo qui de toto fenatu trucidando cogitabat: qui optabat, ut populus Romanus unam cervicem haberet, ut scelera sua tot locis ac temporibus diducta, in unum ictum et unum diem cogeret. ² Quid tam inauditum quam nocturnum supplicium? quum latrocinia tenebris abscondi soleant; animadversiones, quo notiores sunt, plus ad exemplum emendationemque proficiunt. Et hoc loco respondebitur mihi: Quod tantopere admiraris, isti beluae quotidianum est; ad hoc vivit, ad hoc vigilat, ad hoc lucubrat. Nemo certe invenietur alius, qui imperaverit his, in quos animadverti iubebat, os infertâ spongiâ includi, ne vocis emittendae haberent facultatem. ³ Cui unquam morituro non est relictum, quâ gemeret? timuit, ne quam liberiores vocem extremus dolor mitteret: ne quid, quod nollet, audiret. sciebat autem innumerabilia esse, quae obicere illi nemo, nisi periturus, auderet. Quum spongiae non invenirentur, scindi vestimenta miserorum, et in os farciri pannos imperavit. Quae ista saevitia est? ^b liceat ultimum spiritum trahere: da exiturae animae locum: liceat illam non per vulnus emittere.

XX.

Cap. XIX. a. tres fenatores. At plures antea nominaverat? Si recte se habet hic numerus, explicatio τῶν aliosque in antecedentibus esse videtur. Vereor tamen, ne illustres aut tale quid loco τῶν si tres in textu fuerit. Si praeterea apodofi caret.

b. liceat — trahere: quod quidem fieri nequibat pannis in os infertis. Tradere est Lipsii coniectura, haud probanda.

lae i. funes et equulei ad extendendum hominem adhibita. cf. de Brevit. vit. 18. *qui optabat.*] Idem narrant Sueton. Cal. 30. Dio Cass. LIX, 13.
Erant poenae fervorum.

XX. Adiicere his longum est, ^a quod patres quoque occisorum eadem nocte, dimissis per domos centurionibus, confecit: id est, homo misericors luctu liberavit. Non enim Caii saevitiam, sed irae malum propositum est describere: quae non tantum viritim furit, sed gentes totas lancinat, sed urbes, sed flumina, et tuta ab omni sensu doloris converberat. Sicut rex Persarum, totius populi nares recidit in ² Syria: inde Rhinocolura loci nomen est. Perpercisse illum iudicas, quod non tota capita praecidit? novo genere poenae delectatus est. Tale aliquid passis forent Aethiopes, qui ob longissimum vitae spatium Macrobiani appellantur; in hos enim, quia non supinis manibus exceperant servitutem, missisque legatis libera responsa dederant, quae contumeliosa reges vocant, Cambyses fremebat: et non provisus comae-tibus, non exploratis itineribus, per invia, per aren-tia trahebat omnem bello utilem turbam: ^b cui intra primum iter deerant necessaria, nec quidquam submi-nistra-

Cap. XX. a. quod a Lipsio est: antea: quot, quos.

b. cui, i. turbae. Gronovio non arridet τὸ: cui, ut quod ser-monem dissolutum et elumbem reddat: emend. ideo: quum. At id est, Senecam ad formulam aliquam elegantiae fingere velle. bello utilem turbam ne quis inutilem fuisse putet; se-quitur enim: Servabantur interim illi etc.

Cap. XX. Alia exempla iracundiae crudelis: inprimis Cambyse.

Non enim Caii —:] ita autem nostro propositum est irae malum describere, ut inde luceat, quantopere utilis sit irae continentia et re-gibus. cf. c. XVI.

2. Rex Persarum] Diod. Siculus de Rege Aethiopiae, Artisane, hanc fabulam nar-

rat: qui Aegyptum a se ex-pugnatam quum a latronibus vastari intellexisset, captis na-res rescari et in desertis Ae-gypti Syriaeque finibus ha-bitare iussit: urbe eorum a curtatis naribus Rhinocolura appellata. Meminit et Plin. H. N. V, 13.

Macrobiani] i. Longaevi. He-rodot. III, 19. sqq. cui intra primum iter — est enim re-gio illa in finibus inculta et steri-

nistrabat sterilis et inculta humanoque ignota vestigio regio: sustinebant famem primo tenerrima frondium, et cacumina arborum, tum coria igne mollita, et quidquid necessitas cibum fecerat: postquam inter arenas radices quoque et herbae defecerant, apparuitque inops etiam animalium solitudo, decimum quemque 3 fortiti, alimentum habuerunt fame saevius. Agebat adhuc ira regem praecipitem, quum partem exercitus amisisset, partem comedisset, donec timuit, ne et ipse vocaretur ad sortem: tum demum signum receptui dedit. Servabantur interim illi generosae aves, et instrumenta epularum camelis vehebantur: quum fortirentur milites eius, quis male periret, quis peius viveret.

XXI. Hic iratus fuit genti, et ignotae, et immeritae, sensurae tamen: Cyrus flumini. Nam quum Babylonem oppugnaturus festinaret ad bellum, cuius maxima momenta in occasionibus sunt, Gynden late fusum amnem vado transire tentavit: quod vix tutum est etiam quum sensit aestatem, et ad minimum dedu-

sterilis, ut et recentiores, qui illam adiere, narrant. *cacumina arb.* velut teneriora. Herodot. III, 25. simplicius: ποιηθαγένοντες διέζων. Apparuitque inops — i. iumenta quoque, quibus exercitus utebatur, consumta erant: Herodoto I. I. praecise τὰ ὑποζύγια memorante. Convenit haec nostri narratio de Cambyxae expeditione in omnibus fere cum Herodotea, praeterquam quod nonnulla variaverit: e. c. quinta itineris parte confecta cibos defecisse, quum Seneca intra primum iter,

ait, defecisse, nec commeatus provisos. Accedit, quod noster amplificationem addiderit parum scitam.

Cap. XXI. Cyri iracundia in fluvium Gynden.

Gynden] fluvium Babyloniae per 360. rivos passim derivatum a Cyro. Herodotus narrat I, 189. 202. V, 52. Dementia eius in eo conspiciebatur, quod cum omni copiarum vi tam longum tempus sine ullo comodo in hoc fluvio tereret, ob unam causam, ut eum poena afficeret. — *sensit* de rebus inanimatis loquutio nostro

deductus est. Ibi unus ex his equis, qui trahere re-
giam currum albi solebant, abreptus, vehementer
commovit regem. iuravit itaque, amnem illum ^a regis
commeatus auferentem, eo se redacturum, ut transiri
calcarique etiam a feminis posset. Huc deinde ³
omnem transtulit belli apparatus, et tamdiu assedit
operi, donec ^b c et LXXX cuniculis divisum alveum
in CCC et LX rivos dispergeret, et siccum relinque-
ret in diversum fluentibus aquis. Perit itaque et tem-
pus, magna ^c in magnis rebus iactura, et militum ar-
dor, quem inutilis labor fregit, et occasio aggrediendi
imparatos, dum ille bellum indictum hosti cum flu-
mine gerit.

XXII. Hic furor (quid enim aliud voces?) Ro-
manos quoque contigit. C. enim Caesar villam in
Herculanensi pulcherrimam, quia mater sua aliquando
in

Cap. XXI. a. *regis commeatus auferentem*, sana lectio codd. et
edd. ante Pinc. et Murerum, qui dedere: *regis equis mea-
tum*, ex sola coniectura: Lipsius: *regi. Commentus* a. Gro-
nov. cum Lipsio recte exponit: transitum regis impedi-
entem, praecedentem: dicitur enim Ep. 120.: iter hosti aufer-
tur. Possis tamen *Commeatus* de equis intelligere cum Gru-
tero, quod adeo praeferam, modo usus huius significatio-
nis monstratur. *Regi* legas, an *regis*, nihil interest

b. *C et LXXX cuniculis divisum*: antiqua lectio. Erasmus ta-
men legi vult: *canaliculis*, usu vocis non probato; quidam
libri *curriculis*, Lipsius ingeniose *funiculis*, de vocis *cuniculi*
auctoritate dubitantes, quam nunc firmatam esse constat.
Rem narrat Herodot. I, 189.: *διελών δὲ (τὴν στρατὸν δίχα)
σχοινοτενέας ὑποδέξας διώρυχας ὀρθώκοντα καὶ ἑκατὸν παρ'
ἑκάτερον τὸ χεῖλος τῆ Γύνδω τετραμμένας πάντα τρύ-
πον*. Totum exercitum bifariam divisit, ut et in cite-
riore et ulteriore fluminis ripa exercitus pars quaeque cu-
niculos suos 180. duceret ad derivandum, qui 360. rivos
efficerent.

c. *in magnis rebus iactura*. Sic fere omnes libri: antea *vanis*.
Si res magnas moliris, nullum temporis momentum negli-
gas. *Vanis* tamen sensu bono haud caret.

nostro familiaris: eaque poe-
tica. Mox §. 3. *belli ap-
paratum* i. exercitum ad-
movit.

Cap. XXII. Exempla man-
suetudinis.

C. *Caesar* Caligula prope
Herculanum f. Heracleam,
oppi-

in illa custodita erat, diruit, fecitque eius per hoc notabilem fortunam. stantem enim praenavigabamus: nunc causa dirutae quaeritur. Et haec cogitanda sunt exempla, quae vites; et illa e contrario, quae sequaris, moderata, lenia: quibus nec ad irascendum causa defuit, nec ad ulciscendum potestas. Quid enim facilius fuit Antigono, quam duos manipulares duci iubere, qui incumbentes regio tabernaculo faciebant, quod homines et periculossime et libentissime faciunt: de rege suo male a existimabant? Audierat omnia Antigonus, utpote quum inter dicentes et audientem palla interesset: quam ille leviter commovit, et, „Longoius,“ inquit, „discedite, ne vos rex audiat.“ Idem quadam nocte, quum quosdam ex militibus suis exaudisset,

Cap. XXII. a. *existimabant* ex vera Gronov. emendatione. Antea: *qui de rege existimantes* ap. Pincian. et Lipsium. Casaubonus suasit ad Sueton.: *ut de rege suo male existiment.* Gronov. intelligit: id est, de rege suo male existimabant. *Incumbentes regio tabernaculo* tenemus cum omnibus veteribus. Pincian. dederat: *excubantes*, quod et Lipsius probavit. Mox *palla* recte se haber, codd. nonnullis adstipulantibus: alii *palam*, vel *paullum*. Palla est *μίτρα*, *πέπλος*, *παραπέτασμα*, peplum, mitra, velum.

oppidum Campaniae, incendio Vesuvii sub Tito et postea penitus obrutum. Sueton. Tit. 8. Dio Cass. LXVI, 21. 22. 23. *Custodita* Agrippina in hac villa, quum in insulam Pandatariam in exilium abiret: mox interemta a. V. C. 786. Seiani fraudibus sub Tiberio hoc factum esse, constat e Tacit. Annal. IV, 53. 54. V, 3 - 5. Sueton. Tib. 53.

2. *Antigonus*: Rex Asiae inter successores Alexandri, qui senex demum mansuetor animo esse coepit, pater Demetrii Poliorcetae. Plutarch. T. VIII. Hutten. eadem

de hoc Antigono narrat. Alias saepe confunduntur Antigoni: vid. Perizon. ad Aelian. V. H. II, 20. Hunc Antigonum luscum (*ἑτεροφθαλμον*) bene vindicat I. M. Heusing. ad Cic. de Off. II, 14. 2. *incumbentes* i. acclinatos, prope commorantes, assidentes: cf. supra c. 9. consol. ad Marc. 2. Proprie tentorium dicitur incumbere ad aliud, i. adiacere. Exempla, quae laudat I. M. Heusinger. Emendat. e Virgil. Eclog. VIII, 16. Metam. Ovid. VI, 335. al. huc non pertinent.

set, omnia mala imprecantes regi, qui ipsos in illud iter et inextricabile lutum deduxisset, accessit ad eos qui maxime laborabant: et quum ignorantes a quo adiuventur, explicuisset: Nunc, inquit, maledicite Antigono, cuius vitio in has miseras incidistis: ei autem bene optate, qui vos ex hac voragine eduxit. Idem tam miti animo hostium suorum maledicta, quam 4 civium tulit. Itaque quum in parvulo quodam castello Graeci obsiderentur, et fiducia loci contemnentes hostem multa in deformitatem Antigoni iocarentur, et nunc staturam humilem, nunc collisum nasum deriderent: Gaudeo, inquit, et aliquid boni spero: si in castris meis Silenum habeo. Quum hos dicaces fame 5 domuisset, captis sic usus est, ut eos qui militiae utiles erant, in cohortes describeret, ceteros praconi subiiceret: id quoque se negavit facturum fuisse, nisi expediret his dominum habere, qui tam malam haberent linguam. Huius nepos fuit Alexander, qui lanceam in convivas suos torquebat, qui ex duobus amicis quos paulo ante retuli, alterum ferae obiecit, alterum sibi. ^b Ex his duobus tamen, qui leoni obiectus est, vixit.

XXIII. Non habuit hoc avitum ille vitium, ne paternum quidem. Nam si qua alia in Philippo virtus, fuit

b. *Ex his duobus — vixit.* Hoc interpretamenti loco adiectum puto: friget enim vel maxime.

4. *Silenum*] Bacchi comitem et silvestre numen quis ignorat? Ob deformitatem Sileni Socrates cum eo comparatur eodem fere modo, quo hic Antigonus, ap. Platon. T. X. p. 256. a. bip. (Wolf. p. 101.)

5. *Huius nepos*] Nostrum hic errasse, manifestum est:

Vol. I.

Amyntas enim Alexandri avus fuit.

Cap. XXIII. Alia exempla mansuetudinis. Philippus, Alexandri pater: Caesar Augustus.

Non habuit — quidem: haec ironice in Alexandrum esse elata, non est ut multis moneamus.

I

fuit et contumeliarum patientia, ingens instrumentum ad tutelam regni. Demochares ad illum, Parrhesiastes ob nimiam et procacem linguam appellatus, inter alios Atheniensium legatos venerat. audita benigne legatione, Philippus, „Dicite,“ inquit, „mihi, facere „quid possum, quod fit Atheniensibus gratum?“ Excepit Demochares: „Te,“ inquit, „suspendere.“ Indignatio circumstantium ad tam inhumanum responsum exorta est: quos Philippus conticescere iussit, et Therfitam illum salvum incolumemque dimittere. „At vos,“ inquit, „ceteri legati, nuntiate Atheniensibus, multo „superbiores esse, qui ista dicunt, quam qui impune 2 „dicta audiunt.“ Multa et divus Augustus digna memoria fecit, dixitque: ex quibus appareat illi iram non imperasse. Timagenes, historiarum scriptor, quaedam in ipsum, quaedam in uxorem eius, et in totam domum dixerat, nec perdidit dicta; magis enim circumfertur, et in ore hominum est, temeraria urbanitas. Saepe illum Caesar monuit, ut moderatius lingua uteretur: perseveranti domo sua interdixit. Postea Timagenes in contubernio Pollionis Afinii confenuit,

Demochares.] Demosthenis nepos ex forore: Cic. Orat. II, 23.: secundum alios eius ἀνέψιος s. ἀδελφίδης: Orator Athen. qui et historiam sui temporis persecutus est: ob dicacitatem Therfitas vocatus, qui ex Homeri Iliade fatis superque notus est ut dicacissimus et turpissimus omnium Graecorum ad Troiam. Plura dant Hesych. et Suid.

3. *Timagenes*] Graecus natione, clarus historicus in antiquitate. Testimonia at-

tulerunt Rubenius et Lipsius ad nostrum locum: inprimis e Controvers. 34. Senecae patris, quae nostri narrationem confirmant. Plutarch. T. VII, p. 218. 219. Hutten. idem assert. Plura dat Fabric. Bibl. Gr. III, 53. Harles. Eius amicus fuit *Pollio Afinius*, philosophus Stoicus, orator, poeta idemque historicus, cuius et Epp. ad Cicero- nem X. Epp. ad Div. 31. 32. 33. exstant. Libertatem hic strenue tuitus est. Tacit. Anal. III, 75. ib. Intpp. Horat. II, Odd. I.

fenuit, ac tota civitate ^a direptus est. nullum illi li-
 mēn praeculsa Caesaris domus abstulit. Historias post- 4
 ea quas scripserat, recitavit, et combuffit, et libros
 acta Caesaris Auguffi continentes in ignem pofuit. Ini-
 micitias gellit cūm Caefare; nemo amicitiam eius ex-
 timuit, nemo quafi ^b fulgure ic̄tum refugit: fuit qui
 praerberet tam alte cadenti finum. Tulit hoc, ut dixi,
 Caesar patienter, ne eo quidem motus, quod laudi-
 bus fuis rebusque gestis manus attulerat. Nunquam
 cum hofpitem inimici fui queftus est: hoc dumtaxat
 Pollioni Afinio dixit, Ἰηριτοροφῆς. Paranti deinde 5
 excufationem obftitit, „et, fruere,“ inquit, „mi Pollio,
 „fruere!“ Et quum Pollio diceret: Si iubes, Caesar, sta-
 tim illi domo mea interdica, „hoc me,“ inquit, „pu-
 „tas facturum, quum ego vos in gratiam reduxerim?“
 Fuerat enim aliquando Timageni Pollio iratus, nec
 ullam aliam habuerat caufam definendi, quam quod
 Caesar coeperat.

XXIV. Dicat itaque quisque fibi, quoties laceffitur:
 Numquid potentior fum Philippo? illi tamen impune
 maledictum est. Numquid in domo mea plus poffum,

I 2

quam

Cap. XXIII. a. *direptus* omnium MSS. lectio: Erasmus dedit:
dilectus; alii *delectus*, *directus*. *direptus* est περιπιδάσας ap.
 Lucian. II, p. 70. bip. ubi Hemsterhus; cuius amicitia
 enixe quaeritur. Cf. de Brev. vit. c. 7. Martial. VII, 75.

b. *fulgere ic̄tum*, bona lectio. *fulguritum* Lipsius praetulit: alii
fulguris ic̄tum.

4. *Historias*] Ceteras ta-
 men historias eius conserva-
 tas esse Quinctiliani earum
 laus X, 1. et Ammian. XVI,
 9. docet. *manus attulerat*, i.
 eas quafi interfecerat com-
 buffis historiis.

5. Ἰηριτοροφῆς] bestiam
 nutris.

Fuerat — coeperat] Quum
 antea Timagenem amasset, de-

fiit amicitiam, quoniam Cae-
 sar eum amare coeperat. Alias
 noster τοῦ definere adhibet
 pro: irae finem imponere:
 quem usum hic reliquit oppo-
 siti scilicet causa.

Cap. XXIV. His exemplis
 ad iracundiam compescendam
 utendum est.

quam toto orbe terrarum divus Augustus potuit? ille tamen contentus fuit, a conviciatore suo secedere. Quid est, quare ego servi mei ^a clarius responsum, et contumaciorem vultum, et non pervenientem usque ad me murmurationem, flagellis et compedibus expiem? quis sum, cuius aures laedi nefas sit? Ignoverunt multi hostibus: ego non ignoscam pigris, negligentibus, garrulis? Puerum aetas excuset, feminam sexus, extraneum libertas, domesticum familiaritas. Nunc primum offendit? cogitemus quamdiu placuerit. Saepe et alias offendit? feramus quod diu tulimus. Amicus est? fecit quod noluit. Inimicus? **3** fecit quod debuit. Prudentiori cedamus: stultiori remittamus. pro quocunque illud respondeamus nobis: sapientissimos quoque viros multa delinquere, neminem esse tam circumspectum, cuius non diligentia aliquando sibi ipsi excidat, neminem tam maturum, cuius non gravitatem in aliquod fervidius factum casus impingat, neminem tam timidum offensarum, qui non in illas, dum vitat, incidat.

XXV. Quomodo homini pufillo solatium in malis fuit, etiam magnorum virorum titubare fortunam, et aequiore animo filium in angulo flevit, qui vidit acerba funera etiam ex regiâ duci: sic animo aequiore feret ab aliquo laedi, ab aliquo contemni, cuicumque venit in mentem, nullam esse tantam potentiam, in **2** quam non incurrat iniuria. Quodsi etiam prudentissimi peccant, cuius non error bonam causam habet? Respiciamus, quoties adolescentia nostra in officio parum

Cap. XXIV. a. *clarius*. alii *elatus*. *durius*. *bilavus*. *liberius*.
Clarius Gronov. recte praerulit coll. I, 16. de Benef. VII, 28.: in primis infra 35, 2. Ep. 47. init.

Cap. XXV. Quum et potentes laceffantur et prudentissimi peccent, iniuriae ferendae sunt. Certe magni hoc signum animi est.

rum diligens fuerit, in sermone parum modesta, in vino parum temperans. Si iratus est, demus illi spatium, quo dispicere, quid fecerit, possit: se ipse castigabit. Denique ^a dabit poenas: non est quod eum illo paria faciamus. Illud non venit in dubium, ³ quin se exemerit turbae, et altius steterit, quisquis despexit laceffentes: proprium est magnitudinis verae, non se sentire percussum. Sic immanis fera ad latratum canum lenta respexit: sic irritus ingenti scopulo fluctus assultat. Qui non irascitur, inconcussus iniuriâ perstitit: qui irascitur, motus est. At ille quem mo- ⁴ do altiore omni incommodo posui, tenet quodam amplexu summum bonum, nec homini tantum, sed ipsi fortunae respondet: Omnia licet facias, minor es, quam ut serenitatem meam obducas. Vetat hoc ratio, cui vitam regendam dedi. plus mihi nocitura est ira, quam iniuria. Quid ni plus? illius modus certus est: ista quousque me latura sit, incertum est.

XXVI. „Non possum,“ inquis, „pati: grave est, „iniuriam sustinere.“ Mentiris. quis enim iniuriam non potest ferre, qui potest iram? Adice nunc, quod id agis, ut et iram feras, et iniuriam. Quare fers aegri rabiem, et phrenetici verba? puerorum protervas manus? nempe quia videntur nescire, quid faciant. Quid interest, quo quisque vitio fiat imprudens? imprudentia par in omnibus patrocinium est. „Quid ergo?“ inquis, „impune illi erit?“ Puta, ² te velle; tamen non erit. Maxima est enim factae iniuriae

I 3

iuriae

Cap. XXV. a. *Denique dabit:* dedi ex ed. Erasmi. al. *debet, debet.* cf. infra 40, 1.

4. *tener quodam amplexu summum bonum]* i. quatenus tranquillitate fruatur, ideoque sapientiam illam stoicam consequutus est.

Cap. XXVI. Nec obiciendum est, iniuriam ferri non posse. Imprudentes enim iniurias inferunt: et poena sequetur eum sua sponte, qui iniuriam fecerit.

iuriae poena, fecisse: nec quisquam gravius afficitur, quam qui ad supplicium poenitentiae traditur. Denique ad conditionem rerum humanarum respiciendum est, ut omnium accidentium aequi iudices simus: iniquus autem est, qui commune vitium singulis obiecit.

3 Non est Aethiopsis inter suos insignitus color, nec rufus crinis et coactus in nodum apud Germanos.

^a Vtrumque decet. Nihil in uno iudicabis notabile aut foedum, quod genti suae publicum est. At ista quae retuli, unius regionis atque anguli consuetudo defendit: vide nunc quanto in his iustior venia sit,

4 quae per totum genus humanum vulgata sunt. Omnes inconfulti et improvidi sumus, omnes incerti, queruli, ambitiosi. Quid lenioribus verbis ulcus publicum abscondo? omnes mali sumus. Quidquid itaque in alio reprehenditur, id unusquisque in suo sinu inveniet. Quid illius pallorem, illius maciem notas? pestilentia est. Placidiores itaque invicem simus: mali inter malos vivimus. Vna res nos facere potest quietos, mutuae facilitatis conventio. Ille mihi iam nocuit: ego illi nondum. sed iam aliquem fortasse laesisti: sed laedes.

XXVII. Noli aestimare hanc horam, aut hunc diem; totum inspicere mentis tuae habitum. etiamsi nihil

Cap. XXVI. a. *Vtrumque decet.* Erasmi. et alii. At Gruterus e librorum varietate fecit: *apud Germanos virum dedecet*; nulla interpunctio facta post *Germanos*. Nostra lectio bonum sensum promit, huic loco et necessarium et loquendi modo conciso, quo Seneca utitur, congrue expressum.

3. De *rufo crine* Germanorum, ad Rhenum imprimis incolentium, idem tradit Tacit. de Morib. Germ. 4. cf. nostri Ep. ultimam: et 125. *insignitus* i. infamis.

4. *Quid illius pallorem — est*] Hoc malum commune

nobis omnibus est: nec ii magis sunt culpandi, qui obluem aliquam communem, si quis inciderit, pallent, quam omnes homines, quum mali sint.

Cap. XXVII. Accedit, quod iacturam temporis magnam facimus

hil mali fecisti, potes facere. Quanto fatius est, fanari iniuriam, quam ulcisci? Multum temporis ultio absumit: multis se iniuriis obiicit, dum una dolet. Diutius irascimur omnes, quam laedimur. quanto melius est, abire in diversum, nec vitia vitiis componere? Num quis satis constare sibi videatur, si mulam calcibus repetat, et canem morfu? „Ista,“ inquis, 2 „peccare se nesciunt.“ Primum, quam iniquus est, apud quem, hominem esse, ad impetrandam veniam nocet? deinde, si cetera animalia irae tuae subducit, quod consilio carent: eo loco tibi sit, quisquis consilio caret. Quid enim refert, an alia mutis dissimilia habeat, si hoc, quod in omni peccato muta defendit, simile habet, caliginem mentis? Peccavit: a hoc enim primum, hoc enim extremum. Non est 3 quod illi credas, etiamsi dixit: Iterum non faciam. Et iste peccabit, et in istum alius, et tota vita inter errores volutabitur. Mansuete immansueta tractanda sunt. Quod in luctu dici solet, efficacissime et in ira dicitur: Vtrum aliquando desines, an nunquam? si aliquando, quanto fatius est iram relinquere, quam ab ira relinqui? Sin semper haec cogitatio durabit, vides quam impacatam tibi denunties vitam: qualis enim erit semper tumentis?

I 4

XXVIII.

Cap. XXVII. a. *Hoc enim primum, hoc enim extremum.* Alii: *Hoc est pr., hoc erit extremum?* probat Lipsius ratione non addita. Vulgata bonum sensum dat et Seneca non indigna est.

cimus ultioni indulgentes, et rationem sanam deferimus, immemores imprudentiae, quae omnes iniurias creat.

abire in diversum] opposita i. recta, sana via incedere.

2. *hominem esse,*] ideoque errori obnoxium esse. *subducit* int. id, quod: si cogites, consilio iniurias faciendi carent —.

XXVIII. Adice nunc, quod nisi bene te ipse succenderis, et subinde causas, quibus stimuleris, renoveris, sua sponte ira discedet, et vires illi dies subtrahet: quanto fatius est a te illam vinci, quam a se? Huic irasceris, deinde illi: fervis, deinde libertis: parentibus, deinde liberis: notis, deinde ignotis. Vbique enim causae superflunt, nisi deprecator animus accessit. Hinc te illo furor rapiet, illinc alio: et novis subinde irritamentis orientibus, continuabitur
 2 rabies. Age infelix, et quando amabis? O quam bonum tempus in re mala perdis! Quanto nunc fatius erat, amicos parare, inimicos mitigare, Rempublicam administrare, transferre in res domesticas operam, quam circumspicere, quid alicui possis facere mali, quod aut dignitati eius, aut patrimonio, aut corpori vulnus infligas? quum id tibi contingere sine certamine ac periculo non possit, etiam si cum inferiore concurses. Vinctum licet accipias, et ad arbitrium tuum omni patientiae expositum: saepe nimia vis caedentis aut articulum loco movit, aut nervum in his, quos fregerat, dentibus fixit. Multos iracundia mancos, multos debiles fecit, etiam ubi patientiae est nata materia. Adice nunc, quod nihil tam imbecille natum est, ut sine elidentis periculo pereat: imbecillos valentissimis alias dolor, alias casus exae-
 3 quat. Quid, quod pleraque eorum, propter quae irascimur, offendunt nos magis, quam laedunt? multum autem interest, utrum aliquis voluntati meae obstet, an desit: eripiat, an non det. Atqui in aequo ponimus, utrum aliquis auferat, an neget: utrum
 4 spem

Cap. XXVIII. Igitur humanitate utaris.

Succenderis.] i. iram auxeris. *dies*, tempus. *deprecator animus*, ratio iram sedans.

3. *patientiae*] i. vindictae et iniuriae. *nervum*, manus.

4. *obstet*] voluntate laedendi: *desit* negligentia, qua offendimur.

spem nostram praecîdat, an differat: utrum contra nos faciat, an pro se: amore alterius, an odio nostri. Quidam vero non tantum iustas causas standi 5 contra nos, sed etiam honestas habent. Alius patrem tuetur, alius fratrem, alius patrum, alius amicum. his tamen non ignoscimus id facientibus: quod nisi facerent, improbaremus; immo, quod est incredibile, saepe de facto bene existimamus, de faciente male.

XXIX. At mehercules vir magnus ac iustus, fortissimum quemque ex hostibus suis, et pro libertate ac salute patriae pertinacissimum suspicit, et talem sibi civem, talem militem contingere optat. Turpe est, 2 odisse quem laudes: quanto vero turpius, ob id aliquem odisse, propter quod misericordia dignus est, a si captivus in servitute subito depressus reliquias libertatis tenet, nec ad fordida ac laboriosa ministeria agilis occurrit; si ex otio piger equum vehiculumque domini cursu non exaequat; si inter quotidianas vigilias fessum somnus oppressit; si rusticum laborem recusat, aut non fortiter obit, a servitute urbana et feriata translatus ad durum opus. Distinguamus, utrum 3 aliquis non possit, an nolit. multos absolvemus, si coeperimus ante iudicare, quam irasci. Nunc autem

I 5

pri-

Cap. XXIX. a. *si captivus* —. Interpunctionem mutavi. Antea erat punctum post *dignus est*, nec — *Si captivus* — opus habebat, quo referretur. Inciso post *est* posito ibique sine protaseos constituto, incipit apodosis — *Si*. Sic et I. M. Heusinger suasisse nunc video. Antea nullus sensus aderat, ut ex versione germanica supra iam adducta videre est.

5. *Si contra nos patrem* — *zuentur* etc. offendimur, etiamsi alias factum et auctorem laudamus, modo ad nos nihil attineant.

C. XXIX. Et ante iram iudicium adhibeas.

2. *misericordia*] ob imprudentiam, qua nos offendit.

fordida ac laboriosa] haec *ministeria* statim explicat. *ex otio piger*, quum antea in libertate homo nobilis fuisset.

primum impetum sequimur: deinde quamvis vana nos concitaverint, perseveramus, ne videamur coepisse sine causa, et quod iniquissimum est, pertinaciores nos facit iniquitas irae. Retinemus enim illam, et auge-
 4 irasci. Quanto melius est, initia ipsa perspicere, quam levia sint, quam innoxia? Quod accidere vides in animalibus mutis, idem in homine deprehendes: frivolis turbamur, et inanibus.

XXX. Taurum color rubicundus excitat, ad umbram aspis exsurgit, urfos leonesque mappa proritat. Omnia quae naturâ fera ac rabida sunt, consternantur ad ^a vana. Idem inquietis et stolidis ingeniis evenit: rerum suspicione feriuntur: adeo quidem, ut interdum iniurias vocent modica beneficia, in quibus frequentissima, certe acerbissima iracundiae materia est.
 2 Carissimis enim irascimur, quod minora nobis praestiterint, quam mente concepimus, ^b quam quae alii tulerint: quum utriusque rei paratum remedium sit. Magis alteri indulgit? nostra nos sine comparatione delectent: nunquam erit felix, quem torquebit felicior. Minus habeo quam speravi? sed fortasse plus speravi, quam

Cap. XXX. a. *vana*. bona lectio: alii *ima* et *yma*. Lipsius hic dubius est. Cui *vana* displicent, ei propono *inania*. *Minima* em. Lipsius: at noster iam II, 12, 1. dixerat: Vanis enim vana terrori sunt: unde colligo, vulgatam bene se habere.

b. *quam quae alii t. τὸ quae* delendum censet Gronov. cf. ad I, 12, II, 26. in quibus locis vir doctissimus pronomen quoque eliminaturus erat. Sed non opus est.

Cap. XXX. Nam frivola et inania, inprimis frustratio spei, iram nostram saepe excitant.

color rubicundus] i. vestis rubra in Circis Romae tauro obtenta, ut hoc artificio exardesceret. Ovid. Metam. XII, 102. sqq., ubi poeniceae ve-

stes tauri irritamina vocantur. Plutarch. T. VII, p. 426. Cic. de Divin. II, 16. Hodieque apud Hispanos hoc artificium in pugnis taurorum sollennibus usurpari constat. — *umbram* int. panno factam, II, 12. *mappa* candicans mota et reciprocata cum irritat.

quam debui. Haec pars maxime metuenda est: hinc perniciosissimae irae nascuntur, et sanctissima quaeque invasurae. Divum Iulium plures amici confecerunt, 3 quam inimici, quorum non expleverat spes inexplebiles. Voluit quidem ille: neque enim quisquam liberalius victoria usus est, ex qua nihil sibi vindicavit, nisi dispensandi potestatem: sed quemadmodum sufficere tam improbis desideriis posset, quum tantum omnes concupiscerent, quantum poterat unus? Vidit itaque strictis circa sellam suam gladiis commilitones suos, Cimbrum ^c Tullium acerrimum paulo ante suarum partium defensorem, aliosque post Pompeium decimum Pompeianos.

XXXI. Haec res sua in reges arma convertit, fidosque eo compulit, ut de morte eorum cogitarent, pro quibus et ante quos mori votum habuerant. Nulli ad aliena respicienti sua placent. Inde diis quoque irascimur, quod aliquis non antecedit, obliti quantum hominum retro fit, et paucis ^a invidentes quantum sequatur a tergo ingentis invidiae. Tanta tamen importunitas hominum est, ut quamvis multum acceperint, iniu-

c. *Tullius*. de diversa huius nominis scriptura cf. si tanti est, Ernesti Ind. Hist. ad Cic. qui Tullium per *i*, et Oudendorp ad Caesar. B. G. III, 42. qui Tullium per *u* scribendum censet. Vulgarum tuemur.

Cap. XXXI. a. *invidentes*. Dedi cum Gronov., quod Codd. praestabant: i. qui paucos ante se habent, quibus invidiant. *Ingentis invidiae: videntis* em. Gron. Fortasse placeat: *urgentis*.

3. *Cimber Tullius* Iul. Caesarem potissimum cecidit. Bythiniam provinciam a Caesare adhuc viro acceperat, eoque interfecto clam in eam abiit. Ernesti Ind. histor. Hic L. Cimb. Tullius plura sperasse a Caesare videtur, quam accepisset, ideoque iratus Ca-

faris percussoribus se adiunxerat. — *aliosque* ironice adiectum est.

Cap. XXXI. Continuat haec.

Haec res i. frustratio spei. *sua* — *arma* i. propria, subditorum.

iniuriae loco fit, plus accipere potuisse. Dedit mihi praeturam? sed consulatum speraveram. Dedit duodecim fasces? sed non fecit ordinarium consulem. A me numerari voluit annum? sed deest mihi ad sacerdotium. Cooptatus in collegium sum? sed cur in unum? Consummavit dignitatem meam? sed patrimonio nihil contulit. Ea dedit mihi, quae debebat alicui dare: de suo nihil protulit. Age potius gratias pro his quae accepisti: reliqua expecta, et nondum plenum te esse gaude. Inter voluptates est, superesse quod speres. Omnes vicisti? primum te esse in animo amici tui laetare. multi te vincunt? considera, quanto antecedas plures, quam sequaris.

XXXII. Quod fit in te maximum vitium, quaeris? falsas rationes conficis: data magno aestimas, accepta parvo. Aliud in alio nos deterreat; quibusdam timeamus irasci, quibusdam vereamur, quibusdam fastidiamus. Magnam rem sine dubio fecerimus, si servulum infelicem in ergastulum miserimus! Quid properamus verberare statim, crura protinus frangere? non peribit potestas ista, si differetur. Sine id tempus veniat, quo

2. *dedit duodecim fasces—*
consulem. Hic mos in Republica inauditus inde ab Augusti dominatione obtinuit, ut quum ordinarii, tum suffecti Consules simul essent: e quibus isti ea tantum re insignitiores fuere, quod initio anni dignitatem iniissent, ideoque ex eorum consulatu annorum supputatio in fastis institueretur. Loc. class. est. ap. Dion. Cass. (et ipsum consulem) XLIII, XLVI. ad ann. V. C. 709. Consulatum autem hi

consules per aliquot menses, saepe et tantum per aliquot dies gessere. Inde explices: *a me numerari voluit ann. i.* ordinarium cons. me fecit. *Sacerdotium* cumulus honorum erat, et quasi clausula: et in omnia sacerdotum collegia simul cooptari licebat.

Cap. XXXII. Differas, et fume magnum animum, potissimum circa pecuniam.

Aliud in alio etc.] Etiam si sunt, quae te offendant, iccirco tamen non statim irascaris,

quo ipsi iubeamus: nunc ex imperio iræ loquimur. quum illa abierit, tunc videbimus, quanti sit ista lis aestimanda: in hoc enim praecipue fallimur. ad ferrum venimus, ad capitalia supplicia, et vinculis, carcere, fame vindicamus rem, castigandam flagris levioribus. „Quomodo,“ inquis, „nos iubes intueri, 2 „quam omnia, per quae laedi videmur, exigua, mi- „sera, puerilia sint?“ Ego vero nihil magis suaserim, quam fumere ingentem animum, et haec propter quae litigamus, discurremus, anhelamus, videre quam humilia et abiecta sint, nulli qui altum quiddam aut magnificum cogitat, respicienda. Circa pecuniam 3 plurimum vociferationis est: haec fora defatigat, patres liberosque committit, venena miscet, gladios tam percussoribus quam legionibus tradit: haec est sanguine nostro delibuta: propter hanc uxorum maritorumque noctes strepunt litibus, et tribunalia magistratuum premit turba, reges saeviunt, rapiuntque, et civitates longo seculorum labore constructas evertentur, ut aurum argentumque in cinere urbium scrutentur.

XXXIII. Libet intueri fiscos in angulo iacentes. Hi sunt, propter quos ^a oculi clamore exprimuntur: fremitu iudiciorum basilicae resonant: evocati ex longinquis

Cap. XXXIII. a. *propter quos oculi clamore exprimuntur.* Alii longius abeunt: *propter quos venae clamore tumescunt*: variationis causa appicta et postea in textum inducta putem.

scaris, ne fallaris. *ipsi iubeamus* i. ratione iubente, *ipsi, αυτοι*, imperitantes, non iussi. *ista lis*, qua poena sit dignus. vid. supra ad II, 27.

3. *committit*] in iurgia rixasque demittit.

Cap. XXXIII. *Causa irae, avaritia.*

Basilicae] aedificia magna et ampla cum porticibus in vicinia fori, iudiciis et negotiatorum mercatorumve congregationibus apta. Ernesti Clav. Cic. *Evocati* equites ex provinciis ad iudicia exercenda Romae, novis tamen civibus non admissis. Plin.

H.

ginq̄uis regionibus iudices sedent, iudicaturi, utrius iustior avaritia sit. Quid si ne propter fiscum quidem, sed pugnum aeris, aut ^b imputatum a seruo denarium, fenex sine herede moriturus stomacho dirumpitur?

2 Quid si propter usuram haud millesimam, valetudinarius fenerator distortis pedibus, et manibus ^c ad comparandum non relictis, clamat, ac per vadimonia asses suos in ipsis morbi accessionibus vindicat? Si totam mihi ex omnibus metallis, quae quum maxime ^d deprimimus, pecuniam proferas, si in medium proicias quidquid thesauri tegunt, avaritia iterum sub terras referente quae male egefferat; omnem istam congeriem

b. *imputatum* i. in rationes collatum. Servos reposcit, quod in rem domini erogaverat. Bene sic explicat Gronov. Pincianus vero et Lipsius *amputatum*, i. e. recisum per fraudem et fureptum: at nullo loco, quo vim vocis monstrarent, addito. *Imputare esse assignare*, docet noster III, 42, 3.

c. *ad comparandum non vel.* Omnes libri dant. Pincianus excogitaverat: *computandum modo*, Lipsio defendente: male. Nam vulgata sensum optimum exhibet. Quamvis fenerator ipse comparere non potest in iudicio, *per vadimonia* tamen, i. per vades sibi asses suos vindicat, in ipsis morbi (podagrae et chiragrae) accessionibus. Morbus autem pedes et manus tantopere contraxerat, ut comparere non posset: itaque per sponsores, quibus rem commiserat, causam egit in iudicio, s. praesentiam suam per sponsores certo die promisit.

d. *deprimimus* i. cuniculos agendo, fodiendo tractamus (Hirt. B. G. VIII, 40. fossae depressae occurrunt: VIII, 9. imperat — fossam duplicem *deprimi*: Cic. Verr. V, 27.) Erasmi. al. Lipsius vero, Gronov. bipont. *deprimimus*: male, quum hic *metalla* (Nat. Qu. V, 17.) i. montes, in quibus aurum argentumque foditur, commemorantur.

H. N. XXXIII, 7. Ernesti Excurs. XIV. ad Sueton. *Stomacho* i. ira.

2. *Quid si — haud millesimam*] De summa parvula hic sermonem esse, contextus docet. Accipiam de parte vix millesima, i. exigua, usurae, quam verebatur iste avarus ne perderet. Alioquin centesi-

mae, ternae, et quaternae centesimae (partes fortis) in usu erant, ita ut singuli, tres, quatuor asses in mensum solverentur pro centenis etc. (i. e. 12. usque ad 48. Procent, ut dicimus, in annum). Quae ratio h. l. haudquaquam valet. Si locus sanus est, debitor feneratori isti, podagra et

geriem dignam non putem, quae frontem viri boni contrahat. Quanto risu prosequenda sunt, quae nobis lacrimas educunt?

XXXIV. Cedo nunc, persequere cetera, cibos, positiones, ^a horumque causa paratam ambitionem, munditias, verba, contumelias, et motus corporum parum honorificos, et suspiciones, et contumacia iumenta, et pigra mancipia, interpretationes malignas vocis alienae: quibus efficitur, ut inter iniurias naturae numeretur sermo homini datus. Crede mihi, levia sunt, propter ² quae non leviter excandescimus, qualia quae pueros in rixam et iurgium concitant. Nihil ex his, quae tam tristes agimus, ferium est, nihil magnum. Inde, inquam, vobis ira et infania est, quod exigua magno aestimatis. Auferre hic mihi hereditatem voluit: ^b hic me diu spe suprema captatum criminatus est: hic scortum meum concupivit. Quod vinculum amoris esse debebat, seditionis atque odii causa est, idem velle.

XXXV.

Cap. XXXIV. a. *horumque causa paratam ambitionem.* Codd. mirifice variant: *ortumque causae paratam ambitionem*, alii, *ortum aram ambitionem* —: *ortumque causa, per iram ambit: horumque tam paratam ambitionem.* Hinc coni. Lipsius: *horumque causa iratam ambitionem*, vel *horumque causa saepe iratam.* Rubenius: *parata in ambitionem.* Gronovius: *horumque cura paratam ambitionem.* Nihil muto in hac diversitate et vulgatam lectionem teneo. Fortasse erat: *hortum, pravam ambitionem.* Mox: *immunditias* aberratio libr. §. 2. post *levia* incisum posui.

b. *hic me diu spe suprema captatum.* a Rudolfo Agricola est. ad haereditatem referunt Lipsius, Ruben., Gronov.: ut hereditaria criminationibus apud orbem ea sit spoliatus: in quo vereor, ne insit tautologia. Quidni spe suprema de dignitate suprema, quam in eo erat ut adipisceretur, sed criminationibus apud principem omitteret, cf. 31, 2.: exponamus? Vulgatum itaque defendam.

et chiragra laboranti, maxima usurae, quae cum anatocismo forti adiecta fuisset, parte soluta, exiguam partem, quae hic millesima vocatur, solveret, necesse fuisse videtur.

Cap. XXXIV. Ceterae irae causae.

motus corporum parum honorificos] quibus alter alteri iniuriam facit, e. c. gestus et incessus imitatione.

XXXV. Iter angustum rixas transeuntium concitat: diffusa et late patens via ne populos quidem collidit. Ista quae appetitis, quia exigua sunt, nec possunt ad alterum, nisi alteri erepta, transferri: eadem affectantibus pugnam et iurgia excitant. ^a Respondisse tibi fervum indignaris libertumque et uxorem, et clientem: deinde idem de republica libertatem sublatam quereris, quam domi sustulisti. Rursus si tacuit interrogatus, ² contumaciam vocas. Et loquatur, et taceat, et rideat! Coram domino? inquis. immo coram patrefamilias. Quid clamas? quid vociferaris? quid flagella mediâ coenâ petis, quod servi loquuntur, quod non eodem loco turba concionis est, et silentium solitudinis? In hoc habes aures, ut ^b non nisi modulata cantuum et mollia, et ex dulci tracta compositaque accipiant? Et risum audias oportet, et fletum; et blanditias, et lites; et prospera, et tristia; et hominum voces, et fremitus animalium ³ latratusque. Quid miser expavescis ad clamorem servi, ad tinnitum aeris, ad ianuae impulsus? quum tam delicatus fueris, tonitrua audienda sunt. Hoc quod de auribus dictum est, transfer ad oculos, qui non minus fastidio laborant, si male instituti sunt: maculâ offenduntur et fordibus, et argento parum splendido, et ⁴ stanno non ad solem perlucente. Hi nempe oculi, qui non

Cap. XXXV. a. Respondisse t. s. indignaris libertumque: e codd. ap. bipont.: *liberumque* nullo sensu. de re cf. supra c. 24, 1:

b. *non nisi modulata cantuum et mollia.* Ap. Lipsium, Grönov. et Bipontinos socios: *ut nisi modulata tantum et m.*, in qua lectione τὸ *nisi* — *tantum* molestiam creat: expectas autem: *non nisi*, quod ex Erasim. ed. reduxi: τὸ *tantum* in: *cantuum* levî mutatione reflexo. Neutris plural. uti interdum solent inprimis noster loco substantivorum. Ad symphonias mensarum (de quibus Petronius et noster Ep. II.) alludi, per se liquet et bene a Lipsio monitum est.

c. *stanno*: Lipsii iudicium sequor. Antea: *stagno*, sensu incongruo: sermo enim est de instrumentis luxuriae domestici-

Cap. XXXV. Pergit, ut causas irae, in nobis ipsis sitas, detegat.

2. *turba concionis*] i. amicorum congregatorum. *solitudinis*, ad servos referas.

non ferunt nisi varium ac recenti cura nitens marmor, qui mensam nisi crebris distinctam ^d venis, qui nolunt domi nisi auro pretiosa calcare: aequissimo animo foris et scabras lutasque semitas spectant, et maiorem partem occurrentium squalidam, parietes infularum exesos, ruinosos, inaequales.

XXXVI. Quid ergo aliud est quod illos in publico non offendat, domi moveat, quam opinio illic aequa et patiens, domi morosa et querula? Omnes sensus perducendi sunt ad firmitatem: naturâ patientes sunt, si animus illos ^a destinat corrumpere, qui quotidie ad rationem reddendam vocandus est. Faciebat hoc Sextius, ² ut consummato die, quum se ad nocturnam quietem recepisset, interrogaret animum suum: Quod hodie malum tuum sanasti? cui vitio obstitisti? qua parte melior es? Desinet ira, et erit moderatior, quae sciet sibi quotidie ad iudicem esse veniendum. Quid ergo pulchrius hac consuetudine excutiendi totum diem? qualis ille somnus post recognitionem sui sequitur? quam tranquillus, altus ac liber, quum aut laudatus est animus, aut ad-

cis. De luxu hic memorato cf. de Benef. VII, 9. Meierotto II, 98. sqq.

d. *venis*. Ex *vinis* in codd. fecit Erasimus scite: *venis*. Antea: *naevis*. Cf. Plin. Nat. Hist. XIII, 15.

Cap. XXXVI. a. *destinat* vulg. lectio, quam Lipsius adstipulantibus aliquot codd. mutavit in: *desit*, quum e docto et veteri fermone sit petitur. Nostro tamen non familiaris est haec loquutio. Mox occurrit: *desinet ira*.

4. *infularum*] i. aedium vulgarium, a pluribus familiaribus habitatarum, quarumque parietes cum aliis aedibus non erant coniuncti: oppositae sunt domus. Ernesti Clav. Cic.

Cap. XXXVI. Quotidie itaque in te inquiras.

2. *Sextius*] cf. ad II, 36. Hanc eandem rationem fe-

quutus est auctor aureorum carminum ap. Brunk. Gnom. p. 108, 40. sq. Μηδ' ὑπνον μα' ἀκοῖσιν ἐπ' ὄμμασι προσδέξασθαι, Πρὶν τῶν ἡμερῶν ἔργων τρίς ἕνασον ἐπελθεῖν. Ἡὴ παρέβην; Τί δ' ἔρεξα; Τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη; etc.

admonitus, et speculator sui censorque secretus cogno-
 3 scit de moribus suis? Vtor hac potestate, et quotidie
 apud me causam dico: quum sublatum e conspectu lu-
 men est, et conticuit uxor moris iam mei conscia, to-
 tum diem ^b mecum scrutor, facta ac dicta mea remetior.
 Nihil mihi ipse abscondo, nihil transeo: quare enim
 quidquam ex erroribus meis timeam, quum possim di-
 cere: Vide ne istud amplius facias, nunc tibi ignosco.
 In illa disputatione pugnacius locutus es: noli postea
 congregari cum imperitis. nolunt discere, qui nunquam
 didicerunt. Illum liberius admonuisti, quam debebas:
 itaque non emendasti, sed offendisti. de cetero vide,
 non tantum, an verum sit quod dicis, sed an ille, cui
 dicitur, veri patiens sit.

XXXVII. Admoneri bonus gaudet: pessimus quis-
 que correptorem asperrime patitur. In convivio quo-
 rundam te sales, et in dolorem tuum iacta verba teti-
 gerunt? vitare vulgares convictus memento: solutior
 est post vinum licentia, quia ne sobriis quidem pudor
 est. ^a Iratum vidisti amicum tuum ostiario caufidici ali-
 cuius, aut divitis, quod intrantem submoverat: et ipse
 pro

^b. *mecum*: bona lectio. i. q. antea de Sextio erat: interrogaret
 animuin suum. *Meum* reponere vult Gronov. ex aliquor codd.,
 ut sincerius pariter et elegantius. Non assentior viro doctis-
 simo, *meum diem* explicanti: omnia mea acta diei: sed non
 advertit, inferre se tautologiam.

Cap. XXXVII. ^a. *Iratum vidisti amicum tuum ostiario caufidici ali-
 cuius, aut divitis*. Locus corruptus est. In codd. *caufidici alicuius,
 aut vidisti*; alii *audisti*; alii *iudisci*, nullo sensu. Hinc fecit Mu-
 retus: *aut divitis*: Rubenius, *iudicis*: Gronov. *iurisconsulti*. Mu-
 reti coniectura, quamvis non primaria, praeferrri tamen debet,
 meo quidem iudicio, ceteris. Nomen tamen fuisse videtur,
 quod beatum ac potentem hominem significaret, ut statim se-
 quentia docent. Ceterum P. Fabrum, qui duo ista vocabula
 prorsus delenda censebat, non audiendum esse, contextus
 quemque docebit. Fortasse fuit: *anlici*.

Cap. XXXVII. Praesume animo multa esse patienda.

pro illo iratus extremo mancipio fuisti. Irascaris ergo 2
 catenario cani? et hic quum multum latravit, obiecto
 cibo mansuescit. recede longius; et ride. Nunc iste ali-
 quem se putat, quod custodit litigatorum turba limen
 obsessum: nunc ille qui intra iacet, felix fortunatusque
 est, et beati hominis iudicat ac potentis indicium; dif-
 ficilem ianuam. nescit durissimum esse ostium carceris.
 Praesume animo, multa esse tibi patienda. Numquis se 3
 hieme algere miratur? numquis in mari naufragare, in
 via concuti? Fortis est animus, ad quae praeparatus
 venit. Minus honorato loco positus, irasci coepisti
 convivatori, vocatori, ipsi qui tibi praeferebatur. De-
 mens, quid interest, quam lecti premas partem? hone-
 stiorem te aut turpiorem potest facere pulvis? Non
 aequis quendam oculis vidisti, quia de ingenio tuo male
 locutus est. Recipis hanc legem? ergo te Ennius, quo
 non delectaris, odisset: et Hortensius simultates tibi in-
 diceret: et Cicero, si derideres carmina eius, inimi-
 cus esset.

K 2

XXXVIII.

2. *Irascaris — cani?*] Li-
 psius parum abest, quin
 de fero ianitore intelligat,
 quoniam veteri more in ca-
 tena fuerint. At quidni pro-
 prie intelligamus, equidem
 non video. Nemo enim unus
 dubitat, quin canes religati
 pro foribus fuerint. Exem-
 plum exstat talis canis apud
 Sueton. Vitell. c. 16. Pe-
 tron. c. 72. ad ianuam veni-
 mus, ubi canis catenarius
 tanto nos tumultu excepit —
Causidici, qui h. l. membran-
 tur, locum Oratorum tenuere
 sub Caesaribus parum honorifi-
 ce; lucri enim unius amore

causas egerunt, ideoque non
 sine contemptu vocantur. Tac.
 de Orat. I, 18. Quintil. XII, 1:

3. *Ennius*] poeta Rudius e
 Calabria (nat. a. V. C. 514.
 † 583.); cuius Annales de
 Bellis Romanorum aliaque
 poemata non magis in honore
 erant inde ab aevo Augusto
 (Horat. Epp. II, 1, 50. sqq.
 ubi vid. Intpp.) quam oratio-
 nes *Q. Hortensii* (nat. a. A. V.
 C. 639. † 703; Cic. Brut.
 88. ib. Wezel.) atque eius
 aequalis et aemuli *M. T. Ci-
 ceronis* carmina. (Juvenal. X,
 122. Quintil. XI, 1. ubi
 cf. Intpp.)

XXXVIII. ^a Vis tu aequo animo pati candidatus suffragia? Contumeliam tibi fecit aliquis: numquid maiorem quam Diogeni, philosopho Stoico? cui de ira quum maxime differenti, adolescens protervus inspuit: tulit hoc ille leniter ac sapienter. „Non quidem.“ inquit, „irascor; sed dubito tamen, an irasci oporteat,“
 2 Cato noster melius: cui quum causam agentis, in frontem mediam quantum poterat attracta pingui saliva, inspisset Lentulus, ille patrum nostrorum memoriâ factiosus et impotens, absterfit faciem, et, „affirmabo,“ inquit, „omnibus, Lentule, falli eos, qui te „negant os habere.“

XXXIX.

Cap. XXXVIII. a. *Vis tu — suffragia.* Lipsius emendans: *Non vis tu*; doctissime a Gronov. repulsus est, monenti, *vis tu* idem significare, quod: *visue tu, non vis?* Exempla apud eum vide; res enim nunc notior est, quam ut in ea explicanda moreremur.

Cap. XXXVIII. Maiora tibi mala contingere possent.

Contumeliam] in ambigua dignitate, ideoque in suffragiis et iudiciis de te ferendis. — *Diogeni — Stoico*: cui cognomen Babylonii est, et si Seleucia ad Tigrim oriundus. Fuit discipulus Chrysippi et plura scripsit. Cum Carneade academico, et Critolao peripatetico ab Atheniensibus Romam missus, ut multam ob urbem Oropum directam iis impositam a Romanis deprecarentur, a. V. C. 598. (Pausan. VII, XI.) Apposite observat Pet. Baylius (*Diotion. hist. et crit. Diogene*, p. 297. T. II, 8. ed. 1740.) nostro loco adducto: il lui échappa une parole, qui

ne s'ajustoit point parfaitement avec la doctrine de sa Secte. Il devoit être assuré en qualité de Stoïque qu'il ne devoit point se mettre en colere. Fabric. *Bibl. Gr.* III, p. 560. Harl.

2. *Lentulus*] Non M. Cornel. Lentulum Clodianum hic intelligam cum Lipsio: fuit is consul a. V. C. 681. (cf. Freinshem. *Suppl. Liv.* XCVI, 1. Sallust. *fragm. ap. Aul. Gell. noct. att.* XVIII, 4.); sed P. Cornel. Lentulum Suram, consulem a. V. C. 682., a Censoribus ob infamiam vitae motum e Senatu: praetorem a. V. C. 690. M. T. Cicerone consule, et mox in carcere ut participem conspirationis Catilinae strangulatum.

XXXIX. Contigit iam nobis, Novate, bene componere animum, si aut non sentit iracundiam, aut superior est. Videamus quomodo alienam iram leniamus: nec enim sani esse tantum volumus, sed sanare. Primam iram non audebimus oratione mulcere, furda est et amens: dabimus illi spatium. remedia in remissionibus profunt. nec oculos tumentes tentabimus, vim rigentem movendo incitaturi, nec cetera vitia, dum ferment. Initia morborum quies curat. „Quantulum,“² inquis, „prodest remedium tuum, si sua sponte desinentem iram placat?“ Primum, ut citius desinat, efficit: deinde custodiet, ne recidat: ipsum quoque impetum, quem non audet lenire, fallat. Removebit omnia ultionis instrumenta: simulabit iram, ut tanquam adiutor, et doloris comes plus auctoritatis in consiliis habeat: moras neget, et dum maiorem quaerit poenam, praesentem differet: omni arte requiem furori dabit. Si³ vehementior erit; aut pudorem illi cui non resistat, incutiet, aut metum. Si infirmior; sermones inferet, vel gratos, vel novos, et cupiditate cognoscendi avocabit. Medicum, aiunt, quum regis filiam curare deberet, nec sine ferro posset, dum tumentem mammam^a leniter fovet, scalpellum spongiâ tectum induxisse. Re-

K 3

pugnaf-

Cap. XXXIX. a. *leniter*. in Gronov. et bipont. operarum vitio: *leniter*.

tum. Hinc *faciliosus* et *impotens* (improbus) audit. Vid. Ernesti Ind. hist. ad Cic. *os habere*: iocose. Omnes quidem contendunt, te esse sine ore et fronte (i. impudentissimum): at ego pervincam, te certe non sine ore esse, e quo mihi inspuxisti.

tentabimus] i. movebimus ad videndum ideoque curabimus. *vim rigentem* i. nervos, morbositate rigentes, nec ceteros morbos, qui sunt in accessionibus.

3. *Medicum*] int. chirurgum, ut nos loquimur, qui scalpellum *induxerit*, admo-verit.

Cap. XXXIX. De lenienda ira aliena. cf. c. V.

pugnasset puella remedio palam admoto: eadem, quia non expectavit, dolorem tulit.

XL. Quaedam non nisi decepta sanantur. Alteri dices, „Vide ne inimicis iracundia tua voluptati fit:“ Alteri, „Vide ne magnitudo animi tui, creditumque apud „plerosque robur, cadat.“ Indignor mehercule, et non invenio dolendi modum, sed tempus expectandum est: dabit poenas. Serva istud in animo tuo. quum potueris, et pro mora reddes. Castigare vero irascentem, et ultro ^a obviam ire ei, incitare est. Varie aggredieris, blandeque: nisi forte tanta persona eris, ut possis iram comminuere, quemadmodum fecit divus Augustus, quum coenaret apud ^b Vedium Pollionem. Frangerat unus ex servis eius crystallinum. rapi eum Vedius iussit, nec vulgari quidem periturum morte: muraenis ob-

Cap. XL. a. *et ultro obviam ire ei*: vulgata lectio, bono sensu: noli castigare iratum, nec statim ei resistere, et vi ab irascendo avocare. Optimi libri et MSS. nostram tuentur lectionem. Diversam et ipsam a bonis libris oblatam, sinceram et unice veram iudicat Gronov.: *et ultro obirasci*: i. e. irata obiurgatione iram velle sedare. Non assentior. Non enim iram, sed austeram eanque manifestam reprehensionem et castigationem contextus hic requirit. Itaque neque Grutero, neque Lipsio irascar, quod ille non verbulo probaret, nec hic meminisset. Equidem *obirasci* ad felices librariorum lapsus pertinere putem.
b. *Vedium Pollionem*: a Pinciano restituit. ex Dione ac Plinio: vid. not. Antea: *Atedium P.*, ut in Erasim. ed.

Cap. XL. Fallas iratum. non tamen sine reprehensione
2. *Vedius Pollio*] unus ex Augusti; more suo saepe sub-
ditissimis et luxuriosissimis absurdo. Et Plin. Nat. Hist.
equitibus romanis suae aetatis, IX, 39. confirmat Vedii Pol-
quum antea libertus fuisset; lionis crudelitatem. *Murae-
amicus Augusti, quem, quum nae* (*Muraenae helenae L.*);
a. V. C. 739. moreretur, he- circa Sardiniam Indiamque
redem ex plurima parte reli- orientalem ac occidentalem
quit, in qua et villa Pausi- frequentes hae anguillae ma-
lypum inter Neapolin et Pu- rinae, inque deliciis habitae
teolos fortasse cum piscina apud Romanos. Quaedam
erat. cf. Dio Cass. LIV, 23., hanc in rem collegit Meierot-
qui et hanc ipsam rem retulit, to II, p. 179. 180.

obiici iubebatur, quas ingentes in piscina continebat. Quis non hoc illum putaret luxuriae causa facere? saevitia erat. Evasit e manibus puer, et confugit ad Caesaris pedes, nihil aliud petiturus, quam ut aliter periret, nec esca fieret. Motus est novitate crudelitatis Caesar, et illum quidem mitti, crystallina autem omnia coram se frangi iussit, complerique piscinam. Fuit Caesari sic castigandus amicus: bene usus est viribus suis. E convivio rapi homines imperas, et novi generis poenis lancinari? si calix tuus fractus est, viscera hominis distrahentur? tantum tibi placebis, ut ibi aliquem duci iubeas, ubi Caesar est?

XLI. ^a Si cui tantum potentiae est, ut iram ex superiori loco aggredi possit, male tractet: at talem dumtaxat, qualem modo retuli, feram, immanem, sanguinariam, quae iam insanabilis est, nisi maius aliquid extimuit. — ^b Pacem demus animo, quam dabit pra-

K 4

cepto-

^c imperas. Codex Lipsii: *viperas*, unde Lipsius fecit: *viperis*, vel *ad viperas*: collato De Clement. I, 18. de ipso hoc Vedio: Servos, qui se aliquid offenderant, in vivarium, quid aliud, quam serpentibus obiici iubebat. Vulgatam tamen sinceram puto. Ingeniosum librar. lapsus esse iudicio.

Cap. XLI. ^a Si cui tantum potentiae est, ut iram ex superiori loco aggredi possit, male tractet: at talem — Hanc lectionem distincte scriptam invenit Rubenius in Codice bruxell., quam veram puto, cf. Gruter. Antea: *Sic instandum potentiae. at* omittit ed. Gron. et bipont,

^b Pacem demus. Ante *Pacem* quaedam defecisse hic putat Lipsius. Non assentior. Incipit enim hic conclusio totius commentationis. Mox: *merentes* Lipsius dedit e cod. suo: antea: *merearis*.

mitti] i. dimitti, poena liberari, et Dione referente. *complerique* i. deiici iussit fragmenta haec in piscinam. Lipsius proprie intelligit de piscina, terra alioque aggere complenda.

3. *viscera hominis distrahentur*] Eodem vocabulo usus

est Plin. I. I.: quia in alio genere (ferarum) totum pariter hominem *distrahi*, spectari non poterat.

Cap. XLI. Virtutis semper cupidi animo nostro pacem, atque aequabilitatem demus. Incipit hoc capite conclusio totius commentationis de Ira.

ceptorum salutarium assidua meditatio, actusque rerum boni, et intenta mens ad unius honesti cupiditatem. Conscientiae satis fiat: nil in famam laboremus: sequatur vel mala, dum bene merentes. „At vulgus animosa miratur, et audaces in honore sunt: placidi pro inertibus habentur.“ Primo forsitan aspectu: sed simul ac aequalitas vitae fidem facit, non segnitiam illam animi esse, sed pacem, veneratur idem illos populus colitque. Nihil ergo habet in se utile teter ille et hostilis affectus; at omnia e contrario mala, ferrum, ignes: pudore calcato, caedibus inquinavit manus, membra liberorum dispersit. Nihil vacuum reliquit a scelere, non gloriae memor, non infamiae metuens, inemendabilis quum ex ira in odium occalluit.

XLII. Careamus hoc malo, purgemusque mentem, et extirpemus radicibus ea vitia, quae quamvis tenuia undecunque aexierint, renascentur: et iram non temperemus, sed ex toto removeamus: quod enim malae rei temperamentum est? poterimus autem, adnitamur modo. Nec ulla res magis proderit, quam cogitatio mortalitatis; sibi quisque, ut alteri, dicat: „Quid iuvat, tanquam in aeternum genitos iras indicere, et brevissimam aetatem dissipare? quid iuvat, dies quos in voluptatem honestam impendere licet, in dolorem alicuius tormentumque transferre?“^b Non capiunt res istae iacturam, nec

c. *simul ac aequal.* I. M. Heusinger delet τὸ: ac p. 236. Emendat. Sed Nostro *simul* i. *simulac* parum familiare est: occurrit tamen I, I. (bis). Laudat vir doctus in hac re nunc satis nota Gronov. ad Liv. VI, 1, 6. Burmann. ad Quintil. Declam. V, 18.

Cap. XLII. a. *exierint*: e codd. dedit Lipsius. Antea: *haeserint*. b. *Non capiunt res istae.* Bona lectio: i. *humanae*. Lipsius e codd. restitutum ivit: *res angustae*, post Pincian., qui *res ge-*

Cap. XLII. Mortalitatis no-
strae memores simus. Prae-
clara, quamquam brevis com-
mentatio sententiae Solonis
ac Philemonis Comici (ap.

Brank. Gnom. p. 195. nr.
V. inferendae) Ἄνθρωπος
ὦν, τῆς ἰσθμίου, καὶ μεμνησ-
αί: hoc et seq. cap.

nec tempus vacat perdere. Quid rŭimus in pugnam? 3
quid certamina nobis arceffimus? quid imbecillitatis ob-
liti, ingentia ōdia fufcipimus, et ad frangendum fragi-
les confurgimus? Iam iftas inimicitias, quas implacabili
gerimus animo, febris aut aliud malum corporis vetabit
geri: iam par acerrimum media ^c mors dirimet. Quid
tumultuamur, et vitam feditioſi conturbamus? ſtat ſu-
per caput fatum, et pereuntes dies imputat, propius-
que ac propius accedit. Iſtud tempus, quod alienae de-
ſtinas morti, fortaffe ^d circa tuam eſt.

XLIII. Quin potius vitam brevem colligis, placi-
damque et tibi et ceteris praeſtas? quin potius amabi-
lem te, dum vivis, omnibus: deſiderabilem, quum ex-
ceſſeris, reddis? Et quid illum, nimis ex alto tecum
agentem, detrudere cupis? quid illum oblatrantem tibi,
humilem quidem et contemptum, ſed ſuperioribus aci-
dum ac moleſtum, exterrere viribus tuis tentas? Quid
fervo? quid domino? quid regi? quid clienti tuo ira-
ſceris? ſuſtine paulum. venit ecce mors, quae nos pa-
res faciat. Ridere ſolemus inter matutina arenae ſpe- 2
ſtacula, tauri et urſi pugnam inter ſe colligatorum:
quos, quum alter alterum vexarit, ^a ſuus confeſtor ex-

K 5

ſpe-

ſtae in quibusdam exemplaribus invenit, bene reſpreſus a
Gronov.

c. *media mors* i. mors, quae intervenit. Lipſius emend. *media*
Parca; quoniam eius cod. habebat: *media pars*.

d. *circa*: e codd. reduxit Lipſius. Antea: *citra*, ſenſu parum
congruo. Gataker ad Antonin. p. 132, 52. legendum cenſet:
haud citra: ratione, cur a Lipſio diſcedat, non allata.

Cap. XLIII. a. *ſuus confeſtor*. e codd. Eraſm. et Lipſius. Antea:
ſus confeſtor,

Cap. XLIII. *nimis ex alto*
ſecum agentem] i. potentio-
rem.

2. *matutina ſpectacula*] et
certamina dabantur (cf. Ep.
70.) Romae ferarum, iſta inter

ſeſe colligatarum, ut mutuo
ſeſe duntaxat vexarent. cf. de
Brev. vit. 13.: primus Sulla
leones in circo *ſoluzos* dedit.
Suus confeſtor: confeſtores
ferarum inter arenae miniſte-

ria

spectat. Idem facimus. aliquem nobiscum alligatum la-
 cessimus: quum victo victorique finis, ^b et quidem ma-
 tutinus, immineat. Quieti potius, pacatique, quantu-
 lumcunque superest, exigamus. nulli cadaver nostrum
 3 iaceat invisum. Saepe rixam conclamatum in vicino in-
 cendium solvit, et interventus ferae latronem viatorem-
 que diducit. Colluctari cum minoribus malis non va-
 cat, ubi metus maior apparuit. Quid nobis cum dimi-
 catione et infidiis? numquid amplius isti, cui irasceris,
 quam mortem optas? etiam te quiescente morietur. per-
 4 dis operam: facere vis, quod futurum est. „Nolo,“
 inquis, „utique occidere, sed exilio, sed ignomiâ, sed
 „damno afficere.“ Magis ignosco ei, qui vulnus ini-
 mici, quam qui ^cinsulam concupiscit; hic enim non tan-
 tum mali animi est, sed pusilli. Sive de ultimis suppli-
 ciis cogitas, sive de levioribus; quantum est tempo-
 ris, quo aut ille poenâ suâ torqueatur, aut tu malum
 5 gaudium ex aliena percipias? Iam ipsum spiritum ex-
 spuimus, interim dum trahimus. Dum inter homines
 sumus, colamus humanitatem: non timori cuiquam,
 non periculo sumus: detrimenta, iniurias, convicia,
 vellicationes contemnamus, et magno animo breviter fe-
 ramus incommoda. Dum respicimus, quod aiunt, ver-
 famusque nos, iam mortalitas aderit.

b. et quidem matutinus Lipsius e codd. *aeque maturus* antea le-
 gebatur.

c. *insulam* e codd. praetuli. Antea *punctiunculam* e. c. ap. Erasmi.
 Muretus dederat *pusulam*, quod et Lipsius probavit. Intendenti
 liquebit, *vulnus inimici* ad mortem, de qua paulo ante sermo
 erat, spectare, et *insulam*, quae ut levius quid vulnere oppo-
 nitur, ad exilium, ignominiam: ideoque sermonem neque
 longinquum neque durum esse, quod tamen Lipsius censebat.

ria occurrunt, e. c. ap. Sueton.
 Aug. 43. Ner. 12. Etiam
 nunc apud Hispanos in usu
 est, ut confectores ferarum
 in spectaculis taurum, in ra-

biem veste rubra adductum,
 interficiant; tali modo et Ro-
 mani usi sunt in feram, quae
 superior discederet.

AD HELVIAM MATREM DE CONSOLATIONE

LIBER VNVS.

ARGUMENTVM.

Introitus huius consolationis apprime elegans et prudenter et cum arte praemittitur. Exponit causam, cur non prius matrem consolatus esset, quam temporis spatio quodam praeterlapsø. Nunc se confurxerisse priorem, et nova consolandi ratione uti. Sperat fore, ut hoc ipsum, quod tanquam infelix et exsul suos consoletur, matrem ad allocutionem suam audiendam moveat. (c. 1.) Quum itaque tempus vim suam ad mitigandum matris dolorem exercuisset, tranquille modum, quo in dolore compefcendo uti velit, declarat; et primum mala, quae iam passa sit mater admodum gravia, exponit (c. 2. 3.). Deinde docet, matri nullam causam esse, cur doleat lugeatve, quoniam ipse exsul nihil patiatur, propter quod vere possit dici miser: ea enim, quae apud nos nomine secundae adversueve fortunae veniant, ad adventitia pertinere, ideoque et ipsum exsilium (c. 4. 5.). Quod quum commutatione loci contingatur, facile patere, ostendit, in eo nihil mali inesse: primum, quia hominis naturae innata sit loci ex loco mutatio, quod et usu quotidiano et historia probat (c. 5. 6. 7.) eaque ipsa insulae Corsicae (c. 8, 1—3.): deinde, quod ubicunque, vel in loco desertissimo et humillimo tugurio, quum eadem rerum natura tum virtute uti possit exsul (c. 8, 3—9, 8.), quod Marcelli praeclaro exemplo illustrat. — Incommoda autem, exsilium comitantia, facile tolerari posse a sapientiae studioso, e. g. paupertatem. Ita vi oppositi in avaritiae ac luxuriae, omnia subvertentis, insaniam invehitur. Animus tranquillus, pergit, his supervacuis facile carebit vel in exsilio (c. 9, 9—c. 12.), quid, quod pauperes feliciores ditioribus sint, et hos frequenter conditione pauperum uti oporteat: exempla antiqua (c. 12.). Ne tamen quis putet, singula quidem mala in exsilio satis bene sustineri posse, non item omnia, quae simul exsuli adsint, e. g. paupertatem, ignominiam, contentum, ille secum reputet, eum qui unum malum toleret, et omnia tolerare, sicut altera parte qui una virtute gaudet, omnibus ceteris uti. Quae quum ita sint, significat, se baudquaquam miserum dici posse, neque

adeo

adeo in sua conditione causam luctus ac moeroris latere (c. 13.). Iam pergit ad causas ceteras, quae matrem ad luctum perducant, refellendas. Ac primum monet, matrem non egere sui praesidii, quod numquam a se incolumi petiverit, quum neque ambitiosa sit, neque gratiam aut potentiam filiorum umquam ostentaverit (c. 14.) Secundo autem loco desiderium filii dilecti causam quidem luctus eximiam esse (c. 15.), sed contra illud hortatur eam virtutis et fortitudinis, qua ceteras sui aevi feminas facile antecedit, similem Corneliae Gracchorum, et Rutiliae Cottae matris (c. 16, 7.). Iam quum luctus remediis vulgaribus, e. c. ludis, peregrinationibus etc. difficillime compefci possit, suadet matri, ut animum ad liberalia studia applicet (c. 16, 7—13.). Accedunt studia duorum reliquorum filiorum, qui in eo toti sunt, ut matrem consolentur; nepotes, et ipse pater (c. 16, 13. fin.). Denique sororem, mulierem praestantissimam, magno eius solatio fore monet, oratque, ut se laetum atque alacrem cogitet (c. 17.).

Quum Seneca, Messalinae invidia inter adulteros Iuliae, Germanici filiae, haud dubie falsissime, accusatus, in Corsicam relegatus esset (a. V. C. 794. Dio Cass. LX, 8.), quadragesimum fere annum egit, iam dudum ob claritudinem studiorum, ut Taciti verbis (Annal. XII, 8.) utar, conspicuus. Hoc exilium per octo annos tolerare debuit (memoratur eius reditus a Dion. Cassio LX, 32. ad ann. 801. cf. Tacit. l. mem.) Cuius fructus eximius est consolatio ad Helviam (in MSS. Helbiam, Hebiam appellatam) matrem, vel eo nomine magni facienda, quod et unica est ex iis, quae usque ad eum scriptae sunt, consolationibus, et quod dulcedinem aliquam secum fert ab exsule in suorum solatium conscripta. Nullum enim ex libris de luctu minuendo ante Senecam literis mandatis ad nostra tempora pervenisse notum est. In quibus, nisi primus, celeberrimus tamen fuit Crantoris veteris Academici (circ. Ol. 116.) libellus, non magnus ille quidem, sed aureolus, et, ut Tuberoni Panactius praecepit, ad verbum ediscendus, ut Ciceron. verbis Acad. Qu. IV, 44. utar. Vocatur ap. Cic. Tuscc. Dispp. I, 48. Consolatio: consolabatur autem hoc commentario Hippoclem, qui filiorum mortem lugebat. Et Diogen. Laert. IV, 27. *Ἰαυμάζετα δὲ αὐτῷ μάλιστα βιβλίον τὸ περὶ πένθους*: ubi vid. Menag. Eum sequutus est M. T. Cicero in consolatione filiae, teste Plinio Nat. Hist. praef. p. 8. T. I. bip. Quam in Ciceronis operibus legimus consolationem, esse a Car. Sigonio perscriptam, inter omnes constat. Metrodorus Epicureus quoque Atheniensis (Lampfacenus alias dictus) composuit Consolationem, qua sororis luctum, amisso optimaе indolis filio, mitigare studuit: a Seneca Ep. 98. med. laudatam. Clarum fuit quidem nomen in antiquitate, sed libros

brov eius non fere praeter suos, si Ciceroni (Tusc. Dispp. II, 3.) fides habenda sit, quisquam in manus sumsit. Enimvero quum Epicuri affectis Roma abundaret, non dubitandum est, quin et iste libellus multis lectus fuerit. Omitto Theophrastum, cuius Callisthenes, s. de luctu, quo Callisthenis amici sui mortem ab Alexandro M. ei inflictam luget, magni factus est, (Cic. Tusc. III, 10. V, 9. fin.) Ciceronis libellum ad Cottam de luctu minuendo (a. V. C. 633.) perscriptum, et alios. In iis, qui post Senecam Consolationes scripsere, Plutarchi invenis consolatio ad Apollonium (Tom. VII. Hutten. p. 316—370.), in qua Crantoris libellus magnam partem expressus creditur, et Anicii Manlii Torquati Severini Boethii consolatio philosophica in carcere composita potissimum nominari merentur. Ceterum probatur mihi Lipsii iudicium de hoc libello: Scriptum ipsum animi et eloquentiae plenum, numeris et structura compositum, atque etiam ordine praeter cetera dispositum. Ausim dicere, palmam inter libellos possit.

I.

Saepe iam, mater optima, impetum cepi consolandi te, saepe continui. Ut auderem, multa me impellebant: primum, videbar depositurus omnia incommoda, quum lacrimas tuas, etiamsi supprimere non potuisssem, interim certe abstersisssem. deinde, plus habiturum me auctoritatis non dubitabam ad excitandam te, si prior ipse consurrexisssem. praeterea timebam, ne a me non victa Fortuna aliquem meorum vinceret. Itaque utcunque conabar, manu super plagam meam imposita,

VARIETAS LECTIIONIS.

Cap. I. a. a me non victa Fortuna. i. timebam, ne F. et alium quemque meorum vinceret, quum me vicisset. Lipsius tamen praefert: *ne me non victo F.* i. ne quum me non vicisset, in quem tam saeva ingruit, meos vinceret. Volo hanc palmam ferre, ut nec me, nec ceteros (vincat). Nexus priorem lectionem suadere videtur; itaque cum Erasmo al. tuitus sum. Si enim victus esset a Fortuna, merus iustus erat, ne et alios suorum vinceret; at quum illam vicisset, quis merui locus supererat, quin non statim tollere poterat?

ANIMADVERSIONES.

Cap. I. causas enumerat, cur non prius Matrem consolatus sit.

posita, ad obliganda vulnera vestra reptare. Hoc propositum meum erant rursus quae retardarent. Dolori tuo, dum recens saeviret, sciebam occurrendum non esse, ne illum ipsa solatia irritarent, et accenderent: nam in morbis quoque nihil est perniciosius, quam immatura
 3 medicina. Expectabam itaque dum ipse vires suas frangeret, et ad sustinenda remedia morâ mitigatus, tangi se ac tractari pateretur. Praeterea, quum omnia clarissimorum ingeniorum monumenta, ad compescendos moderandosque luctus composita evolverem, non inveniebam exemplum eius, qui consolatus suos esset,
 4 quum ipse ab illis comploraretur. Ita in re nova haesitabam, verebarque, nec haec non consolatio, sed exulceratio esset. Quid quod novis verbis, nec ex vulgari et quotidiana sumtis allocutione, opus erat homini ad consolandos suos ex ipso rogo caput allevanti? Omnis autem magnitudo doloris modum excedentis necesse est dilectum verborum eripiat, quum saepe vocem quoque ipsam intercludat. Vt cunq̄ue connitar, non fiduciâ ingenii,

2. *Dolori tuo — medicina*] Ipse noster hoc praecepit de Ira III, 39. Et quis philosophorum medicorumve hoc non suavit! Conferas tamen, si tanti est, Ovid. Pont. IV, 11, 17. et Plutarch. Consolat. ad Apollon. p. 316. 317. T. VII. Hutten. ibique dicta Aeschyli, Euripidis et Menandri praeclara.

3. *Praeterea*] Consolationem Ciceronis, Metrodori Epicurei aliorumque libros de luctu, e. c. Crantoris, Theophrasti, Callisthenis etc. non in exilio innuit scriptos esse, ideoque se hac ex parte pri-

imum auctorem esse, qui ipse exsul suos consoletur, pronuntiat. *comploraretur*, tanquam mortuus.

4. *exulceratio*] quasi renovatio doloris: redit ad metaphoram, qua antea usus erat. *Allocutio* est consolatio: Epist. 118. Catull. XXXVI, 6. *παράμυθία, παραμυθεῖσθαι.* *Omnis autem — intercludat.* ratio in eo posita esse videtur, quod imaginatio nimis luctu excitata, et mali notionibus adeo abrepta et extra se elata est, ut quae sentiat verbis vulgaribus multo fortiora censendo imaginibus verbisque haud solenni-

genii, sed quia possum instar efficacissimae consolationis esse consolator. Cui nihil negares, huic hoc utique te non esse negaturam (licet omnis moeror contumax sit) spero, ut desiderio tuo velis a me modum statui.

II. Vide quantum de indulgentia tua promiserim mihi: potentior me futurum apud te non dubito, quam dolorem tuum, quo nihil est apud miseros potentius. Itaque a ne statim cum eo concurram, adero prius illi, et quibus excitetur, ingeram: omnia proferam, et rescindam quae iam obducta sunt. Dicit aliquis: „Quod hoc genus est consolandi, oblitterata mala revocare, et animum in omnium aerumnarum, suarum conspectu collocare, vix unius patientem?“ Sed is cogitet, quaecumque usque eo perniciofa sunt, ut contra remedium convaluerint, plerumque contrariis curari. Omnes itaque luctus illi suos, omnia lugubria admovebo: hoc erit, non molli viâ mederi, sed urere ac secare. Quid consequar? ut pudeat animum, tot miseriarum victorem, aegre ferre unum vulnus in corpore tam cicatricoso. Fleant itaque diutius, et gemant, quorum delicatas mentes enervavit longa felicitas,

Cap. II. a. *ne statim*. Lipsius mavult: *nec st.* Vulgata tamen proba est, *ὡς μή*.

Iennibus atque constructionibus verborum inauditis utatur, ideoque, quasi vero ne haec quidem adiumenta sufficiant, exclamationibus abruptisque loquutionibus sensa sua efferre connitatur.

Cap. II. Consilium, quod in consolanda matre sequi vult, indicat. Mala igitur, quae iam perpeffa sit, matri, ut sibi quasi viam muniat ad

consolationem, in memoriam revocat, sperans fore ut, his propius perpensis, hoc unum malum, quo nunc opprimatur, facilius perferat, ad ea quae antecesserint.

ingeram] parabo, conciliabo: et *rescindam*, renovabo violenter (de vulneribus iam curatis propria verba *rescindere* et *obduci*: Ovid. Trist. III, 11, 63. Ovid. Metam. XII, 543.):

citas, et ad levissimarum iniuriarum motus collabantur: at quorum omnes anni per calamitates transferunt, gravissima quoque forti et immobili constantia perferant. Vnum habet affidua infelicitas ^b bonum, quod
 4 quos saepe vexat, novissime indurat. Nullam tibi fortuna vacationem dedit a gravissimis luctibus: ne natalem quidem tuum exceptit. Amisisti matrem statim nata, immo dum nascereris, et ad vitam quodammo-
 do exposita es. Crevisti sub noverca, quam tu quidem omni obsequio et pietate, quanta vel in filia conspici potest, matrem fieri coëgisti: nulli tamen non magno confitit et bona noverca. Avunculum indulgentissimum, optimum ac fortissimum virum, quum adventum eius expectares, amisisti. Et ne saevitiam suam fortuna levio-
 rem ^c diducendo faceret, intra tricesimum diem, carissimum virum tuum, ex quo ma-
 5 ter trium liberorum eras, extulisti. Lugenti tibi luctus nuntiatus est, omnibus quidem absentibus liberis: quasi de industria in id tempus coniectis malis tuis, ut nihil esset ubi se dolor tuus reclinaret. Transeo tot pericula, tot metus, quos sine intervallo

b. *bonum*: ut sit substantivum sumendum. Gronov. e MSS. recte recepit. Antea: *boni*.

c. *diducendo*, spatium dando, separando. Agitur autem de mora, quam fortuna matri concefferit, exigua, ut virum per triginta dies tantummodo ex itinere receptum mox amiserit: ex quo spatium colligi poterat, fortunam mitigatam esse; at res fecus cessit. Restituit Gronov. ex cod. Antea: *deducendo* i. diminuendo, detrahendo. Ceterum frequens in codd. haec confusio syllabarum *di* et *de*: cf. e. c. Gisbert. Cuperi Obs. IV, §, p. 67. sq.

§. *motus*] quos quis sentiat, morsus.

4. *ad vitam q. exposita es*] quippe orba, ut nemo fere esset, qui curam eius gereret in vita, matre mortua. Exponitur autem infans ut ad ianuam, (Sueton. Claud. 27.)

ad plateam, sic h. l. *ad vitam*, abiectus.

Avunculum Senecae, qui sororem Helviae in matrimonio habebat. Quum ex praefectura Aegypti rediret, mortuus est. Cf. cap. ultim.

vallo in te incurfantes pertulifti: modo in eundem finum, ex quo tres nepotes emiferas, offa trium nepotum recepifti. Intra vicesimum diem, quam filium meum in manibus et in osculis tuis mortuum funeraveras, raptum me audifti: hoc adhuc defuerat tibi, lugere vivos.

III. Graviffimum eft ex omnibus, quae unquam in corpus tuum descenderunt, recens vulnus: fa-teor: non summam cutem rupit: pectus et viscera ipfa divifit. Sed quemadmodum tirones leviter faucii tamen vociferantur, et manus medicorum magis, quam ferrum horrent, at veterani quamvis confoffi patienter ac fine gemitu, velut aliena corpora, ^a exfecari patiuntur: ita tu nunc debes te fortiter praebere curationi. Lamentationes quidem et ululatus, et alia ² per quae fere muliebris dolor tumultuatur, amove: perdidifti enim tot mala, fi nondum misera effe didicifti. Ecquid videor tecum timide egiffe? nil tibi sub-
duxi

Cap. III. a. *exfecari*. Ita membr. Pinciani: alii *excoriari*. *exfanari*. *exinanire*. *excavari*. Iuretus con. *exfanari*. Recte Gronov. defendit receptam lect., ut milite faucio eoque veterano digniorem: laudatque Cic. Tusc. Disp. II, 15. Senec. Ep. 78. med. Curt. 9, 5, 23.

5. *vaptum me*] in exilium. Hoc autem ipfo luctus quoque et calamitas, quae in nostrum incurrit, augebatur.

Cap. III. Effe quidem hoc malum graviffimum, attamen fortiter perferendum ob mala, quae passa fit.

*Sed quemadmodum — cu-
vazioni.*] Haec comparatio apud Veteres frequens non sine arte hic adhibetur, e re militari repetita: *tirones* i. milites adolefcentes, recens

delecti, opponuntur *vetereis*, quorum fortitudinem matris imitatione dignam proponit. Cf. et de Providentia c. IV, 7.

2. *perdidifti.*] haec mala tibi nihil profuerunt ad animum indurandum: vid. de Ira III, 23, 2.: nec perdiderat dicta i. vi sua in animos advertendos non caruere. Et quis ignorat nobile Titi dictum: amici! diem perdidisti: ap. Suet. Tit. VIII. Alia exempla in re nunc notiore affert Gronov. ad h. l., quia Lipfium

duxi ex malis tuis, sed omnia coacervata ante te posui. Magno id animo feci: constitui enim vincere dolorem tuum, non circumscribere.

IV. Vincam autem, puto: primum, si ostendero nihil me pati, propter quod possim dici miser, ne dum propter quod miseros etiam, quos contingo, faciam: deinde, si ad te transiero, et probavero, ne tuam quidem gravem esse fortunam, quae tota ex mea pendet. Hoc prius aggrediar, quod pietas tua audire gestit, nihil mali esse mihi: ^a si potero, ipsas res quibus me putas premi, non esse intolerabiles, faciam manifestum. Sin id credi non potuerit: at ego mihi ipse magis placebo, quod inter eas res beatus ero, quae miseros solent facere. Non est quod de me aliis credas: ipse tibi, ne quid incertis opinionibus perturberis, indico me non esse miserum. Adiiciam, quo securior sis, nec fieri quidem posse miserum.

V. Bona conditione ^a conditi sumus, si eam non deseruerimus. Id egit rerum natura, ut ad bene vivendum non magno apparatu opus esset: unusquisque facere se beatum potest. Leve momentum in adventitiis

Cap. IV. a. *si potero*. Lipsius eiecit e textu post *si*, sequentia: *hoc tibi demonstrare non*, quae verba a multis MSS. abfunt. Equidem non vehementer repugno: attamen non opus esse puto, ut totam hanc quadrigam, uti Lipsius vocat, expungas: modo scribas: *si hoc tibi demonstrare nunc potero*, et omnia bene se habebunt.

Cap. V. a. *conditi s. al. geniti*, praefert. I. M. Heusinger Emendd. p. 237. sed vulgata bene tueri possumus: Ciceroni quidem familiarius est dicere: ea lege ac conditione geniti sumus —: nec nostro displicet haec loquutio.

^a vero sensu aberrasse viderat. *Magno* i. constanti.

Cap. IV. Se nec esse, nec fieri quidem posse miserum, ostendere incipit, eo consilio, ut matris dolorem vincat.

Cap. V. Quum et res secundae et adversae in adven-

titiis i. adiaphoris sint, sapientiae studiosus quid, quod sapiens ab iis se cavere, ideoque miseriam evitare potest. Rerum enim natura, i. Deus, ex Decretis Stoicorum, ita omnia optime disposuit. Cf. Cic. Paradox. 2.

tiis rebus est, et quod in neutram partem magnas vires habeat: nec secunda sapientem evehunt, nec adversa demittunt. Laboravit enim semper, ut in se plurimum poneret, intra se omne gaudium peteret. Quid 2 ergo? sapientem me esse dico? minime. nam id quidem si profiteri possem, non tantum negarem miserum me esse, sed omnium fortunatissimum, et in vicinum Deo perductum praedicarem. Nunc, quod satis est ad omnes miseras leniendas, sapientibus viris me dedi, et nondum in auxilium mei validus, in aliena castra confugi, eorum scilicet, qui facile se et sua tuentur. Illi me iusserunt stare assidue, velut in prae- 3 sidio positum, et omnes conatus fortunae, et omnes impetus prospicere multo ante quam incurrant. Illis gravis est, quibus est repentina: facile eam sustinet, qui semper expectat. Nam et hostium adventus eos prosternit, quos inopinate occupavit: at qui futuro se bello ante bellum paraverunt, compositi et aptati, primum, qui tumultuosissimus est, ictum facile excipiunt. Nunquam ego fortunae credidi, etiamsi videretur pa- 4 cem agere: omnia illa, quae in me indulgentissime conferebat, pecuniam, honores, gloriam, eo loco posui, unde posset ea sine motu meo repeterè.

L 2

Inter-

2. *in vicinum Deo*] i. in consortium Deo venire, Nat. Qu. I, praef. §. 5. (Lipsii Manuduct. in philof. Stoic. III, 14.). *sapientibus viris* i. Stoicis, in quorum libris legendis otium suum collocasse apparet.

3. *velut in praesidio p.*] Est haec Stoicorum sententia: quare comparaverunt frequenter vitam cum militia: Exempla quaedam collegit Gataker: ad Antonin. p. 77. 78: addi

oportuit, quae Socrates ap. Platon. Apolog. p. 66. 67: Tom. I. bip. et alibi praeclare hanc in rem differuit, quem ceteri hac formula utentes sequuti esse videntur.

4. *Nunquam ego fortunae — honores — repeterè*] Nostrum iam ante exsilium tam divitiis gloriaque eloquentiae virtutis ac doctrinae laudè quam honoribus emiauisse, inde liquet, quod ipse infra c. 14,

^b Intervallum inter illa et me magnum habui. itaque abstulit illa, non avulsit. Neminem adversa fortuna com-
 5 minuit, nisi quem secunda decepit. Illi qui munera eius velut sua et perpetua amaverunt, qui se propter illa suspici voluerunt, iacent et moerent, quum vanos et pueriles animos, omnis solidae voluptatis ignaros, falsa et mobilia oblectamenta destituunt. At ille qui se laetis rebus non inflavit, nec mutatis contrahit; ad-
 6 versus utrumque statum invictum animum tenet, exploratae iam firmitatis. nam in ipsa felicitate, quid contra infelicitatem valeret, expertus est. Itaque ego in illis quae omnes optant, existimavi semper, nihil veri boni inesse: quin inania, et specioso ac decepturo fucō circumlita inveni, intra nihil habentia fronti suae simile. Nam in illis quae mala vocantur, nihil tam terribile ac durum invenio, quam opinio vulgi minabatur. verbum quidem ipsum, persuasione quadam et consensu iam asperius ad aures venit, et audientes tanquam triste et execrabile ferit: ita enim populus iussit:

b. *Intervallum inter illa et me* e codd. nonnullis recepi. Antea: *inter me et illa.*

3. se puerum *locupletem* vocat, et ex iudicio Caligulae de nostro, ap. Sueton. Cal. LIII, qui *tunc maxime placentem* celebrat, coll. Dione Cassio LIX, 19. ad ann. V. C. 792. videmus eum eloquentiae, virtutis et doctrinae laude floruisse. Tacit. XII, 8. Quaesturam ante exsilium gessisse, apparet ex cap. 17. infra.

6. *fucō*] fucus propr. fucus quidam fuit, quem ex Lichene roccella (Linn.), vo-

camus orseille, qui in saxis marinis provenire solet, acceperunt veteres, ut substerneretur purpurae in lana medicanda, *Φύκος*: qua mixtura purpurae solidum colorem (*τὸ δευσοποιδόν*) conciliabant. cf. Böttiger ad Horat. III, 5, 28. p. 57.: deinde usurpatur de colore, qui multa promittit, solus vero facile evanescit, nec quidquam praestat, ut h. l. *illinere, circumlinere* fucum orationi, verbis, rei cuicunque, cui splendorem aliquem conciliare velis, sollenne est.

sed

iussit: sed populi scita ex magna parte sapientes abrogant.

VI. Remoto igitur iudicio plurium, quos prima rerum facies, utcumque credita est, aufert, videamus quid sit exsilium. nempe loci commutatio est. ^a Angustare videor vim eius, et quidquid pessimum in se habet, subtrahere: hanc commutationem loci sequuntur incommoda, paupertas, ignominia, contemptus. Adversus ista postea confligam: interim primum illud intueri volo, quid acerbi afferat ipsa loci commutatio. „Carere patria, intolerabile est.“ Aspice agendum hanc ² frequentiam, cui vix urbis immensa tecta sufficiunt. maxima pars illius turbae patriâ caret: ex municipiis et coloniis suis, ex toto denique orbe terrarum con-

L 3

fluxe-

Cap. VI. ^a. *Angustare videor vim e.* Haec lectio sensum bonum promit, et consuetudini Senecae per incisa eloquendi sensa sua congruit. Lipsius tamen codicis sui amore ductus praetulit, quam ibi invenit lectionem: *Angustare ne videamus vim e.* Antiquam lectionem tueor.

sed populi scita — : ipse sententiam mitigat adiecto: *ex magna parte*: frequenter enim vox populi vox Dei est. At Stoicae philosophiae inprimis proprium erat, intervallum magnum habere inter populi scita et sua decreta, quippe pro hominis natura saepe rigidiora.

Cap. VI. Quum enim exsilium nil nisi loci commutatio sit, et humanae naturae conveniat locum ex loco mutare, inter mala non numerandum est.

nempe] manifesto, procul dubio. Haud absimilem de-

fnitionem exsilii dedit Philiscus, quum Ciceronem exsulem ap. Dion. Cass. XXXVIII, 24. consolaretur: cui loco noster tam similis est, ut Dioni materiam consolationi, quam Philisco tribuit, suppeditasse videri possit.

2. *Carere patria*] in tota antiquitate pro malo habebatur; nec immerito, quandoquidem exsul utique tamquam peregrinus, ideoque parvi aestimatus homo vivere debebat, quippe cui omnia civitatis, in quam migrasset, iura deerant. Cf. e. c. Platon. Crit. T. I, p. 104. 123, bip. Euripid. Phoeniss. 401. 402. cd. Beck.

fluxerunt. Alios adducit ambitio, alios necessitas officii publici, alios imposita legatio, alios luxuria, opulentum et opportunum vitiis locum quaerens: alios liberalium studiorum cupiditas, alios spectacula: quosdam traxit amicitia, quosdam industria, ^b latam ostendendae virtuti nata materiam: quidam venalem formam attulerunt, quidam venalem eloquentiam. Nullum non hominum genus concurrit in urbem, et virtutibus et vitiis magna pretia ponentem. Iube omnes istos ad nomen citari, et, Vnde domo quisque sit, quaere: videbis maiorem partem esse, quae relictis sedibus suis, venerit in maximam quidem ac pulcherrimam urbem, non tamen suam. Deinde ab hac civitate discede, quae velut communis patria potest dici: omnes urbes circumi. nulla non magnam partem peregrinae multitudinis habet. Nunc transi ab iis, quarum amoena positio, et opportunitas regionis plures allicit: deserta loca, et asperrimas insulas, Sciathum et Seriphum, Gyarum, et ^c Corficam pete. nullum invenies exilium, in quo non aliquis animi causa moretur.

^b. *latam*: alii *laxam* Gronov. probatam, quia in codd. invenit. Sed utrumque nostro placuit. Proinde nil muto.

^c. *Corficam* antiqua lectio, quam reduxi. Muretus dedit: *Cosuram* (insulam inter Africam et Siciliam) ex coniectura mera: Iunius coni. *Corcyram*. Mox *animi causa* (i. sua volun-

necessitas officii publici] spectat e. c. ad equites, quos de Ira III, 33, 1, evocatos appellavit, ad iudicia exercenda. Omnia, quae hic notantur, magnis urbibus communia esse constat. *venalem eloqu.* i. e. caufidici et advocati, quae hominum classis sub Caesaribus efflorescere coepit. de Ira, III, 37, 1.

3. *Vnde domo*] ex poeta repetitum esse, cuique Vir-

gillum Aen. VIII, 114. recordanti liquebit. *communis patria* quoniam omnibus fere populis terrae tunc imperitabat, et hominibus ex quacunque gente domicilia praebebat. Nostrium locum non neglexit Gatak. ad Antonin. p. 249, ubi hanc loquutionem illustrat.

4. *Sciathum et Seriphum, Gyarum* —] Insulae maris Aegaei exulibus sub Caesaribus

bus

retur. Quid tam nudum inveniri potest, quid tam abruptum undique, quam hoc saxum? quid ad copias respicienti ieiunius? quid ad homines immanfuetius? quid ad ipsum loci situm horribilius? quid ad coeli naturam intemperatius? plures tamen hic peregrini, quam cives consistunt. Usque eo ergo commutatio ipsa locorum gravis non est, ut hic quoque locus a patria quosdam abduxerit. Invenio qui dicant, inesse naturalem quandam animis irritationem commutandi sedes, et transferendi domicilia. Mobilis enim et inquieta mens homini data est: ^d nunquam se tenet: spargitur, et cogitationes suas in omnia nota atque ignota dimittit, vaga, et quietis impatiens, et novitate rerum laetissima. Quod non miraberis, si primam eius originem adspexeris. Non ex terreno et gravi concreta corpore: ex illo coelesti spiritu descendit. coelestium autem natura semper in motu est: fugit, et velocissimo cursu agitur. Adspice sidera mundum illustrantia: nullum eorum perstat. labitur affi-

L 4

due,

tate et voluptate) bipontini focii in *amici causa* corruperunt. *intemperatius* ex Gronov. coniect. recepi: *intemperantius*, quod antea erat, latine hoc sensu non dicitur.

d. *nunquam*. I. M. Heusinger Emendd. p. 237. coni. *nusquam*: Nihil muto.

bus destinari solitae. *Quid tam nudum — consistunt.* Corsica male audit ap. Strabonem, qui asperam, male habitam, et plerisque locis eam inaccessam vocat: Plin. tamen Nat. Hist. III, XII. Corsicae 33. civitates et colonias assignat; et Diodorus Siculus melius de Corsica eiusque incolis sentit. Quam quidem diversitatem nulla alia ratione conciliaverim, nisi ut

putem Straboni et nostro de ea tantum insulae parte fermonem esse, quae ad mare vergat: ceterae enim fecunditate etiam nunc non carent: cf. Büfching. III, 989. noviss. edit. *peregrini* cf. c. VIII. de exfulibus noli intelligere.

6. *Non ex terreno.*] Dogma Stoicorum notum: de quo cf. Ep. 39. Cic. Tusc. Disp. I, 17 — 19.: et Lipsii Physiol.

HI,

due, et locum ex loco mutat: quamvis eum univervo
 vertatur, in contrarium nihilominus ipsi mundo refer-
 tur: per omnes signorum partes discurrit; perpetua
 7 eius agitatio, et aliunde alio commigratio est. Omnia
 volvuntur semper, in transitu sunt, et ut lex et na-
 turæ necessitas ordinavit, aliunde alio deferuntur.
 Quum per certa annorum spatia orbis suos explicue-
 rint, iterum ibunt per quæ venerant. I nunc, et ani-
 mum humanum, ex iisdem quibus divina constant
 compositum feminibus, moleste ferre puta transitum
 ac migrationem; quum Dei naturam assidua et citatissi-
 8 ma commutatione, vel delectet se, vel conservet. A
 coelestibus, agendum, te ad humana converte! Vide-
 bis, gentes populosque mutasse sedem. Quid sibi vo-
 lunt in mediis Barbarorum regionibus Graecæ urbes?
 quid inter Indos Persasque Macedonicas sermo? Scy-
 thia, et totus ille ferarum indomitaramque gentium
 tractus, civitates Achaiae Ponticis impositas litoribus
 ostentat. Non perpetuae hiemis saevitia, non homi-
 num ingenia, ad similitudinem coeli sui horrentia,
 9 transferentibus domus suas obstiterunt. ^e Atheniensis
 in Asia turba est; Miletus LXXV urbium populum in
 diversa

^e. *Atheniensis in Asia turba est.* Antiqua eaque bona lectio.
 Pincianus tamen mutavit; *Atheniensium in Asia urbs est M.*
 parum docte. Primum enim *turba* honestum vocabulum est,
 de quo nunc non dubitatur; deinde historia docet, Ione
 (Vellei. Patere. I, 4. p. 109. bip.) sive Neleo (Pausan. VII, 2.

III, 8, *mundo, κόσμος, i.*
 coelo. Mundo enim tripli-
 cem significationem, coeli,
 Dei, materiae tribuerunt Stoi-
 ci. Lipsius. Physiolog. Stoic.
 II, 6. sq. *signorum* in zodiaco.
 8. *Macedonicus sermo*] eo-
 rum, qui ut coloni ab Alex-
 andro M. in illis relictæ erant.
Achaiae i, Graeciae propr.
 sic dictæ, Pausan. VII, 16.

p. 293. ed. Facii Tom. II,
Ponticis i. toti orae maritimæ
 Ponti Euxini, (nobis Krimm,
 Cheronesus taurica appella-
 ta) in quam et Graeci et
 Milesii Colonias miserant.
 Plura dabit Wolf ad Demosth.
 Orat. adversus Leptinem, p.
 252. sq. *Ad similitudinem coeli*
f. h. ef. de Ira II, 16, 1. : suo-
 que simillima coelo, e poeta.

diversa effudit: totum Italiae latus, quod infero mari alluitur, maior Graecia fuit. Tuscos Asia sibi vindicat: Tyrii Africam incolunt: Hispaniam Poeni: Graeci se in Galliam immiserunt, in Graeciam Galli: Pyrenaeus Germanorum transitus non inhibuit: per invia, per incognita versavit se humana levitas. Liberos, coniugesque, et graves senio parentes traxerunt. Alii ¹⁰ longo errore iactati, non iudicio elegerunt locum, sed lassitudine proximum occupaverunt: alii armis sibi ius in aliena terra fecerunt; quasdam gentes, quum ignota peterent, mare hausit, quaedam ibi confederunt, ubi illas rerum inopia deposuit. Nec omnibus eadem causa relinquendi quaerendique patriam fuit.

L 5

Alios

p. 237. Tom. II. et quos ibi laudat Facius) duce, Iones ab Achaëis expulsos in Asiam Athenis migrasse et duodecim urbium, Panionii, (ante Chr. n. 1055.) auctores fuisse: harum urbium caput fuit Miletus (Herodot. I, 142. sqq. Plin. V, 29.), quam 75 colonias emisisse et Plin. l. 1. testatur.

9. *maior Graecia*] alias Magna Graecia dicta: v. Heynii Opuscul. Acad. T. II. *Tuscos*, Etruscos, quos, duce Tyrrheno, e Lydia profectos in Etruria fedes suas fixisse, sibi que a duce nonien Tyrrhenorum imposuisse, narrat Herodot. I, 94. alii que: attamen Dionys. Halicarn. I, 27. alii que eos indigenam gentem fuisse contendunt, Lipsio approbante: horum sententiam docte exposuit Heyne Exc. I. ad lib. IV. Aeneid. Virgil. p. 543. sq. ed. noviss. *Tyrii Africam inc.* spectat ad Didonem, conditricem Carthagini, de qua ex Virgil. et Iustin. XVIII, 4. al. omnia nota sunt. *Hispaniam Poeni.* Gades prima eorum urbs fuit,

deinde plures incoluere Carthaginenses inde ab antiquissimis temporibus. cf. Diodor. Sic. V, 38. Iustin. XLIV, 5. *Graeci se in Gall. im.* intelligit Phocaenses, Φωκαεῖς, conditores Massiliae. Ad angustias redacti a Cyro, Persarum rege, urbe sua relicta Corsicam occuparunt Phocaenses, et non ita longe post Massiliam condidere. Herodot. I, 162 — 167. *in Graeciam Galli:* haec invasio facta est Ol. 125, 2. ante Chr. n. 479. Simfon. Chronicon Cathol. ad a. 3726. *Pyrenaeus.* Nisi Celtas Gallosve, quos saepe Hispaniam invasisse constat, hic cum Germanis confuderit, eius auctoritatem equidem non defendam.

- 11 Alios excidia urbium suarum, hostilibus armis elapsos, in aliena, spoliatos suis, expulerunt: alios domestica feditio submovit: alios nimia superfluentis populi frequentia, ad exonerandas vires, emisit: alios pestilentia, aut frequens terrarum hiatus, aut aliqua intoleranda infelicis soli vitia eiecerunt: quosdam fertilis orae, et in maius laudatae, fama corruptit: alios alia causa excivit domibus suis. Illud itaque est manifestum, nihil eodem loco mansisse, quo genitum est: affiduus humani generis discursus est: quotidie aliquid
- 12 in tam magno orbe mutatur. Nova urbium fundamenta iaciuntur: nova gentium nomina, extinctis prioribus, aut in accessionem validioris conversis, oriuntur. Omnes autem istae populorum transportationes, quid aliud, quam publica exilia sunt?

VII. Quid tam longo te circuitu traho? quid interest enumerare Antenorem Patavii conditorem, et Evandrum in ripa Tiberis regna Arcadum collocantem? quid Diomedem, aliosque quos Troianum bellum, victos simul victoresque, per alienas terras dissipavit? Romanum imperium nempe auctorem exsulem respicit, quem profugum, capta patria, exiguas reliquias trahentem, necessitas et victoris metus, longinqua^a quaerentem, in Italiam detulit. Hic deinde populus quot colonias in omnes provincias misit? ubi-
cunque

Cap. VII. a. *quaerentem*. alii *quaerentes*, unde Lipsius: *quaerens* sc. metus. Dure! Vulgata bene se habet. necessitas enim et metus victoris (i. Graecorum) eum in Italiam detulit ex. rel. trah. longinqua quaerentem: quae omnia plana sunt.

Cap. VII. Domestica exempla affert.

Antenorem] Nobilis fuit Troianus A., qui Troia excisa in Italiam abreptus esse, ibique Patavium condidisse

ferebatur. Vid. Heynii Exc. VII. ad Virgil. Aen. I, 247. De *Evandro* Ei. Exc. I. ad Aen. VIII, p. 247. et de *Diomede* Exc. I. ad libr. XI, p. 578. *Romanum* — *auctorem* i. Aencam.

cunque vicit Romanus, habitat. Ad hanc commutationem locorum libentes nomina dabant, et relictis aris suis trans maria sequebatur colonus fenex.

VIII. Res quidem non desiderat plurium enumerationem: unum tamen adiiciam, quod in oculos se ingerit. Haec ipsa insula saepe iam cultores mutavit. Ut antiquiora quae vetustas obduxit, transeam, Phocide relicta, Graeci qui nunc Massiliam colunt, prius in hac insula confederunt. Ex qua quid eos fugaverit, incertum est: utrum coeli gravitas, an praepotentis Italiae conspectus, an natura importuosi maris. nam in causa non fuisse feritatem accolarum, eo apparet, quod maxime tunc trucibus et inconditis Galliae populis se interposuerunt. Transferunt 2
deinde

2. *habitar*] ad artificia et prudentiam Romanor. pertinet, quod ubique locorum a se victorum colonias miserint, ad quas ipse *fenex* nomen suum dabat, in numerum colonorum inscribi se libenter passus est.

VIII. Denique ipsa Corsica documento huius cupiditatis locum ex loco mutandi esse potest.

Phocide relicta] De re cf. ad V, 9. Diod. Sic. V, 13. sq. Liv. XXXVII, 31. Phocis proprie est regio Graeciae inter Boeotiam et Aetoliam sita, Delphis, Parnasso, Helicone etc. celebris: quae a nonnullis auctoribus, sicut a nostro cum Phocaea, urbe Ioniae, confundi solet, Spanhemio ad Callim. p. 633. recte reprehendente, nostro tamen

loco aliisque neglectis. *incertum est*] Herodotum l. l. non recordatus est noster. Ille tradit: Quum vires suas magno proelio cum Poenis Tyrrenisque coniunctis facto quamvis secundo magnopere attritas intellexissent, consilium cepere, Corsicam ultra tenere desperantes, oram gallicam advehendi, ubi tandem Massiliam condiderunt circa Ol. 50. *coeli gravitas*] est hodieque in ora maritima et planitie finitima: *praepotentis* ob Tyrrenos, quibuscum iam conflixerant. *importuosi m.* saxa enim Syrtesque in vicinia sunt ab una parte: ceterum insulam parum cognitam habuisse Senecam, et hic locus testatur: Diodorus enim Sicul. l. l. Corsicam quum maxime portuosam (*εὐπρωσ-όρμισον*) appellat.

deinde Ligures in eam, transferunt et Hispani, quod ex similitudine ritus apparet: eadem enim tegumenta capitum, idemque genus calceamenti, quod Cantabris est, et verba quaedam. nam totus sermo, conversatione Graecorum Ligurumque, a patrio descivit. Deductae deinde sunt duae civium Romanorum coloniae: altera a Mario, altera a Sylla. Toties huius aridi et spinosi saxi mutatus est populus. Vix denique invenies ullam terram, quam etiam nunc indigenae colant: permixta omnia et insititia sunt: alius alii successit. Hic concupivit, quod alii fastidio fuit: ille unde expulerat, eiectus est. Ita fato placuit, nullius rei eodem semper loco stare fortunam. Adversus ipsam mutationem locorum, detractis ceteris incommodis quae exilio adhaerent, satis hoc remedii putat Varro, doctissimus Romanorum, quod quocumque venimus, eadem rerum natura utendum est. M. Brutus a satis hoc putat, quod licet in exilium euntibus virtutes suas ferre secum. Haec etiam si quis singula parum iudicat efficacia ad consolandum exulem, utraque in unum collata fatebitur plurimum posse. Quantum enim est, quod perdidimus? duo, quae pulcherrima sunt, quocumque

Cap. VIII. a. *Satis hoc putat.* Cur Lipsius haec tria verba insititia putaverit, equidem non exputo. Mihi quidem necessaria esse videntur.

2. *Ligures*] Ligyes: distinguit Ligures ab Hispanis, qui tamen utrique unius eiusdemque originis Ibères fuisse videntur. (Heyne ad Guthrie et Gray III, 978. IV, 73.) *tegumenta.* Nostro ut Hispano hac in re fides habeatur vel maxime, quare aliunde testimonia coacervare nihil attinet. *Deductae.* Mariana Colonia et Aleria. Mela II, 7. Plin. N. H. III, 12. bip.

3. *Varro*] est M. Terent. Varro, Ciceronis aequalis: de quo cf. Cic. Acad. I, 2. sqq.

4. *M. Brutus*] percussor Iul. Caesaris: de eo omnia nota sunt. Plura dabit Ernesti Index hist. Cic. Quae hic afferuntur, occurrisse videntur in M. Bruti libro de virtutibus: cf. c. IX, 5. Cic. Paradox. I, qui Biantis exemplo haec illustrat.

cunq̄ue nos moverimus, fequentur: natura cōm̄munis, et propria virtus. Id actum eſt, mihi crede, ab illo, quiſquis formator univerſi fuit, five ille Deus eſt potens omnium, five incorporalis ratio, ingentium operum artifex, five divinus ſpiritus, per omnia maxima minima, aequali intentione diſſuſus, five fatum et immutabilis cauſarum inter ſe cohaerentium ſeries: id, inquam, actum eſt, ut in alienum arbitrium, niſi viliffima quaeque, non caderent. ^b Quidquid optimum 5 homini eſt, id extra humanam potentiam iacet, nec dari, nec eripi poteſt: mundus hic, quo nihil neque maius, neque ornatiuſ, rerum Natura genuit; animus contemplator, admiratorque mundi, pars eius magnificentiffima, propria nobis et perpetua, tamdiu nobiſcum manſura, quamdiu ipſi manebimus. Alacres itaque et erecti, quocunq̄ue res tulerit, intrepido gradu properemus.

IX. ^a Emetiamur quascunq̄ue terras, nullum inventuri ſolum intra mundum, quod alienum homini eſt. undecunq̄ue ex aequo ad coelum erigitur acies, pari-

b. *Quidquid opt. — iacet, nec — poteſt: mundus — genuit; animus* etc. Diſtinxī ad hunc ſenſum: mundus et animus ſunt duo illa, quae extra humanam poteſtatem iacent. Hanc diſtinctionem et I. M. Heuſingerum Emendd. p. 237. ſuaſiſſe video.

Cap. IX. ^a. *Emetiamur quascunq̄ue terras, nullum inventuri ſolum intra mundum, quod alienum homini eſt.* Sic Eraſm. quem ſequutus ſum. *Alii: nullum invenire intra mundum eſt alienam opus: unde fecit Lipſius: nullam invenire intra mundum eſt alienum nobis: putans, quoniam brevius et concinnius, propterea melius quoque eſſe.* Enimvero Eraſmi, quem tamen et ipſum bonis codd. uſum eſſe conſtat, lectio idoneum ſen-

Id actum eſt] Habes hic diverſas Stoicorum de eadem re ſententias, de quibus adeas Lipſium (Phyſiol. I, 5. 7. II, 12.) et inprimis Tiedemann (*Geiſt der ſpecul. Philoſ.* II, 446. ſqq.).

Cap. IX. Quicunq̄ue ſapientiam colit, ubique inveniet, quo ſe delectet, et ad virtutem exercendam moveatur. Luxu facillime talem carere, docet. — In his Democriti ſententiam ſequutus eſt,

paribus intervallis omnia divina ab omnibus humanis distant. Proinde dum oculi mei ab illo spectaculo, cuius infatigabiles sunt, non abducantur, dum mihi lunam solemque intueri liceat, dum ceteris inhaerere sideribus, dum ortus eorum, occasus, intervallaque, et causas investigare velocius meandi, vel tardius, spectare tot per noctem stellas micantes, et alias immobiles, alias non in magnum spatium exeuntes, sed intra suum se circumagentes vestigium. quasdam subito erumpentes, quasdam igne fuso perstringentes aciem, quasi decidant, vel longo tractu cum luce multa praetervolantes; dum cum his sim, et coelestibus, qua homini fas est, immiscear; dum animum, ad cognatarum rerum conspectum tendentem, in sublimi semper
 2 habeam: quantum refert mea, quid calcem? ^b Atqui non est haec terra frugiferarum aut laetarum arborum ferax: non magnis et navigabilibus fluminum alveis irrigatur: nihil gignit, quod aliae gentes petant, vix ad

sum praebet, et Senecae loquendi consuetudini convenit: quippe qui futuro periphrastico, quod vocant, uti amat, causam; s. consequutionem indicaturus, poetarum more. *Inventuri* i. si invenire in animo est. Sequi malui lectionem, codd. sultam eamque bonum sensum praebentem, quam Lipsii lectionem coniectura concinne factam, quae quidem auctorem, non librariorum emendare videtur.

b. *Atqui* ex Erasmo et Lipsii edd. reduxi: Gronoviana et bi pontina ed. per incuriam *at* dantibus. Mox *vicos porrexerint*: alii et Erasmo *correxerint*, lapsus librarum.

est, viro sapienti, contententis, omnem tellurem esse perviam, et bonae menti totum mundum patriam (cf. Arriani Epictet. Dissertat. III, 22. ubi de Cynismo praeclare exposuit).

Proinde —] Haec eadem praeclare extulit noster Nat. Qu. I, praefat. §. 5. sq. mox *stellas micantes* fixas ac plane-

tas intelligi patet. *subito erumpentes* esse cometas, Nat. Qu. VII, 12. 22. sq. docent. *quasdam igne fuso* (Nat. Qu. I, 14. VII, 20. Virgil. Georg. I, 377.) i. stellas cadentes, bo- lidesque.

2. *Atqui non est*] Iam exposuimus in antecedentibus, quomodo hoc iudicium intelligas, iniustum et falsum futurum;

ad tutelam incolentium fertilis: non pretiosus hic lapis caeditur, non auri argentique venae eruuntur. Angustus animus est, quem terrena delectant: ad illa abducendus est, quae ubique aequae apparent, ubique aequae splendent, et hoc cogitandum est, ista veris bonis per falsa et prave credita obstare. Quo longiores porticus expedierint, quo altius turrez sustulerint, quo latius vicos porrexerint, quo depreffius aestivos specus foderint, quo maiori mole fastigia coenationum subvererint: hoc plus erit, quod illis coelum abscondat. In eam te regionem casus eiecit, in qua latissimum receptaculum casa est. Nae tu pusilli animi es, et fordide se consolantis, ° si ideo id fortiter pateris, quia Romuli casam nosti. Dic illud potius: Istud humile tugurium 4
nempe

c. Si ideo. alii et Erasim. Si non ideo: nexu refragante: non ideo tibi casa placeat, quia et Romulus in casa habitavit, sed quia virrutes tecum ibi habitant.

turum, si de tota insula exposueris. *Angustus animus est* —] Eandem fere cogitationum seriem invenies Nat. Qu. I. praef.

3. *turres*] aedificia altiora ac magnificentiora, de quibus Petronius de bello civili 87. (c. 120.): aedificant auro, sedesque ad sidera mittunt. cf. Mitscherlich. ad Horat. Od. I, IV, 13. *aestivos specus* i. porticus subterraneas, Cryptoporticus, quarum vestigia hodieque plura Romae existant. *fastigia coenationum*, tecta (*ἀετώματα*) ornata et ampla aedium. Ernesti Clav. Cicer. *Romuli casam* in monte Palatino (in regione decima Palatii) fuisse, ex Topo-

graphiis Romae, v. c. Adleri, nunc satis constat: exusta est a. V. C. 716. (Dio Cass. XLVIII, 45.) per occasionem sacrificii, a pontificibus, quorum curae conservatio huius casae demandata fuit, ibi instituti, mox tamen reparati. Dionys. Hal. tradit (Lipfio latitante), si quid tempestate aut tempore periit, sarciant suppleantque (pontifices) ad priorem, ut potest, formam. Alii auctores ponunt hanc casam R. in octava regione, in monte Capitolino: quidni enim Romulus duas casam habuisset, quum et ibi Asylum Romuli fuisse constat? Lipfio equidem assentior, qui docte Romulo duplicem casam, ve-

rari

4^d nempe virtutes recipit. Iam omnibus templis formosius erit, quum illic iustitia conspecta fuerit, quum continentia, quum prudentia, pietas, omnium officiorum recte dispensandorum ratio, humanorum divinorumque scientia. Nullus angustus est locus, qui hanc tam magnarum virtutum turbam capit: nullum exilium grave est, in quo
5 licet cum hoc ire comitatu. Brutus in eo libro, quem de Virtute composuit, ait, se vidisse Marcellum Mitylenis exulantem, et, quantum modo natura hominis pateretur, beatissime viventem, neque unquam bonarum artium cupidiorum, quam illo tempore. Itaque adiicit, visum sibi se magis in exilium ire, qui sine illo rediturus esset, quam illum in exilio relinqui. O fortunatiorem Marcellum, eo tempore, quo exilium suum Bruto approbavit, quam quo reipublicae consulatum! Quantus vir ille fuit, qui effecit, ut aliquis exsul sibi videretur, quod ab exsule recederet? qui in admirationem sui ad
6 duxit hominem, etiam Catoni suo mirandum? Idem Brutus ait, C. Caesarem Mitylenas praetervectum, quia non fusti-

d. *nempe* — *recipit*. I. M. Heusinger post *recipit* notam interrog. posuit l. l., quoniam *το nempe* vim interrogandi habeat, laudatque Turfelin. de Partic. c. 36, 2. Plin. III, Epp. 16, 8. Sed haec observatio Turfellini falsa est. Numquam enim *τω nempe* inest per se eadem Vis interrogandi, quae *τω annon* etc. inest: cf. c. 7, 1. de Ira, I, 5. etc. Est nostrum: *allerdings, ja — wohl*.

ram et veterem in Palatio, alteram adsimilem religionis causa in monte Capitolino assignat.

5. *M. Claud. Marcellus*] Conf. a. V. C. 702. a partibus Pompeii contra Caesarem stetit: post pugnam pharsalicam Mitylenas se recepit: mox Ciceronis Senatusque precibus a Caesare revocatus, at prope Athenas in patriam

rediturus a P. Magio Chilone occisus est, a. V. C. 708. Cic. Brut. 71. (ibi Wezel) voluntarii exilii huius viri praestantis mentionem facit. Ciceronis oratio, qua Caesari gratias egit, Senatus nomine, exstat. *bonarum artium* i. philosophiae. *Catoni*, Vticensi, quo focero et avunculo utebatur M. Brutus.

fufineret videre deformatum virum. Illi quidem reditum impetravit Senatus, publicis precibus, tam folicitus ac moeftus, ut omnes illo die Bruti habere animum viderentur, et non pro Marcello, fed pro fe deprecari, ne exfules effent, fi fine illo fuiffent: fed plus multo confeutus eft, quo die illum exfulem Brutus relinquere non potuit, Caefar videre. Contigit enim illi teftimonium utriusque. Brutus fine Marcello reverti fe doluit: Caefar erubuit. Num dubitas, quin ille tantus vir, fic 7 ad tolerandum aequo animo exilium fe ipfe adhortatus fit: quod patria cares, non eft miferum: ita te difciplinis imbuifti, ut fcires omnem locum fapienti viro patriam effe. Quid porro? hic qui te expulit, non ipfe per annos decem continuos patria caruit? propagandi fine dubio imperii caufa: fed nempe caruit. nunc ecce trahit illum ad fe Africa refurgentis belli minis plena, trahit Hispânia, quae fractas et afflictas partes refovet, trahit Aegyptus infida, totus denique orbis, qui ad occafionem concuffi imperii intentus eft. Cui primum rei occurret? cui parti fe opponet? Aget illum per 8 omnes terras victoria fua. Illum fufpiciant et colant gentes: tu vive Bruto miratore contentus. Bene ergo exilium tulit Marcellus: nec quidquam in animo eius mutavit loci mutatio, quamvis eam paupertas fequeretur: in qua nihil mali effe, quisquis modo nondum pervenit in infaniam omnia fubvertentis avaritiae atque luxuriae, intelligit. Quantulum eft enim, quod in tutelam homini neceffarium fit? et cui deeffe hoc potest, ullam modo virtutem habenti? Quod ad me quidem per- 9 tinet,

6. *deformatum*] dignitate privatum; ut exfulem et pauperem hominem (§. 8.).

7. *nunc ecce* —] Ordinem bellorum invertit: Aegypto

enim debellata Africaque fibi fubiefta, Pompeium ad Mundam oppreffit. Res noftre funt.

tinēt, intelligo me non opes, sed occupationes perdidisse. corporis exigua desideria sunt: frigus e submovere vult, alimentis famem ac fitim exstinguere: quidquid extra concupiscitur, vitiis, non usibus laboratur. Non est necesse omne perscrutari profundum, nec strage animalium ventrem onerare, nec conchyliā ultimi maris ex ignoto litore eruere. Dii istos deaeque perdant, quorum luxuria tam invidiosi imperii fines transcendit.

10. Ultra Phasim capi volunt quod ambitiosam popinam instruat: nec piget a Parthis, a quibus nondum poenas repetimus, aves petere. Undique convehunt omnia f vota fastidienti gulae. Quod dissolutus deliciis stomachus vix admittat, ab ultimo portatur Oceano. Vomunt ut edant, edunt ut vomant: et epulas, quas toto orbe con-

- e. *submovere*. I. M. Heusinger Emendatt. p. 238. *Submoveri* v. e codd. nonnullis praefert. At non opus est. Corpus vult fr. submovere al. fam. et fit. exstinguere. Si probes *submoveri*, et exstingui mutandum erit.
- f. *vota*. ap. Erasim. i. quae destinata sunt. raritas, ait mox, et difficultas parandi facit pretiosos cibos. Lipsius, Gronov. et bipontin. habent: *nota*.

9. *ultimi maris*] i. brittanici, unde ostrea petebant e fundo Rutupino, Iuvenal. IV, 141.

10. *Ultra Phasim*] fluvium Colchicum, hodieque *Fasi* appellatum. Petron. de bello civil. 36. Iam Phasidos unda Orbata est avibus mutoque in litore tantum Solae desertis aspirant frondibus aurae. *a Parthis — repetimus*] ob Crassi cladem necemque ab iis a. V. C. 700. factam: aquilas quidem reddidere, sed poena ab iis numquam data est. Et Horatium hanc iniuriam fre-

quenter tangere in odis, pluribus monere non opus est: quis enim ignorat, qui Senecam legerit? Sunt aves Phalerides e Seleucia Parthorum (Plin. X, 67. ib. Intpp.) ad magnificas epulas (*ambitiosam popinam*) instruendas adhibitae. Frequenter luxum hunc tangit, e. c. Ep. 78. — *Vomunt — vomant*] Acerbissimum expressum. Modestius Socrates dixit (Diog. Laert. II, 34. ib. Menag.) τὰς μὲν ἄλλας ἀνθρώπων ζῆν, ἢ ἐσθλοῖεν· αὐτὸν δὲ ἐσθλεῖν, ἵνα ζῶη. Similia eaque praecleara

conquirunt, nec concoquere dignantur. Ista si quis despicit, quid illi paupertas nocet? si quis concupiscit, illi paupertas etiam prodest. Invitus enim sanatur: et si remedia ne coactus quidem recipit, interim certe dum non potest, nolenti similis est. C. Caesar, quem mihi 11 videtur rerum natura edidisse, ut ostenderet quid summa vitia in summa fortuna possent, centies sestertio coenavit uno die: et in hoc omnium adiutus ingenio, vix tamen invenit, quomodo & trium provinciarum tributum una coena fieret. O miserabiles, quorum palatum nisi ad pretiosos cibos non excitatur! pretiosos autem, non eximius sapor aut aliqua faucium dulcedo, sed raras et difficultas parandi facit. Alioquin si ad sanam 12 illis mentem placeat reverti, quid opus est tot artibus ventri servientibus? quid mercaturis? quid vastatione silvarum? quid profundi perscrutatione? passim iacent alimenta, quae rerum natura omnibus locis deposuit: sed haec velut caeci transeunt, et omnes regiones pervagantur, maria traiciunt, et cum famem exiguo possint sedare, magno irritant.

M 2

X. Li.

g. *trium provinciarum* lect. antiqua. Lipsius emend. *mediocrium*. At quidni de menstruo vestigali intelligas, si haec proverbialis loquutio iactantior esse videatur?

elara leguntur ap. Io. Stobaeum Florileg. *περὶ ἀκρασίας*. (17, 363. Schow. p. 146. Serm. XVI. Gefn. ex Musonii libro *περὶ τροφῆς*.

11. *Cai. Caesar*] Caligula. *Centies sestertio* tere 140,000. Duc.

12. *quid mercaturis?*] i. negotiationibus ad opes et instrumenta luxus arcessenda:

vastatione silv. ad aedificia luxus causa extruenda. *passim iacent* — recte laudat Lipsius quae Teles, Pythagoreus, ex Bione affert, sane praeclara, in quibus paupertas hominem opibus suis non contentum refellit: quibus Seneca usus esse videri potest. Exstant ap. Io. Stobaeum Florileg. Serm. I. p. 18. (146. sq. Schow. *λόγος ε΄*).

X. Libet dicere: Quid deducitis naves? quid manus et adversus feras et adversus homines armatis? quid tanto tumultu discurritis? quid opes opibus aggeritis? non vultis cogitare, quam parva vobis corpora sint? Nonne furor et ultimus mentium error est, quum tam exiguum capias, cupere multum? Licet itaque augeatis census, promoveatis fines: nunquam tamen corpora vestra laxabitis. Quum bene cesserit negotiatio, multum militia retulerit; quum indagati undique cibi coierint, non habebitis ubi istos apparatus vestros collocetis. Quid tam multa conquiritis? Scilicet maiores nostri, quorum virtus etiam nunc vitia nostra sustentat, infelices erant, qui sibi manu sua parabant cibum: quibus terra cubile erat: quorum tecta nondum auro fulgebant: quorum templa nondum gemmis nitebant! Itaque tunc per fictiles deos religiose iurabatur: qui illos invocaverant, ad hostem morituri, ne fallerent, redibant. Scilicet minus beate vivebat dictator noster, qui Samnitum legatos audiit, quum vilissimum cibum in foco ipse manu sua versaret, illâ, qua iam saepe hostem percussisset,

Cap. X. Nec avaritia felicem reddit.

deducitis naves —] in mare a continenti, ubi confecta navigatione conservabantur. vid. Intpp. ad Horat. I, Od. IV, 1. i. Quid navigatis? *laxabitis*, ampliora facietis. *Quum bene cesserit*. — Erat inter modos follennes opes et facultates sibi asciscendi duplex hac aetate ratio: *negotiariorum*, genus quaestus faciendi pecuniis et Romae et in provinciis fenori locandis, tum vero etiam frumentis aliisque mer-

cibus Romam advehendis ac bono pretio vendendis. Ernesti Clav. Cic. negotiator: alter modus *militaria* continebatur, imprimis in bellis cum barbaris, cf. Heyne ad Tibull. I, 1, 1.

2. *Scilicet*] ironice dicta esse, quis non intelligit? mox *qui illos invocaverant* — *redibant* ad Regulum, Carthaginem redeuntem, spectat. *dictator noster*] M' Curius Dentatus, quem rapas coquentem adierunt Samnitum legati. Cic. Caton. 16. Plin.

N. H.

ferat, ^a laureamque in Capitolini Iovis gremio reposuerat, quam Apicius nostra memoria vixit! qui in ea urbe, ex qua aliquando philosophi, velut corruptores iuventutis, abire iussi sunt, scientiam popinae professus, disciplina sua seculum infecit: cuius exitum nosse operae pretium est. Quum sestertium millies in culinam ³ congefisset, quum tot congiaria principum, et ingens Capitolii vectigal singulis comestrationibus exorsisset; aere alieno oppressus, rationes suas tunc primum coactus inspexit. superfuturum sibi sestertium centies computavit, et velut in ultima fame victurus, si in sestertio centies vixisset, veneno vitam finivit. Quanta luxuria erat, cui sestertium centies egestas fuit? ^b I nunc, et puta pecuniae modum ad rem pertinere, non animi.

M 3

XI. Ses-

Cap. X. a. *laureamque in C. I.* ap. Erasim. *lancemque, lanceam.* Male. Lauream enim triumphator deposit in gremio Iovis Cap. Lipsius ad Tacit. Annal. II, 26. et Excurs. D. p. 1165. sq. ed. Elzev. 1672.

b. *I nunc — animi.* Bene a Grut. aliisque e codd. repositum: in Erasimica ed. corrupta leguntur.

N. H. XIX, 6. Erat Curius modo consul. *Apicius*] Vixere tres Apicii iidemque proceres gulae; hic fuit secundus, M. Gabius Ap. sub Augusto et Tiberio, quem et Plin. IX, 30. X, 68. bip. nepotum omnium altissimum gurgitem appellat. Dio Cass. LVII, 19. idem, quod noster, de eo tradit. Occurrit et ap. Iuvenalem, Martialem, Lampridium. Plura dabit P. Bayle sub voce: Apicius. *philosophi*, a. V. C. 592. Senatus-consulto, in quo Praetori M. Pomponio iniunctum est, uti curaret, uti e republica fideque sua videretur, uti Romae

ne essent. Hoc repetitum est a. V. C. 660. a censoribus Luc. Lic. Crasso et Cn. Domitio Ahenobarbo. Cic. Orat. III, 24, 8. Aull. Gel. XV, XI. Sueton. de Clar. Rhet. 1.

3. *Sestertium millies*] plus quam quatuor million. thaler. Lipsio iudice: duos milliones et semis. *principum* Augusti et Tiberii. Lipsius de proceribus et divitibus Senatus intelligit, et *Capitolii vectigal* comparative sumit, ut Apicius tantum absumferit, quantum vel Capitolii vectigal antiquum fuisset ad tutelam aut ornatum publice erogatum.

XI. Sestertium centies aliquis extimuit, et quod alii voto petunt, veneno fugit. illi vero tam pravae mentis homini ultima potio saluberrima fuit. Tunc venena edebat bibebatque, quum immensis epulis non delectaretur tantum, sed gloriaretur, quum vitia sua ostentaret, quum civitatem in luxuriam suam converteret, quum iuventutem ad imitationem sui sollicitaret, etiam sine malis exemplis per se docilem. Haec accidunt divitias non ad rationem revocantibus, cuius certi sunt fines: sed ad vitiosam consuetudinem, cuius immensum et incomprehensibile arbitrium est. Cupiditati nihil satis est: naturae satis est etiam parum. Nullum ergo paupertas exfulis incommodum habet: nullum enim tam inops exfilius est, quod non alendo homini abunde fertile sit. ^a „At vestem, an domum desideraturus est „exsul?“ Si haec quoque ad usum tantum desiderabit, neque tectum ei deerit, neque velamen: aequae enim exiguo tegitur corpus, quam alitur. nihil homini natura, quod necessarium faciebat, fecit operosum. Si desiderat saturatam multo conchylio purpuram, intexam

Cap. XI. a. *At vestem, an d.* Quum obiectio sit, reduxi prius *at.* Antea ap. Erasim. alios, Schottum et bip. *an — an.* I. M. Heusinger Emendd. p. 238. mavult: *At — at —?* Sed hoc non opus est: nam *eo an* loco *et aut* frequenter ponitur.

Cap. XI. Nec paupertas ullum exfuli incommodum habet, modo non animum applicuerit iis, quae luxuriam invexerit: homini enim frugi, sicut naturae, parvum satis est.

3. *saturatam multo conchylio purpuram*] i. bene tinctam purpuream vestem. Conchyliis quibusdam in Archipelago potissimum capi solitis, inprimis vero purpurae pelagiae, et murici s. buccino succus ille pretiosus inerat, qui vivis iis ex faucibus detractus aqua marina admixta coquebatur, donec purpurariis ad tingendam lanam se approbasset. Buccinum adhibebatur, postquam lana fuco (ad V, 6.) tincta erat; pelagia enim fucum non admittebat. Quo plus conchylii s. purpurae lana potasset, hoc pretiosior vestis fiebat. Hinc dibaphus, dibapha vestis, i. bis tincta, occurrit.

tam auro, variisque coloribus distinctam et artibus; non fortunae iste vitio, sed suo pauper est. etiamsi illi, quidquid amisit, restitueris, nihil ages. plus enim restituto deerit ex eo quod cupit, quam exfuli ex eo quod habuit. Si desiderat aureis fulgentem vasis supellectilem, et antiquis nominibus artificum argentum nobile, aes paucorum insaniâ pretiosum, et fervorum turbam, quae quamvis magnam domum angustet, iumentorum corpora differta et coacta pinguescere, et nationum omnium lapides: ista congerantur licet, nunquam explebunt in-explebilem animum; non magis, quam ullus sufficiet humor ad fatiandum eum, cuius desiderium non ex inopia, sed ex aestu ardentium viscerum oritur. non enim fitis illa, sed morbus est. Nec hoc in pecunia tantum, aut alimentis evenit: eadem natura est in omni desiderio, quod non ex inopia, sed ex vitio nascitur. quidquid illi congesseris, non finis erit cupiditatis, sed gradus. Qui continebit itaque se intra naturalem modum, paupertatem non sentiet: qui naturalem modum excedet, eum in summis opibus quoque paupertas sequetur. Necessariis rebus et exilia sufficiunt: supervacuis nec regna. Animus est qui divites facit: hic in exilia se-

M 4

quitur,

currit. Nostris temporibus hic tingendi modus cessit herbarum insectorumque fuccis. Locus class. de hac re est ap. Plin. N. H. IX, 35. sqq. Conferri etiam potest Paschalis Amatius de restitutione purpurarum (Cesaenae. 1784. 4. ed. III.), inprimis eo nomine lectu dignus, quod diligenter loca veterum collegit; ab artis tamen perito adhuc digerenda, excutienda ac dilucidanda. — Hoc loco de summo fastigio fortunae ser-

monem esse, facile in oculos se ingerit: intelligamus igitur togam pictam s. palmatam, triumphatoribus propriam eamque pretiosissimam.

4. *Si desiderat*] De luxu, cuius hic mentio fit, vid. Meierotto II, 83. sq. et *Meiners Geschichte des Verfalls* etc. Nat. Quaest. IV, 13. similia repetit noster. *aes paucorum* exemplum habes ap. Horat. II. Serm. III, 21. mox *lapides* sunt marmora.

quitur, et in solitudinibus asperrimis, quum quantum fatis est sustinendo corpori, invenit, ipse bonis suis abundat et fruitur. Pecunia nihil ad animum pertinet, non magis, quam ad deos immortales omnia ista, quae imperita ingenia, et nimis corporibus suis addicta, suspi-
 7 ciunt. Lapidés, aurum et argentum, et magni laeva-
 tique mensarum orbes, terrena sunt pondera: quae non potest amare sincerus animus, ac naturae suae memor; levis ipse, et ^b expers curae et quandoque emissus fuerit, ad summa emicaturus, interim, quantum per moras membrorum, et hanc circumfusam gravem sarcinam licet, celeris et volucris cogitatione divina perlustrat. Ideoque nec exulare unquam potest liber, et diis cognatus, § et omni mundo omnique aevo par. Nam cogitatio eius circa omne coelum, et in omne praeteritum futurumque tempus immittitur. Corpusculum hoc, custodia et vinculum animi, huc atque illuc iactatur: in hoc supplicia, in hoc latrocinia, in hoc morbi exercentur. animus quidem ipse facer et aeternus est, et cui non possunt iniici manus,

XII. Nec

^b. *levis ipse et expers curae* ex codd. reduxi. Ipse noster 17, 7. sunt autem optimae (res), quum animus omnis cogitationis expers —. Codd. variant; *levis ipse, expers et quandoque*; alii *levis ipse et expers*. Inde fecit Gronov. *levis ipse et exsertus, et quandoque*. *Exsertus* explicat: *promptus, paratus*: immemor loci nostro simillimi Nat. Quaest. I. praefat. §. 8. at ita minimum secum ex corpore tulit, si sordidum omne deterfit, et expeditus levisque ac contentus modico emicuit. Qui totus locus conferendus est. *Exsertus* i. manifestum designat, non item promptum, paratum, Gronovio quamvis contra nitente ob Lucan. II, 543. Pacat. in Panegyri. ad Theodos. 35. et Claudian. in Sexto Honorii consulatu. Nisi Critici elegantias interdum, archaismos ac insolita verba captarent in emendandis auctoribus veteribus, haud scio, an emendatiores veteres legeremus. Nostram lectione nihil clarius et convenientius esse

7. *magni laevatique*] cf. ad de Benef. VII, 9. qui locus de Ira III, 35. De citreis cum nostro contendatur. mensis loquitur Plin. XIII, 29. 8. *Corpusculum hoc — manus*] Vt vim corporis in animo

XII. Nec me putes ad elevanda incommoda paupertatis, quam nemo gravem sentit nisi qui putat, uti tantum praeceptis sapientum. Primum aspice, quanto maior pars sit pauperum, quos nihilo notabis tristiores sollicitioresque divitibus: immo nescio an eo laetiores sint, quo animus eorum in pauciora diffringitur. Trans-eamus a pauperibus: veniamus ad locupletes. quam multa sunt tempora, quibus pauperibus similes sunt? Circumcisae sunt peregrinantium fercinae: et quoties-² cunque festinationem necessitas itineris exigit, comitum turba dimittitur. Militantes quotam partem rerum suarum secum habent? quum omnem apparatus castrensis disciplina submoveat. Nec tantum conditio illorum temporum, aut locorum inopia, pauperibus exaequat: sumunt quosdam dies, quum iam illos divitiarum taedium cepit, quibus humi coeant, et remoto auro argento-que, fictilibus utantur. Dementes! hoc quod aliquando³ concupiscunt, semper timent. O quanta illos caligamentum, quanta ignorantia veritatis exercet, qui fu-

M 5

giunt

videtur. *Frullerus* p. 140. l. m. emendaverat: *levis ipse praepes* s. *expeditus*, I. M. *Heusinger* l. l. *expers ponderis. quandoque* i. quandocumque (laudat *Burmam*. ad *Quinctil.* X, 1. p. 884. ad viam *τὸ* *quandoque* declarandam, nunc satis notam).

num exprimerent veteres philosophi, imaginibus a custodia, vinculis, compedibusque, crassa Minerva iam antiquitus repetitis et frequenter adhibitis usos esse, constat vel ex *Cic. Tusc. Disput.* I, 30. al. — Quam hic affert noster sententiam de animi aeternitate, Stoicis propriam non esse (*Cic. Tusc. disp.* I, 31. fin.), nec nostrum sibi in ea exponenda semper constitisse, patet ex *collat. Ep.* 71,

102. 65. *Consol. ad Marc.* 26. cf. *Tiedemann. Geist der specul. Philos.* II, 491. 492.

Cap. XII. Praeter sapientum praecepta, vita quoque communis et exempla adhibeantur ad elevanda paupertatis incommoda.

2. *apparatum*] sc. luxuriae. *Sumunt quosdam dies* — Rus secedunt, relicto urbis tumultu, ad animum laxandum. *Horat. Od.* III, 29, 13. sq. *Noli cum Lipsio cogitare* ~~de~~

Saturn-

giunt quod voluptatis causa imitantur! Me quidem, quoties antiqua exempla respexi, paupertatis uti solatiis pudet: quoniam quidem eo temporum luxuria prolapsa est, ut maius viaticum exfulum sit, quam olim patrimonium principum fuit. Vnum fuisse Homero servum, tres Platoni; nullum Zenoni, a quo coepit Stoicorum rigida ac virilis sapientia, fatis constat. num ergo quisquam eos miserōs vixisse decet, ut non ipse miserrimus 4 ob hoc omnibus videatur? Menenius Agrippa, qui inter patres ac plebem publicae gratiae sequester fuit, aere collato funeratus est. Attilius Regulus, quum Poenos in Africa funderet, ad Senatum scripsit, mercenarium suum ^a discessisse, et ab eo desertum esse rus: quod Senatui publice curari, dum abesset Regulus, placuit. Fuit nae tanti, servum non habere, ut colonus eius populus Romanus esset. Scipionis filiae ex aerario dotem
acce-

Cap. XII. a. *discessisse*. Bene Lipsius restituit: *antea decessisse*. Val. Max. IV, 4. Villicum mortuum esse, occasionemque natum mercenarium, amoro inde rustico instrumento, discessisse. Mox recte: *Fuit nae tanti*: ne male ap. Erasim.

Saturnalibus, quorum mentio fit Ep. XVIII., a Lipsio laudata.

3. *principum*] i. potiorum hominum; e. c. Homeri al., quos mox laudat. Lipsius de proceribus et senatoribus cogitat. *Vnum fuisse Homero* — ignoro, unde haec hauserit: nam fabulam de Homeri coecitate iam a Cicerone Tusc. disp. V, 39. et Velleio Pat. I, 5. derisam cum Lipsio, (qui ait: quidni ductorem coeco?) cogitare nolim. *Tres Platoni*. ap. Diogen. Laert. III, 43., (ub. Menag. quem

tamen locus noster fugit) quatuor servi; ap. Appuleium duo memorantur. *nullum Zenoni*. Hinc Diog. Laert. VII, 23. δῆλον, quem verberasse dicitur, de alieno servo, quem in furto deprehenderat, intelligas.

4. *De Menenio Agrippa*] (Liv. II, 31. sq.), qui a. V. C. 261. plebem patribus reconciliavit, fabula de corporis membris inter se discordibus narranda, et de *Attilio Regulo* (Val. Max. IV, 4.) omnia nota sunt. *Scipionis*. Idem occurrit Nat. Quaest. I, 17. fin.

acceperunt, quia nihil illis reliquerat pater. Aequum 5
 mehercules erat populum Romanum tributum Scipioni
 femel conferre, quum a Carthagine semper exigeret.
 O felices viros puellarum, quibus populus Romanus
 loco foceri fuit! Beatioresne istos putas, quorum pan-
 tomimae decies festertio nubunt, quam Scipionem,
 cuius liberi a senatu, tutore suo, in dotem aes grave
 acceperunt? Dedignatur aliquis paupertatem, cuius
 tam clarae imagines sunt? indignatur exful aliquid sibi
 deesse, quum defuerit Scipioni dos, Regulo mercena-
 rius, Menenio funus? quum omnibus illis, id quod
 deerat, ideo honestius suppletum fit, quia defuerat?
 His ergo advocatis non tantum tuta est, sed etiam gra-
 tiosa paupertas.

XIII.

fin. Si nostrum sequaris, fuit ille P. Corn. Scipio Afric. maior, quem pauperem fuisse constat ex Liv. XXXVIII, 60. fin. De beneficio hoc Senatus in filias Seneca fere unus tradidit, cuius quidem auctoritas in rebus antiquioribus haud magna habetur: fuisse tamen varios in hac re narranda auctores, ex Liv. XXXVIII, 57. cogi potest, ut proinde hac ex parte noster defendi possit contra Lipsium, nostro omnem fidem abrogantem et Cn. Scipionem patrum Africani hic intelligendum esse ex Val. Max. IV, 10. monentem. At vir doctissimus Valerium parum diligenter inspexit, qui haecce habet: Idem Senatus Fabricii Luscinii Scipionisque filias ab indotatis nuptiis

liberalitate vindicavit. At qui hic Fabricius fuit praetor idemque Scipionis, quem dico, aequalis, historia docente.

5. pantomimae] quas proceres et divites ad agendas saltandasque fabulas alere solebant. conf. Horat. I. Serm. II, 56. Salmaf. ad Vopisc. Aurelian. C. 42. p. 529. sq. decies fest. propemodum 13000. Duc. aes grave. Nat. Q. I, 17. non argentum, sed aes, e quo primum Romae pecunia per longum temporis spatium facta est, filii in dotem dabatur: ad summam autem pecuniae exiguam significandam valet.

XIII. Responderi potest: „Quid artificiose ista di-
 „ducis, quae singula sustineri possunt, collata non pos-
 „sunt? Commutatio loci tolerabilis est, si tantum lo-
 „cum mutet: paupertas tolerabilis est, si ignominia
 „absit, quae vel sola opprimere animos solet.“ Adver-
 sus hunc, quisquis me malorum a turbâ terreat, his
 2 verbis utendum erit. Si contra unamquamlibet par-
 tem fortunae fatis tibi roboris est, idem adversus omnes
 erit: quum semel animum virtus induravit, undique in-
 vulnerabilem praestat. Si avaritia dimisit, vehemen-
 tissima generis humani pestis, moram tibi ambitio non
 faciet. Si ultimum diem non quasi poenam, sed quasi
 naturae legem adspicis; ex quo pectore metum eiece-
 3 ris, in id nullius rei timor audebit intrare. Si cogi-
 tas, libidinem non voluptatis causa homini datam, sed
 propagandi generis; quem non violaverit hoc secre-
 tum et infixum visceribus ipsis exitium, omnis alia cu-
 piditas

Cap. XIII. a. *turbâ*. Gruter. et libris suis praefert: *turbo*. Sed non opus est, modo turba casu sexto accipias. Mæcum sentit I. M. Heusinger Emendat. p. 238.

Cap. XIII. Non solum hoc malum bene tolerari potest, sed quoque cetera omnia. Qui enim sapiens unum malum ferre didicit, et reliqua omnia vincere poterit. — Ad Stoicorum decreta et hoc pertinere liquet. Qui unam, dixere, virtutem, quive unum vitium habeat, illum omnia cetera habere, et virtutes omnes et vicia omnia. Cf. Cic. Paradox. III. Lipsius in Manulect. ad Philosoph. Stoic. III, 4 et 20.

diducis] i. separatim tractas ea, quae tolere singula, non item omnia simul,

2. *ambitio*] studium honorum accipiendorum, in quibus obeundis magnae divitiae parari solent. *Avaritiae* autem duplex potestas subest, altera, qua aviditatem pecunias quoquo modo et titulo coacervandi, iisque incubandi, nullo earum usu facto; altera, qua luxuriam illam designat, quae turpiter amittat ea, quae turpius reparat (Nat. Q. I. praef. §. 4.).

3. *propagandi*] Laudat ad hoc verum dogma Lipsius Lucani (II, 387. 388.) praeclarum locum de Catone Stoico: Venerisque huic maxi-
 mus

piditas intactum praeteribit. Non singula vitia ratio, sed pariter omnia prostermit: in universum semel ^b vincit. Ignominia tu putas quemquam sapientem moveri posse, qui omnia in se reposuit, qui ab opinionibus vulgi secessit? Plus etiam quam ignominia est mors ignominiosa. Socrates tamen eodem illo vultu, quo aliquando solus triginta tyrannos in ordinem redegerat, carcerem intravit, ignominiam ipsi loco detractus: neque enim poterat carcer videri, in quo Socrates erat. Quis usque eo ad conspiciendam veritatem ⁴ excaecatus est, ut ignominiam putet M. Catonis fuisse, duplicem in petitione praeturae et consulatus repulsam? ignominia illa praeturae et consulatus fuit, quibus ex Catone honor habebatur. Nemo ab alio contemnitur, nisi a se ante contemptus est. Humilis et proiectus animus fit isti contumeliae opportunus: qui vero adversus faevissimos casus se extollit, et ea mala quibus alii opprimuntur, evertit, ipsas miseras infularum loco habet:

b. *in universum semel vincit:* bona lectio, et antiqua: proinde ex Erasmo al. reduxi. Antea in Schotti, Gronovii, bipont. *vincitur.* Ratio: si unum vitium prostermit, omnia vitia vincit. Lipsius emend. *nisi semel vincit, vincitur.*

mus usus Progenies: urbi pater est urbique maritus. cf. Plutarch. vit. M. Catonis maioris II, p. 600. Reisk. et Hieroclem Mufoniumque ap. Stobaeum Sermon. Florileg. LXXIII. *Socrates* — Referre malo ad Xenoph. Memorab. I, 2, 32. ubi triginta tyrannos, quorum primi Critias et Charicles ibi nominantur, repressisse (*in ordinem redigisse*) narratur. Contortius paulo explicat Lipsius de Socrate imperata XXX tyrannorum spernente, quum ei et

quatuor aliis imperassent, ut Leontem Salaminium divitem quandam Athenas ducerent interficiendum. cf. Platon. Apolog. Socrat. p. 75. T. I. bip. Xenoph. Hist. Graec. II, 3, 39. ubi Schneider. Imperata magistratus spernere nulla ratione idem valet quod: in ordinem redigere.

4. *M. Cato*] Uticensis: factum hoc est Iul. Caesare machinante, quum Vatinius ei praeferreretur, Plutarcho in eius vita docente. *Infularum loco:* i. ornamentum summi loco.

habet: quando ita affecti sumus, ut nihil aequae magnam apud nos admirationem occupet, quam homo
 5 fortiter miser. Ducebatur Athenis ad supplicium Aristides: cui quisquis occurrerat, deiciebat oculos, et ingemiscebat, non tanquam in hominem iustum, sed tanquam in ipsam iustitiam animadverteretur. Inventus est tamen, qui in faciem eius inspueret: poterat ob hoc moleste ferre, quod sciebat neminem id ausurum puri oris. At ille absterfit faciem, et subridens ait comitanti se magistratui: Admone istum, ne post-
 6 ea tam improbe oscitet. Hoc fuit contumeliae ipsi contumeliam facere. Scio quosdam dicere, contemptu nihil esse gravius, mortem ipsis potiore videri. His ego respondebo, et exilium saepe contemtionem omnino carere. Si magnus vir cecidit, magnus iacuit. non magis illum putes contemni, quam quum aedium sacrarum ruinae calcantur, quas religiosi aequae ac stantes adorant.

XIV. Quoniam meo nomine nihil habes, mater carissima, quod te in infinitas lacrimas agat, sequitur ut causae tuae te stimulent. Sunt autem duae. nam
 aut

loco. cf. Ep. 14. med. De infulis vid. Intpp. ad Virg. Georg. III, 478. inpr. Voss.

5. *Aristides*] iustus vocatus, vel ex Cornelio Nep. notus, placide mortuus est, nec ad supplicium duci iussus, ut plurimi tradiderunt. Fuit tamen alia narratio in Antiquitate, Aristidem Themistocle exule et accusatum repetundarum et multatum in Ionia extinctum esse. Plutarch. Aristid. T. II, p. 540. Reisk. (qui ipse tamen dubitanter haec ex Cratere Macedone affert.) Hoc sequutus esse videri pot-

est Seneca. Lipsius illa traditione vel non adversa, vel neglecta, Phocionem admonet hic esse intelligendum, quippe de quo Plutarch. hanc ipsam rem diferte tradat: nec vehementer refragabor, quum nostrum sciam historiae parum curiosum fuisse.

Cap. XIV. Accedit ad consolandam matrem altera parte, ut ostendat, Helviam non eo nomine lugere, quod filii praesidio careat. Causas luctus matris, non suas, quas antea persequutus erat, nunc pertractat.

aut illud te movet, quod praesidium aliquod videris amifisse: aut, quod desiderium ipsum per se pati non potes. Prior pars mihi leviter perstringenda est: novi enim animum tuum, nihil in suis praeter ipsos amantem. Viderint illae matres, quae potentiam liberorum muliebri impotentia exercent, quae, quia feminis honores non licet gerere, per illos ambitiosae sunt, quae patrimonia filiorum et exhauriunt, et captant, quae eloquentiam commodando aliis fatigant! Tu liberorum tuorum bonis plurimum gavisa es, minimum usa: tu liberalitati nostrae semper imposuisti modum, quum tuae non imponeres: tu filiafamilias, locupletibus filiis ultro contulisti: tu patrimonia nostra sic administraisti, ut tanquam in tuis laborares, tanquam alienis abstineres: tu gratiae nostrae, tanquam alienis rebus uteris, pepercisti, et ex honoribus nostris nihil ad te nisi voluptas et impensa pertinuit: nunquam indulgentia ad utilitatem respexit. Non potes itaque erepto filio desiderare, quae incolumi nunquam ad te pertinere duxisti.

XV. Illo omnis consolatio mihi vertenda est, unde vera vis materni doloris oritur. „Ego complexu filii „carissimi careo, non conspectu eius, non fermone „fruor! ubi est ille, quo viso tristem vultum relaxavi, „in quo omnes sollicitudines meas deposui? ubi col- „loquia,

2. *Viderint*] observent et comparent tuum animum, quantum distet a sua immodica cupiditate aliis vel opem ferendi vel nocendi per filios suos potentes sibi obnoxios, et per eorum patrimonia.

3. *bonis*] i. patrimoniis. *filiafamilias*, quae adhuc in patris potestate est, ideoque dote sua uti possit, ex libitu.

gratiae: apud Caesarem gratiosi erant, ideoque potentes. *impensa* donis conferendo dum filii honores adirent, ad fumus magistratum, ad ludos, epulas etc. faciendas.

Cap. XV. Maternus tamen dolor, qui ex separatione a filio dilectissimo et desiderio illius oritur, praecipua luctus causa

„loquia, quorum inexplebilis eram? ubi studia, quibus libentius quam femina, familiarius quam mater, intereram? ubi ille occurfus? ubi matre viva
 2 „semper puerilis hilaritas?“ Adiciis istis loca ipsa gratulationum et convictuum, et, ut necesse est, efficacissimas ad vexandos animos recentis conversationis notas. Nam hoc quoque adversus te crudeliter fortuna molita est, quod te ^a ante tertium demum diem quam percussus sum, securam, nec quidquam tale metuentem, regredi voluit. Bene nos longinquitas locorum dividerat: bene aliquot annorum absentia huic te malo praeparaverat: redisti, non ut voluptatem ex filio perciperes, sed ne consuetudinem desiderii perderes. Si multo ante abfuisses, fortius tulisses, ipso intervallo desiderium molliente: si non recessisses, ultimum certe fructum biduo diutius videndi filium tulisses. Nunc crudele fatum ita composuit, ut nec fortunae meae interesses, nec absentiae affuesceres. Sed quanto ista duriora sunt, tanto maior tibi virtus advocanda est, et velut cum hoste noto, ac saepe iam victo, acrius est congregiendum. Non ex intacto corpore tuo sanguis hic fluxit: per ipsas cicatrices percussa es.

XVI.

Cap. XV. a. *ante tertium demum diem*: alii *tertium decimum diem*. Lipsius praefert vulgatam: Sed verius, ait, de *tertio die*: ex eo quod sequitur, *fructum biduo diutius videndi filium tulisses*. Igitur res ita fuit: rediit Romam ex Hispania —, iterumque abiit, et in via de fato filii et exilio audivit. In via, inquam, quum biduum iam abfuisset. De regressu eius et quod plusculos dies Romae (fuerit), evincunt haec verba c. 2, §. 5. Intra vicésimum diem — audisti. *Regredi* Lipsio deberur: antea: *aggredi*.

causa est: in quo describendo commoratur.

puerilis hilaritas] quoniam vultu hilari et blando quasi in puerum redibat.

2. *gratulationum et convictuum*] ob reditum factorum.

3. *per ipsas cicatrices*] veteribus vulneribus recrudescentibus: vid. c. 2.

XVI. Non est quod utaris excusatione nominis muliebris, cui paene concessum est immoderatum in lacrimas ius, non immensum tamen: et ideo maiores decem mensium spatium lugentibus viros dederunt, ut cum pertinacia muliebris moeroris publica constitutione deciderent. non prohibuerunt luctus, sed sinierunt. Nam et infinito dolore, quum aliquem ex carissimis amiseris, affici, stulta indulgentia est: et nullo, inhumana duritia. Optimum inter pietatem et rationem temperamentum est, et sentire desiderium, et opprimere. Non est quod ad quasdam feminas respicias, quarum tristitiam semel sumtam mors finivit. nosti quasdam, quae amissis filiis, imposita lugubria nunquam exuerunt: a te plus exigit vita ab initio fortior. non potest muliebris excusatio contingere ei, a qua omnia vitia muliebria abfuerunt. Non te maximum seculi malum, impudicitia, in numerum plurium adduxit, non gemmae te, non margaritae flexerunt: non tibi divitiae velut maximum generis humani bonum refulserunt: non te bene in antiqua et severa institutam domo, periculosa etiam probis peiorum detorsit

Cap. XVI. Luctum indignum esse matre. Vincat oportere rationi cedentem auxiliis ex Philosophia petitis, et cogitatione, ipsam filiis, nepotibus, patri, sibi vivere.

maiores — deciderent] pateti quasi sunt cum moerore muliebri, cui ob pertinaciam eius decem menses, s. annum lunarem remiserunt (Ep. 63.) annum (lunarem) feminis ad lugendum (constituere maiores) maritum. Ovid. Fast. I, Vol. I.

35. 36. III, 134. Romulo hoc institutum tribuit: Numae vero Pompilio Plutarch. c. XII, 2. Fuit haud dubie antiquissimum institutum, cuius auctorem postea Romani celebrem hominem quaerendo alii Romulum, alii Numam nominarunt. In Leges XII tabb. non relatum est; erat in motibus.

2. *Non est — finivit*] Tibi nulla causa est, cur imiteris eas feminas, quae una calamitate accepta per totam reliquam vitam luxerunt:

N

torfit imitatio. Nunquam te fecunditatis tuae, quasi exprobraret aetatem, puduit: nunquam more aliarum, quibus omnis commendatio ex forma petitur, tumescens uterum abscondisti, quasi indecens onus; nec
 4 intra viscera tua conceptas spes liberorum elifisti. Non faciem lenociniis ac coloribus polluisti. ^a nunquam tibi placuit vestis, quae ad nihil aliud quam ut nudaret, componeretur: unicum tibi ornamentum, pulcherrima et nulli obnoxia aetati forma, maximum decus, visa est pudicitia. Non potes itaque, ad obtinendum dolorem, muliebri nomen praetendere, ex quo te virtutes tuae ^b seduxerunt: tantum debes a feminarum lacrimis abesse, quantum a vitiis. Ne feminae quidem te finent intabescere vulnere tuo, sed leviori necessario moerore cito defunctam, iubebunt exsurgere: si modo illas intueri voles feminas, quas
 5 conspecta virtus inter magnos viros posuit. Corneliam
 ex

Cap. XVI. a. *nunquam tibi placuit vestis, quae ad nihil aliud, quam ut nudaret, componeretur*: Sic e codd. dedi. Antea: *vestis quae nihil amplius, quam nudam componeret*. Lipsius dederat: *quae nihil amplius nudaret, quam poneretur*. — Est autem sermo de veste Coa et serica, quarum tenuitas tantum aberat, ut amiciret, ut nudaret: unde Quinsil. Declam. I, 17. nubes appellata est. Cf. de Benef. VII, 9. Ep. 90. vestis nihil celatura, in qua non dico nullum corpori auxilium, sed nullum pudori est. Mox *pulcherrima* — aetati non sollicitandum est. Lipsius ex variantibus codd. legi vult: *pulcherrimum, tua et nulli obnoxia arti*. Gronov. recte iudicat, nil esse mutandum, explicandumque ex illo Propertii I, 2. illis ampla satis forma pudicitia: ut omnia per appositionem de pudicitia dicta sint.

b. *seduxerunt*. Lipsius mavult: *eduxerunt*, Gronovio recte refragante, qui explicat: secreverunt et exemerunt quasi vulgo.

5. *Corneliam*] Sunt et aliae feminae, quas imiteris, quae quidem facient, ne vulnere hoc accepto moriaris; in quibus Cornelia, P. Cornelii Africani maioris filia, Gracchorum mater celebratissima, primum locum obtinet, quam adeo filiorum suorum Tiberii et Caii (tribunorum pleb. illius, a. V. C. 620. huius, 631.) bonarum artium magistram fuisse, constat e Cic. Brut. 58. et Plutarcho. Fragmenta duo
 episto-

ex duodecim liberis ad duos fortuna redegerat. Si numerare funera Corneliae velles, amiserat decem: si aestimare, amiserat Gracchos. Flentibus tamen circa se, et fatum eius execrantibus interdixit: „Ne fortis, tunam accusarent, quae sibi filios Gracchos dedisset.“ Ex hac femina debuit nasci, qui diceret in concione: „Tu matri meae maledicas, quae me peperit?“ Multo 6 mihi videtur animosior vox matris. Filius magno aestimabat Gracchorum natales: mater et funera. Rutilia Cottam filium secuta est in exilium, et usque eo fuit indulgentia constricta, ut mallet exilium pati, quam desiderium: nec ante in patriam, quam cum filio rediit. Eundem iam reducem, et in Republica florentem tam fortiter amisit, quam secuta est: nec quisquam lacrimas eius post elatum filium notavit. In expulso virtutem ostendit, in amisso prudentiam: nam et nihil illam a pietate deterruit, et nihil in tristitia

N 2

super-

epistolarum a Cic. l. l. et Quintil. I, 1, 6. laudatarum huius praeclarae matris exstant in bonis edd. Cornelii Nepotis. *duos* hic memorat noster, utpote in quibus omnem spem suam posuerat mater, et ipsa hoc afferens in fragmento epistolae ad Caium p. 169. bip.: una soror quoque supererat, Plutarcho docente.

6. *Rutilia*] mater C. Aurelii Cottae, cuius et Sulpicii precibus Cicero dialogum, *Brutus* inscriptum, habuisse narrat. Is propter legem Variam (Brut. 56, 6.) de maiestate a. V. C. 663. latam, ut quaeretur de iis, quorum opera consiliove focii contra populum romanum arma sum-

fissent, accusatus tantum aberat, ut iudices, Equites, sibi conciliaret, ut in eos vehementer invecus se ipse laudaret impense, Socratem imitatus, quin etiam ne sententia quidem iudicum lata de sua causa ultro in exilium abiret a. V. C. 663. Appian. de Bell. Civ. I, c. 37. ex quo Sulla demum dictatore a. V. C. 671. rediit. Cicero ad eum scripsit librum de luctu minuendo, qui est in deperditis. Rutiliae vero mentionem fecit Epp. ad Attic. XII, 20. fin., ubi sciscitur Atticum, Rutiliane mortua sit ante an post mortem filii. Noster nos docet, eam filio (Proconsule Asiae) extincto e vita discessisse.

7 supervacua stultaque detinuit. Cum his te numerari feminis volo: quarum vitam semper imitata es, earum in coercenda comprimendaque aegritudine optime sequeris exemplum. Scio rem non esse in nostra potestate, nec ullum affectum fervire, minime vero eum, qui ex dolore nascitur: ferox enim, et adversus omne remedium contumax est. Volumus eum interim obrueré, et devorare gemitus: per ipsum tamen compositum fictumque vultum lacrimae profunduntur. Ludis interim aut gladiatoribus animum occupamus: at illum inter ipsa, quibus avocatur, spectacula, levis aliqua desiderii nota subruit. Ideo melius est, illum vincere, quam fallere. Nam qui aut delusus voluptatibus, aut occupationibus abductus est, resurgit, et ipsa quiete impetum ad saevendum colligit: at quisquis rationi 8 cessit, in perpetuum componitur. Non sum itaque tibi monstraturus illa, quibus usos multos esse scio, ut peregrinatione te vel longa detineas, vel amoena delectes; ut rationum accipiendarum diligentiam, patrimonii administratione multum occupes temporis; ut semper novo te aliquo negotio implices: omnia ista ad exiguum momentum profunt, nec remedia doloris, sed impedimenta sunt: ego autem malo illum definere, quam decipi. Itaque illo te duco, quo omnibus qui fortunam fugiunt, confugiendum est, ad liberalia studia: illa sanabunt vulnus tuum, illa omnem tristitiam tibi evellent. His etsi nunquam assuesces, nunc utendum erat: sed quantum tibi patris mei antiquus rigor permisit, omnes bonas artes non quidem com-

7. Si *interim* (interdum) affectum hunc aut occupationibus aut voluptatibus quamvis innocentibus delinire et opprimere velimus, nihil proficimus; redit enim eius vis: proinde ratione opus est ad eum vincendum.

9. *liberalia studia*] quae mox bonas artes appellat, lectionem poetarum, musicam etc. complexas: Philosophiam tamen imprimis intelligit.

comprehendisti, attigisti tamen. Vtinam quidem vi- 10
 rorum optimus, pater meus, nimis maiorum consue-
 tudini deditus, voluisset te sapientum praeceptis eru-
 diri potius, quam imbui! non parandum tibi nunc
 contra fortunam esset auxilium, sed proferendum.
 Propter istas quae literis non ad sapientiam utuntur,
 sed ad luxuriam instruuntur, minus est indulgere stu-
 diis passus. beneficio tamen rapacis ingenii plus quam
 pro tempore hausisti: iacta sunt disciplinarum omnium
 fundamenta. Nunc ad illas revertere: tutam te prae- 11
 stabunt. illae consolabuntur, illae delectabunt, illae
 si bona fide animum tuum intraverunt, nunquam am-
 plius intrabit dolor, nunquam sollicitudo, nunquam
 afflictionis irritae supervacua vexatio: nulli horum pa-
 tebit pectus tuum: nam ceteris vitiis iam pridem clu-
 sum est. Haec quidem certissima praesidia sunt, et
 quae sola te fortunae eripere possint; sed quia, dum
 in illum portum, quem studia promittunt, pervene-
 ris, adminiculis, quibus innitaris, opus est, volo in-
 terim solatia tua tibi ostendere. Respice fratres meos: 12
 quibus salvis, fas tibi non est accusare fortunam. in
 utroque habes quod te diversa virtute delectet: alter
 honores industriâ consecutus est, alter sapienter con-
 temnit. Acquiesce alterius filii dignitate, alterius quie-
 te, utriusque pietate. novi fratrum meorum intimos
 affectus. alter in hoc dignitatem excolit, ut tibi orna-
 mento sit: alter in hoc se ad tranquillam quietamque
 vitam recepit, ut tibi vacet. Bene liberos tuos et in 13
 auxilium, et in oblectamentum, fortuna disposuit:

N 3

potes

11. *bona fide*] firmiter et subtiliter, ut iis fidere possis.

12. *fratres meos*] Novatum et Melam: ille Nov. ex adoptione Iunius Gallio honores industria consecutus est; hic Mela Lucani pater (Tacit.

Annal. XVI, 17.) qui sub Nerone semetipsum interfecit. Quod hic laudat noster, id reprehendit Tacitus l. m. praedives factus per procuraciones Principis, ideoque Neroni suspectus.

- potes alterius dignitate defendi, alterius otio frui. Certabunt in te officiis: et unius desiderium, duorum pietate supplebitur. Audacter possum promittere: nihil tibi deerit, praeter numerum. Ab his ad nepotes quoque respice; Marcum blandissimum puerum, ad cuius conspectum nulla potest durare tristitia: nihil tam magnum, nihil tam recens in cuiusquam pectore fuerit, quod non circumfusus ille per-
- 14** mulceat. Cuius non lacrimas illius hilaritas supprimit? cuius non contractum sollicitudine animum illius argutiae solvant? quem non in iocos vocabit illa lascivia? quem non in se convertet, et abducet infixum cogitationibus, illa neminem satiatura garrulitas? Deos oro, contingat hunc habere nobis superstitem, In me omnis fatorum crudelitas lassata consistat: quidquid matri dolendum fuit, in me transferit: quidquid aviae, in me.
- 15** Floreat reliqua in suo statu turba: nihil de orbitate, nihil de conditione mea querar. Fuerim tantum, nihil amplius doliturae domus, piammentum. Tene in gremio tuo cito tibi daturam pronepotes Novatillam: quam sic in me transtuleram, sic mihi adscripseram, ut possit videri, quod me amisit, quamvis salvo patre, pupilla. hanc et pro me dilige. Abstulit illi nuper fortuna matrem: tua potest efficere pietas, ut perdidisse se
- 16** matrem doleat tantum, non et sentiat. Nunc mores eius

13. Marcum] nostri filium, ex Lipsii iudicio; verba enim, ait, et vota, quae hic sunt, patrem et eius affectum clamant. Malo tamen Marcum Annaeum Lucanum, poetam celebrem, filium M. Annaei Melae, qui frater nostri fuit intelligere. Primum enim nusquam filius Senecae memoratur; deinde Lucani hilaritas ac festivum ingenium

ab eius biographis laudantur, denique aetas egregie congruit: nat. enim est a. V. C. 792 † 818. anno aetatis suae XXVII. Septem itaque octove annos egit hoc tempore. Epigramma vero VIII, 5. 6. quidni et de M. A. Lucano intelligi possit, non video.

15. Novatilla] Novati filia.

eius compone, nunc formam: altius praecepta descendunt, quae teneris imprimuntur aetatibus. Tuis assuescat sermonibus: ad tuum fingatur arbitrium. multum illi dabis, etiamsi nihil dederis praeter exemplum. Hoc iam tibi solemne officium pro remedio erit: non potest animum pie dolentem a solitudine avertere, nisi aut ratio, aut honesta occupatio. Numerarem inter magna solatia patrem quoque tuum, nisi abesset. nunc tamen ex affectu tuo, quid illius intersit, cogita: intelliges, quanto iustius sit, te illi servari, quam mihi impendi. Quoties te immodica vis doloris invaserit, et sequi se iubebit, patrem cogita, cui tu quidem tot nepotes pronepotesque dando effecisti ne unica esses: consummatio tamen aetatis actae feliciter, in te vertitur. Illo vivo, nefas est, te, quod vixeris, queri.

XVII. Maximum adhuc solatium tuum tacueram, sororem tuam: illud fidelissimum pectus tibi, in quod

N 4 omnes

17. *patrem*] Cordubae in Hispania degentem. *impendi*, una mecum perire. *unica* quatenus apud patrem Cordubae manserat: soror vero, quae mox memoratur, in Aegypto per plures annos commorata erat. Lipsius hic arguitur.

Cap. XVII. Soror testat tibi, quae maximo solatio esse potest, et amore in suos tenerrimo, et prudentia atque virtute haud fucata celebris. Denique rogat, ut ad se subinde recurrat, et laetum alacremque cogitet. — Matertera, cuius hoc capite

mentionem tam honorificam facit, virgo nupsit, ut videtur, Vetrasio Pollioni, quocum postea in Aegypto, cuius praesidium per sedecim annos gesserat, ab a. V. C. 769. usque ad an. 785. commorata erat, marito vita defuncto in navigatione i. e. in reditu ex praefectura. Postea sedes suas fixit Romae, et Senecam, nepotem suum ex sorore, quem iam ante iter in Aegyptum omni re iuverat, aegrotantem sublevavit, quaesturam ambienti auctoritate sua auxilio fuit. De Senecae avunculo, qui hoc capite memoratur, disquisitio Lipsii ad

omnes curae tuae pro indiviso transferuntur: illum animum omnibus nobis maternum. Cum hac tu lacrimas tuas miscuisti, ^a in hac tu primum respirasti. Illa quidem

Cap. XVII. a. *in hac tu primum respirasti* ex Erasmo. reduxi. Antea: *in huius primum respirasti sinu*. Vox *sinu* praeiis libris abest, notante Lipsio, qui pr. emendat: *in huius primum ore spirasti*: i. in adspetu eius et oculis.

ad §. 4. docta exstat, cuius summa haec est: Tempus, in quo Aegyptum per sedecim annos obtinuerit avunculus, satis definitum est: e vita enim discesserit necesse est ante Caligulam et Senecae quaesturam, ad quam quidem obtinendam matertera nostro profuit, reversa nempe ex Aegypto. Praefectos igitur Aegypti circumspicens Lipsius Vetrasium Pollionem nostri avunculum fuisse iudicat, vita defunctum a. V. C. 785. (Dio Cass. LVIII, 19.) sexto ante obitum Tiberii anno, et tricesimo circiter Senecae (nat. circa 753. mort. 818. Dio Cass. LXII, 25.); antecesserat autem in praefectura Aemilius Rectus, cuius mentio fit ap. Dion. Cass. LVII, 10. ad ann. 767. Haec tenus bene excussit rem Lipsius. Adiungam nonnulla, quae moram facere possunt, ne huic computationi calculum adicias. Ac primum locus est Dion. Cass. LVII, 19. ad a. 772. ubi Seius Strabo pater L. Aelii Sciani praefecturam Aegypti nactus esse narratur; unde certe sequitur, Aemilio

Recto vita functo non statim successisse Vetrasium Pollionem, sed Seium Strabonem. Quum tamen postea eius nulla mentio facta sit, nec oppresso quidem filio, haud temere concludi possit, per annum fere, et quod excurrit, illum Aegyptum tantummodo obtinuisse. Altera obiectio ab aetate Senecae peti potest. Si enim Vetr. Pollio nostri avunculus fuit, sequi videtur, Senecam triginta circiter annos natum Corduba Romanam pervenisse, quod tamen §. 1. huius cap. parum conveniat. Enimvero et huic obiectio ei occurritur, quod nulla causa sit, cur non matertera et avunculus ante praefecturam Aegypti loco nobili constituti Romae nepoti ad excolendum ingenium iuvenile profuerint. Ceterum avunculum et Equitem Roman. fuisse, eo evincitur, quod Tacitus Annal. XII, 60. narrat: divum Augustum apud equestres, qui Aegypto praefiderent, lege agi — iussisse. Utiles vero est haec disquisitio lectori Senecae, quandoquidem inde intelligit, nostrum

quidem affectus tuos semper sequitur. in mea tamen persona, non tantum pro te dolet. Illius manibus in urbem perlatum sum: illius pio maternoque nutricio per longum tempus aeger convalui: illa pro quaestura mea gratiam suam extendit: et quae ne sermonis quidem, aut clarae salutationis sustinuit audaciam, pro me vicit indulgentia verecundiam. Nihil illi seductum 2 vitae genus, nihil modestia, in tanta feminarum petulantia, rustica, nihil quies, nihil secreti et ad otium repositi mores obstiterunt, quo minus pro me etiam ambitiosa fieret. Haec est, mater carissima, solatium, quo reficiaris: illi quantum potes te iunge, illius arctissimis amplexibus alliga. Solent moerentes, ea quae maxime diligunt, fugere, et libertatem dolori suo quaerere: tu ad illam te, et quidquid cogitaveris,

N 5

con-

strum Aegyptum adiisse, et larga copia hanc terram cognoscendi usum esse, ideoque fidem eius haud spernendam in iis, quae de Aegypto, Aethiopia atque India retulerit.

in mea tamen persona] ita, uti equidem te consolarer, si adessem, eodem modo te tractat, quali ego te tractarem, meam consolandi rationem sequuta.

Illius manibus] Cordubae circa ann. 755. natus erat, et iuvenis Romam ab ea vocatus, ut ibi institueretur. *nutricio*, nutricatu, curam egit mei aegrotantis. Valetudine autem nostrum minus comoda usum esse, ex Dione

quoque Cass. LIX, 19. fin. ad ann. 792. perspectum habemus, ubi Caligula Senecae infensus duci eum paene iussisse narratur, nisi una e Caligulae concubinis avertisset periculum, hominem, dicens, phthisi laborare, neque prope abesse a morte. *salutationis* — quae ne passa quidem est, ut adirent se nobilem matronam et salutarent honoris gratia, ea vero Senecae causa haec officia praestari sibi concessit, quin etiam aliis praestitit, eo consilio, ut hac *ambitione*, studio nepotis, noster quaestura potiretur.

2. *modestia*] quae cum petulantia, licentia feminarum comparata videbatur. *rustica*, inele-

confer. five fervare habitum istum voles, five depone-
 nere, apud illam invenies vel finem dolori tuo, vel
 3 comitem. Sed si prudentiam perfectissimae feminae
 novi, non patietur te nihil profuturo moerore con-
 sumi, et exemplum tibi suum, cuius ego etiam spe-
 ctator fui, narrabit. Carissimum virum amiserat, avun-
 culum nostrum, cui virgo nupserat, in ipsa naviga-
 tione: tulit tamen eodem tempore et luctum, et me-
 tum, evictisque tempestatibus corpus eius naufraga
 evexit. O quam multarum egregia opera in obscuro
 iacent! Si huic illa simplex admirandis virtutibus con-
 tigisset antiquitas: quanto ingeniorum certamine cele-
 braretur uxor, quae oblit. imbecillitatis, oblita etiam
 firmissimis metuendi maris, caput suum periculis pro
 sepultura obiecit, et dum cogitat de viri funere, nihil
 4 de suo timuit? Nobilitatur carminibus omnium, quae
 se pro coniuge vicariam dedit. hoc amplius est, disci-
 mine vitae sepulcrum viro quaerere: maior est amor,
 qui pari periculo minus redimit. Post hoc nemo mi-
 ratur, quod per sedecim annos, quibus maritus eius
 Aegyptum obtinuit, nunquam in publico conspecta
 est. neminem provincialem domum suam admisit:
 5 nihil a viro petiit, nihil a se peti passa est. Ita-
 que

inelegens, aspera. *habitum*
 int. lugubrem ob filii exsi-
 lium.

3. *cuius ego etiam sp. f.*
 Haud dubie in navigatione,
 in reditu ex Aegypto, quam
 adierat avunculum suum, prae-
 fectum augustalem, conven-
 tum. *naufraga* i. naufragio pro-
 xima, quippe cuius navis *exar-
 mata* (§. 6.) i. armamentis spo-
 liata ferebatur.

4. *Nobilitatur*] Alcestin
 dicit Peliae filiam loco Ad-
 meti mariti morti se obii-
 cientem (*pro coniuge vica-
 riam se dantem*) ut a Grae-
 cis, e. c. Euripide, dramate
 nobilissimo, quod superest,
 et a Romanis, e. c. Ovid.
 Trist. V, 14, 37. Pont. III,
 I, 106. carminibus nobilita-
 tam. Fabula notissima, et
 ab ingeniosissimo poeta no-
 strate

que loquax, et ingeniosa in contumelias praefectorum provincia, in qua etiam qui vitaverunt culpam, non effugerunt infamiam, velut unicum sanctitatis exemplum suscepit: et quod illi difficillimum est, cui etiam periculosi sales placent, omnem verborum licentiam continuit, et hodie similem illi, quamvis nunquam speret, semper optat. Multum erat, si per sedecim 6 annos illam provincia probasset: plus est, quod ignoravit. Haec non ideo refero, ut eius laudes exsequar, quas circumscribere est, tam parce transcurrere: sed ut intelligas, magni animi esse feminam, quam non ambitio, non avaritia, comites omnis potentiae et pestes, vicerunt: non metus mortis eam, exarmata navi naufragium suum spectantem, deteruit, quo minus exanimi viro haerens, quaereret, non quemadmodum inde exiret, sed quemadmodum efferret. Huic parem virtutem exhibeas oportet, et 7 animum a luctu recipias, et id agas, ne quis te putet partus tui poenitere. Ceterum quia necesse est, quum omnia feceris, cogitationes tamen tuas subinde ad me recurrere, nec quemquam nunc ex liberis tuis frequentius tibi obversari: non quia illi minus cari sint, sed quia naturale est, manum saepius ad id referre quod doleat. Qualem me cogites, accipe: laetum et alacrem velut optimis rebus. sunt autem optimae, quum animus omnis cogitationis expers ope-

strate Wieland eximie tractata. Narrat et Apollodor. I, 9, 15.

5. *loquax et ingeniosa*] Confirmatur hoc iudicium et ab Herodiano Histor. IV, 9, 2. ed. Wolf. p. 160., qui Alexandrinos *Φιλοσνώμωνα* appellat: locus tamen class. est apud Flavium Vopi-

scum in Saturnino c. VII et VIII. (p. 233. 234. Tom. II. Histor. August. bip.) ubi Hadriani epistola, Aegyptiorum naturam et indolem declarans, exstat.

6. *circumscribere*] in angustum deducere, ideoque aliquid ab eis detrahere, invidiosum esse in eius laudes.

operibus suis vacat; et modo se levioribus studiis oblectat, modo ad considerandam suam universique naturam, veri avidus infurgit. Terras primum, situmque earum quaerit. deinde conditionem circumfusimaris, cursusque eius alternos et recursus: tunc quidquid inter coelum terrasque plenum formidinis interiacet, perspicit, et hoc tonitribus, fulminibus, ventorum flatibus, ac nimborum nivisque et grandinis iactu tumultuosum spatium: tum peragratis humilioribus ad summa prorumpit, et pulcherrimo divinorum spectaculo fruitur, aeternitatisque suae memor, in omne quod fuit, futurumque est omnibus seculis, vadit.

AD POLYBIVM
C O N S O L A T I O
LIBER ΑΚΕΦΑΛΟΣ.

A R G V M E N T V M.

Omnia et maxima, quin etiam mundus hic et ea, quae in eo sunt, interitura sunt: proinde interitum singularum animarum noli queri (c. 20.): Arrogantis enim esset, poscere, ut tibi uni parcat: quare patiaris, quae omnibus nobis communia sunt. Nec dolor quidquam proderit (c. 21—22, 3.). Iam ingeniosa allocutione ad Fortunam conqueritur calamitatem, Polybio factam, egregie ad laudes eius fratrisque instituta (— c. 23.). Sed quandoquidem his accusationibus Fortunae nihil proficimus, omittamus: nam nec frater, nec ullus homo lacrimis delectatur (— c. 24, 3.). Quid, quod fratribus tuis exemplo esse deceat: abscondas itaque luctum (— c. 24.). Accedit, quod hoc inferius esset dignitate, existimatione publica de te, atque adeo officio in Caesarem Claudium [cuius laudes hac occasione data, celebrantur] (— c. 26, 6.). Ut melius luctum vincas, in solitudine occupa te studiis (— c. 27, 3.). Praeterea neque tuo, neque fratris nomine lugere decet, hic enim felix est (— c. 29, 3.). Igitur gaudeas fratrem talem habuisse (— c. 31.): Mors enim ad humanam sortem pertinet: quod ex operibus tuis disces, Homero, atque Virgilio. His dignum te praestes, et Caesare Claudio (quem laudibus onerat) (— c. 36, 2.). Ad haec Caesar ipse te consolabitur, incommodis, quae familiae suae acciderunt, enarrandis (— c. 37, 4.). Redit denique ad studia commendanda etc. (— fin.).

Polybius, ad quem haec consolatio missa est, libertus Claudii Caesaris fuit a studiis, a quo post Narcissum maximi aestimatus esse narratur (Dio Cass. LX, 29. 31. Sueton. Claud. 28.). Innocentissimus et eruditissimus fuit, si nostrum audias, Suetonio tamen et Dione referentibus improbus homo. Interfectus est, Messalinae, qua cum familiarissime vixerat, machinationibus a. V. C. 800. (Dio Cass. LX, 31. init.). Consolatio vero haec composita est, quum Polybius morte fratris sui optimae indolis et spei iuvenis vel maxime afflictus esset, anno V. C. 794. Quum in eo esset Clau-
dius,

dus, ut Germaniam pacaret, et Britanniam aperiret (vid. c. 32, 2. coll. Dio Cass. LX, 8. 19. Sueton. Claud. 25.). Nam anno 794. Sulpicius Galba Catos, et Publius Gabinus Chaecos vice-
 rat, et de Britannis subingandis, auctore Berico, exule Britanno, qui Romam auxilii petiturus confugerat, cogitabatur. Quam rem Aulus Plautius cum legatis Flavio Vespasiano eiusque fratre Sabino anno V. C. 796. perfecit (Dio Cass. LX, 19. 20.). His rationibus historicis diligenter comparatis cum cap. 37, 7., facile est ad intelligendum, Senecam auctorem huius consolationis esse non posse, quippe quem eodem anno extremo, quo hae spes Romae concipi coeperunt, in exilium missus narratur (Dion. Cass. LX, 8. med.). Nam c. 37, 7. auctor de se narrat, longo iam situ obsoleto et hebetato animo sese haec composuisse; ut saltem Claudio imperium modo obtinente in exilium missus esse videatur auctor. Atqui Seneca non ita longe ante aut post haec consilia bellica urbe egressus esse videri potest. Deinde capp. 31, 4. et 32, 1. inspectis et comparatis, patet, Claudium imperium nuper obtinuisse: patere, ait auctor, fortuna, quidquid prioris principis (dicit autem Caligulam) furor concussit, (Claudium) in locum suum restituere ac reponere. Quae quidem de principe recenti tantummodo dici cum laude posse, quisvis intelliget. Eo spectant quoque verba (ibid. §. 3.) de Claudii misericordia, qua complures exules revocaverit: at haec nonnisi in primum imperii Claudiani annum cadit (Dio Cass. LX, 4. init.). Ipsa auctoris laetitia de Claudii filio Britannico, quem ei Messalina vigesimo imperii die (Suet. Claud. 27.) pepererat, rationes nostras confirmat. Denique causae internae adsunt, quae evincant, hunc fetum adulatoris quidem et proiecti hominis, non Senecae esse. Quis enim Stoicus, ut quaedam tantum afferam, tam dubitanter et supine et quidem homini docto, quem Polybium fuisse nulli dubitamus, dixerit, quae c. 20, 2. Mundo — demerget — et c. 37, 4.: Et scio — compulisset, leguntur? In his nempe Seneca sine ulla ratione sibi ipse contradiceret, et vineta sua ipse absurdissime caederet, quod nunquam a quoquam mihi persuaderi patiar. Deinde quis credat Senecam, virum XL. fere annos iam natum de sententia, quam usquequaque non sine laude tuitus erat, tam turpiter destitisse, et laudasse hominem, cui non ita longe post et alibi et in celebri apocolocynthosi tot tantasque notas turpitudinis inussit? Mihi certe exploratum est, Senecam tam abiecto animo haudquaquam fuisse, ut de innocentia morum parum sollicitus quocumque pretio liberationem exilii redimere potnerit. Num Tacitum aliqui severum morum arbitrum has proiectissimi animi notas in Senecae ingenio moribusque vel ab eius adversariis, e. c. Suilio (Annal. 13, 42.) vel a senet

femet (Annal. XV, 62. sq.) declarandis putemus praetermississe? Ipse contra Tacitus (Annal. XV, 62. init.) refert ut e sua persona, Senecam morientem, quod unum iam attamen pulcherrimum habuisset, imaginem vitae suae amicis relinquere: et cap. 61. ei. libr. Seneca de semet: nec sibi, ait, promptum in adulationes ingenium. Idque nulli magis gnarum, quam Neroni, qui saepius libertatem Senecae, quam servitium expertus esset.

Haec posteriora, ne quidquam celem, a Dideroto quoque leviter perstricta video, rationibus historicis, quarum praecipuus in hac re usus esse videtur, ne verbo quidem commemoratis. Atque tereor, ut eius defensio Senecae maiorem virorum harum rerum peritorum applausum nacta sit, quam censura defensionis in margine laudata. *) Denique nec Dionis Cassii hoc loco obliviscendum nobis est. Qui quum Senecae (c. 59, 19.) satis honorificis verbis meminisset, postea (c. 61, 10.) sibi tam parum constat, ut eum conviciis acerbissimis consecratur, ideoque posteris vel plurimis ansam offerret satis amplam, pessima quaeque in Senecam effundendi, excepto Shaftesburio (Charakteristicks III, p. 24. not.) Sallierio (Mem. de l'Acad. des Inscrip. T. VIII, p. 228.) al. Ex ipso Dionis iudicio infensiore spectat huc accusatio haecce: „Senecam „exsilii sui pertaesum ex insula, in qua exsulabat, Romam misisse „libellum, in quo Messalinam et Claudii libertos adulatus esset, „quem tamen libellum, posteaquam in summum fere honoris fasti- „gium escenderat, pudore motus suppressere tentavisset.“ Iam hunc librum adhuc extare atque adeo nostram esse consolationem, ad unum fere omnes pronuntiaverunt. Enimvero equidem hoc loco non satis mirari possum, quomodo tandem factum sit, ut viri docti, inque iis Fabricius potissimum atque Ernesti in hanc sententiam inclinare potuerint. In Consolatione enim, ut breviter rem perstringam, nulla Messalinae sit mentio, nec, praeter unum Polybium, reliquorum libertorum: deinde Claudii ibi laudes reperiuntur, de quibus tamen silet Dio Cassius, qui profecto hoc non praetermississet, quandoquidem eo novam nactus esset materiam, Senecam, auctorem apocolocynthoseos foedissimo convicio proscindendi. Neque vero obiici debet, haec omnia in priore parte consolationis, nunc perditam, occur-

riffe,

*) Essai sur la vie de Senèque sur ses écrits et sur les régnes de Claude et de Néron. Cuius libri auctorem esse Diderotum, constat, ab Adelungio tamen in Ioechero aucto h. art. omissum. Septimanam autem partem operis constituit, quod anno 1779. Paris. Lutet. 8. pro-

diit sub hoc titulo: Les Oeuvres de Senèque le Philosophe traduites en françois par feu M. le Grange: avec des Notes. Cf. Additamenta ad Ephemerides literar. Götting. anni 1780. nr. 41. p. 641. sq. Censura ibi huius operis extat docta eaque Meinerii.

riffe, quum cuius libellum non cupide perlegenti manifestum sit, tum ex initio illo nonnisi perpauca eaque introitus ergo posita pervisse, tum vero etiam locum quam maxime idoneum et Messalinae et libertatis Claudii laudandis post Claudii laudes esse debuisse. Hoc per se patet, et ex ratione veterum vulgata consolationes componendi, ut videlicet praeceptis prior, exemplis secundus locus plerumque a Rhetoricae doctoribus tribueretur (v. Consol. ad Marciam 2, 1.), in oculos se ingerit.

Ceterum tam cupidum me non esse pronuntio, ut prorsus negaverim, nullum talem librum a Seneca esse compositum, qualem Dio Cassius memoravit. Peropportune enim memor sum sententiae a Seneca prolatae (de Constantia Sapientis c. 14, 2.): „Quid ergo? „Sapiens non accedet ad fores, quas durus ianitor obsidet? Ille vero, si res necessaria vocabit, experietur, et illum, quisquis erit, „tanquam canem acrem, obiecto cibo leniet, nec indignabitur, aliquid impendere, ut limen transeat, cogitans et in pontibus quibusdam pro transitu dari.“ Quae si ad miserum vitae statum, quo in Corsicaangebatur, referamus, nulli dubitabimus, quin praeclararum in Consol. ad Helv. occurrentium sententiarum prorsus immemor, sibi que ideo non satis constans, quovisque pretio libertatem redimiturus libellum illum a Dione eiusque epitomatore Xiphilino (qui adeo plures libellos laudationum, ἐγκώμια, ex uno Dionis, ut fieri solet, conflavit, p. 694.) memoratum commode conscripserit.

Nisi itaque omnia me fallunt, in eam sententiam inclinem atque propendeam necesse est, ut libello laudationis isto prodito, nullus in Senecae scriptis hodieque exstet, ad quem Dionis Cassii locus commemoratus reduci possit: nostra vero Consolatio ad Polyb. ab alio quopiam nobis plane incognito homine eoque exfule composita sit eo tempore, quo Senecae exsilium vix incepisset.

His rationibus moveor, ut contra Lipsium (dixit autem in Argumento, huic consolationi praemisso: Senecae hoc scriptum esse, negare non licet; editioni destinatum ab eo, non arbitror, sed pro praesenti forma abiectè et demisse scriptum, ad servulum, bene, quot laudibus exornatum! Pudet, pudet: inimicus Senecae fuit, et gloriae eius, quisquis vulgavit!) Senecae hanc consolationem abiudicem.

Auctorem tamen hominem fuisse doctum existimo, et literis ex-culto ingenio, cui eo nomine excusationem aliquam deprecet, quod Claudiani imperii initium satis mansuetum optima quaeque polliceretur.

XX. a *** nostra corpora compares, firma sunt: si redigas ad conditionem naturae omnia destruentis, et unde edidit eodem revocantis, caduca sunt. Quid enim immortale manus mortales fecerint? Septem illa miracula, et si qua his multo mirabiliora sequentium annorum extruxit ambitio, aliquando solo aequata visentur. Ita est: nihil perpetuum, pauca diuturna sunt. aliud alio modo fragile est: rerum exitus variantur: ceterum quidquid coepit, et desinit. Mundo quidam ² minantur interitum, et hoc universum, quod omnia divina humanaque complectitur, si fas putas credere, dies aliquis dissipabit, et in confusionem veterem tenebrasque demerget. Eat nunc aliquis, et singulas comploret

VARIETAS LECTIIONIS.

Cap. XX. a. Fuga vacui, ut vocant, hic libellis MSS. Senecae adiecta esse videtur. Plerumque adhaesit in MSS. Senecae libello de *brevitate vitae*: unde hic capitum numerus, quem disturbare nolui.

ANIMADVERSIONES:

Cap. XX. *nostra corpora* — *βαβυλωνος* etc. Philonis Byzantii liber de septem orbis spectaculis insertus est a Iac. Gronov. VIII. Tom. Antiquitat. Graec. *multo mirabiliora* spectant ad Romana opera, e. c. Amphitheatra etc.

2. *Mundo quidam*] Stoici, deflagratione mundi. Nat. Qu. VI, 28. fqq. Tiedemann: *Geist d. sp. Philos.* II, 466. fq. Stoici antiquiores igne aliquando mundum putabant consumtum iri, quoniam igni originem debeat: Seneca vero hac parte a Stoicis discedit, et aquam substituit, l. I.

ret animas: Carthagini ac Numantiae Corinthique cinerem, et si quid altius cecidit, lamentetur: quum etiam hoc, quod non habet quo cadat, sit interituum. Eat aliquis, et fata, tantum aliquando nefas aufura, sibi non pepercisse conqueratur.

XXI. Quis tam superbae impotentisque arrogantiae est, ut in hac naturae necessitate, omnia ad eundem finem revocantis, se unum ac suos seponi velit: ruinaeque, etiam ipsi mundo imminenti, aliquam domum subtrahat? Maximum ergo solatium est, cogitare id sibi accidisse, quod ante se passii sunt omnes, omnesque passuri: et ideo mihi videtur rerum natura, quod gravissimum fecit, commune fecisse, ut crudelitatem fati con-
 2 solaretur aequalitas. Illud quoque te non minimum adiuverit, si cogitaveris nihil profuturum dolorem tuum, nec illi quem desideras, nec tibi; noles enim longum esse, quod irritum est. Nam si quidquam tristitiâ profecturi sumus, non recuso, quidquid lacrimarum fortunae meae superfait, tuae fundere. inveniam etiam nunc per hos exhaustos iam fletibus domesticis oculos quod effluat, si modo id tibi futurum bono est. Quid cessas? conqueramur, atque adeo ipse hanc litem meam faciam:
 3 Iniquissima omnium iudicio fortuna, adhuc videbaris ab eo homine te continuisse, qui munere tuo tantam venerationem receperat, ut, quod raro ulli contingit,
 feli-

Cap. XXI. Quum ruinae et ipsi mundo immincant, ferenda sunt, quae fatum dederit. Dolor itaque nihil proderit. Tamen tua causa conquerar Fortunam. — Qua allocutione ad Fortunam ingeniosa egregie utitur ad Polybium laudibus celebrandum.

2. *Illud quoque*] Laudat Lipsius Philemonis simile dictum egregium (ap. Brunk. Gnom. poet. graec. p. 197. XIV.) cf. Gatak. ad Antonin. p. 273. 274. *per bos exhaustos — oculos*: Seneca aliter se gessit in exsilio: cf. Conf. ad Helv. XVII, 7. *litem meam*,
 tuam

felicitas eius effugeret invidiam. Ecce eum dolorem illi, quem salvo Caesare accipere maximum poterat, impressisti: et quum bene illum undique circumisses, intellexisti hanc partem tantummodo patere ictibus tuis. Quid enim illi aliud faceres? pecuniam eriperes? nunquam illi obnoxius fuit. nunc quoque quantum potest, illam a se abiicit, et in tanta felicitate acquirendi, nullum maiorem ex ea fructum, quam contemptum eius petit. Eriperes illi amicos? sciebas tam amabilem esse, ut facile in locum amissorum posset alios substituere. Vnum enim hunc ex his, quos in principali domo potentes vidi, cognovisse videor: quem omnibus amicis habere quum expediat, magis tamen etiam libet. Eriperes illi bonam opinionem? solidior est haec apud eum, quam ut a te quoque ipsa concuti posset. Eriperes bonam valetudinem? sciebas animum eius liberalibus disciplinis, quibus non innutritus tantum, sed innatus est, sic esse fundatum, ut supra omnes corporis dolores emeretur. Eriperes spiritum? quantum nocuissimum? longissimum illi aevum ingenii fama promisit. Id egit ipse, ut meliore sui parte duraret, et compositis eloquentiae praeclaris operibus, a mortalitate se vindicaret. Quamdiu fuerit ullus literis honor, quamdiu steterit aut Latinae linguae potentia, aut Graecae gratia, vigeat cum maximis viris, quorum se ingenio vel contulit, vel, si hoc verecundia eius recusat, applicuit.

O 2

XXII.

tuam causam ita agam, quasi esset mea.

3. *Ecce — impressisti*] Salvo Caesare nullus dolor esse tantus videbatur, ut eo opprimeretur: at tu tamen tangere nosti.

4. *pecuniam — petis*] Si historico maior fides habenda

fit, quam huic adulatori, aliter se res habuit. cf. Sueton. Claud. 28. fin.

6. *Id egit ipse — applicuit*] Fortuna profecto ultra est hanc licentiam querelarum! Nisi hic libellus servatus esset, ne sciremus quidem, Polybium hunc

XXII. Hoc ergo unum excogitasti, quomodo illi maxime posses nocere. Quo melior enim est quisque, hoc saepius ferre te consuevit, sine ullo delectu furem, et inter ipsa beneficia metuendam. Quantulum erat, tibi immunem ab hac iniuria praestare eum hominem, in quem videbatur indulgentia tua ratione certa
 2 pervenisse, et non ex tuo more temere incidisse? Adiciamus, si vis, ad has querelas, ipsius adolescentis interceptam inter prima incrementa indolem. Dignus fuit ille te fratre: tu certe eras dignissimus, qui nec ex indigno quidem quidquam doleres fratre. Redditur illi testimonium aequale omnium hominum. desideratur in tuum honorem, laudatur in suum: nihil in illo fuit, quod non libenter agnosceres. Tu quidem etiam minus bono fratri fuisses bonus: sed in illo pietas tua idoneam
 3 naeta materiam, multo se liberius exercuit. Nemo potentiam eius iniuriâ sensit, nunquam ille te fratrem ulli minatus est. Ad exemplum se modestiae tuae formaverat, cogitabatque quantum tu et ornamentum tuorum esses, et onus. Sufficit ille huic sarcinae. O dura fata, et nullis aequa virtutibus! antequam felicitatem suam nosset frater tuus, exemptus est. Parum autem me indignari scio: nihil est enim difficilius, quam magno
 4 dolori paria verba reperire. Iam nunc tamen si quid proficere possumus, conqueramur. „Quid tibi voluisti, „tam iniusta, et tam violenta fortuna? Tam cito indulgentiae tuae te poenituit? quae ista crudelitas est? in „medios fratres impetum facere, et tam cruentâ rapinâ
 „con-

hunc aliquid composuisse: cf. infra c. 26, 6. 30, 4. *potentia*, de maiestate et gravitate latini sermonis intelligere malim, vi oppositae *gratiae*, quam proprie cum Lipsio: quae imperabat.

Cap. XXII. 3. *onus*] i. ei necessitatem tui imitandi imposuisti. De hac vi *oneris*, *onerare* in Lexicis non observata elegantiore conf. I. M. Heusinger ad Cic. de Offic. III, 2, 5., ubi multa exempla ex

„concordissimam turbam imminuere, tam bene stipatam
 „optimorum adolescentium domum, in nullo fratre de-
 „generantem, turbare, et sine ulla causa delibare volui-
 „sti? Nihil ergo prodest innocentia ad omnem legem 5
 „exacta, nihil antiqua frugalitas, nihil felicitatis summae
 „potentia, summa conservata abstinentia, nihil sincerus
 „et ^a tutus literarum amor, nihil ab omni labe mens
 „vacans? Luget Polybius, et in uno fratre, quid de re,
 „liquis possis, admonitus, etiam de ipsis doloris sui so-
 „latis timet. facinus indignum! Luget Polybius, et ali-
 „quid propitio dolet Caesare! hoc sine dubio impo-
 „tens fortuna captasti, ut ostenderes neminem contra
 „te, ne a Caesare quidem, posse defendi.“

XXIII. Diutius accusare fata possumus, mutare non
 possumus: stant dura et inexorabilia. nemo illa convi-
 cio, nemo fletu, nemo causa movet: nihil unquam par-
 cunt ulli, nec remittunt. Proinde parcamus lacrimis
 nihil proficientibus, facilius enim nos illi dolor iste ad-
 iiciet, quam illum nobis reducet. Qui si nos torquet,
 non adiuvat. primo quoque tempore deponendus est,
 et ab inanibus solatiis, atque amara quadam libidine do-
 lendi, animus recipiendus. Nam lacrimis nostris, ni
 ratio finem fecerit, fortuna non faciet. Omnes agetum 2
 mortales circumspice: larga ubique flendi, et assidua
 materia. alium ad quotidianum opus laboriosa egestas
 vocat: alium ambitio nunquam quieta sollicitat: alius

O 3 divi-

Cap. XXII. a. *sincerus et tutus*: Omnium libr. lectio: bene ser-
 vata a Gronov. Muretus: *ptus*: Pinc. *ex toto*.

ex Plinio iun. laudat, nostro tamen praetermissio.

5. *Nihil ergo* etc.] Adulationis formam certe ingeniosam invenies, etiam si ipsum adulatorem contemnas. *Luget Polybius et aliquid — Caesare!* infortu-

nium maximum est, lugere, quum Caesar propitius sit, quum in summo felicitatis gradu constitutus sis. Lipsius merito haec inepta vocat.

Cap. XXIII. Revocat se a querelis lacrimisque nihil proficientibus.

divitias, quas optaverat, metuit, et voto laborat suo: alium sollicitudo, alium labor torquet, alium semper vestibulum obfidens turba: hic habere se dolet liberos, hic perdidisse. Lacrimae nobis deerunt, ante quam
 3 causae dolendi. Non vides, qualem vitam nobis rerum natura promiserit, quae primum nascentium omen fletum esse voluit? Hoc principio edimur, huic omnis sequentium annorum ordo consentit. sic vitam agimus: ideoque moderate id fieri debet a nobis, quod saepe faciendum est: et respicientes, quantum a tergo rerum tristitium immineat, si non finire lacrimas, at certe refer-
 4 vare debemus. Nulli parcendum est rei magis quam huic, cuius tam frequens usus est. Illud quoque te non minimum adiuverit, si cogitaveris, nulli minus gratum esse dolorem tuum, quam ei cui praestari videtur. Torqueri ille te aut non vult, aut non intelligit. nulla itaque eius officii ratio est, quod ei cui praestatur, si nihil sentit, supervacuum est: si sentit, ingratum.

XXIV. Neminem toto orbe terrarum esse, qui delectetur lacrimis tuis, audacter dixerim. Quid ergo? quem nemo adversus te animum gerit, eum esse tu credis fratris tui, ut cruciatu tuo noceat tibi: ut te velit abducere ab occupationibus tuis, id est, a studio, et a Caesare? Non est hoc simile veri. Ille enim indulgentiam tibi tanquam fratri praestitit, venerationem tanquam

2. *voto laborat suo*] torquetur eo, quod optaverat. Lipsius.

3. *Non vides* etc.] Vide, quomodo Seneca haec extulerit Consol. ad Marc. c. II.

Cap. XXIV. Nec frater lacrimas poscit: sis exemplo reliquis fratribus et absconde luctum.

a studio] i. propr. a studiis literarum. Eius occupationes continebantur bonis artibus et munere, quod Caesari praestabat. Lipsius ait: alludit ad munus eius: erat enim hic Polybius Principi suo a studiis, ut Suetonio dicitur c. 28. Quod tamen non ita capiendum, ut libris modo cum

Clau-

quam parenti, cultum tanquam superiori, ille desiderio tibi esse vult, tormento esse non vult. Quid itaque iuvat dolore intabescere: quem, si quis defunctis sensus est, finiri frater tuus cupit? De alio fratre, cuius incerta posset voluntas videri, omnia haec dubie ponerem, et dicerem: Sive te torqueri lacrimis nunquam desinentibus frater tuus cupit, indignus hoc affectu tuo est: sive non vult, ^a utrique vestrum inertem dolorem dimitte. nec impius frater sic desiderari debet, nec pius sic velit. In hoc vero, cuius tam explorata pietas, pro certo habendum est, nihil esse illi posse acerbius, quam hic si tibi casus eius acerbus est, si te ullo modo torquet, si oculos tuos, indignissimos hoc malo, sine ullo flendi sine et conturbat idem et exhaurit. Pietatem tuam ³ tamen nihil aequae a lacrimis tam inutilibus abducat, quam si cogitaveris, fratribus te tuis exemplo esse debere, fortiter hanc fortunae iniuriam sustinendi. Quod duces magni faciunt, rebus affectis, ut hilaritatem de industria simulent, et adversas res adumbratâ laetitiâ abscondant, ne militum animi, si fractam ducis sui mentem viderint, et ipsi collabantur: id nunc tibi quoque faciendum est. Indue dissimilem animo tuo vultum, et, si ⁴ potes, proiice omnem ex toto dolorem: sin minus, introrsus abde et contine, ne appareat, et da operam, ut fratres tui te imitentur: qui honestum putabunt, quodcunque facientem viderint, animumque ex vultu tuo fument. Et solatium debes esse, et consolator illorum: non poteris autem horum moerori obstare, si tuo induleris.

O 4

XXV.

Cap. XXIV. a. *utrique vestrum inertem*: Lips. ex suo libro.

Claudio vacaverit, sed imo *rendis*, quod infra c. 26. *libellis et desiderii hominum* disces. *capiendis, disponendis, sugge-*

XXV. Potest et illa res a luctu te prohibere nimio, si tibi ipse renuntiaveris, nihil horum quae facis posse subduci. Magnam tibi a partem hominum consensus imposuit: haec tibi tuenda est. Circumstat te omnis ista consolantium frequentia, et in animum tuum inquit, ac perspicit quantum roboris ille adversus dolorem habeat, et utrumne tu tantum rebus secundis dextere uti scias, an et adversas possis viriliter ferre: observantur oculi tui. Liberiora omnia sunt iis, quorum affectus tegi possunt: tibi nullum secretum liberum est; in multa luce fortuna te posuit, omnes scient, quomodo te in isto tuo gesseris vulnere: utrumne statim percussus arma submiseris, an in gradu steteris. Olim te in altiorem ordinem et amor Caesaris extulit, et tua studia deduxerunt: nihil te plebeium decet, nihil humile. Quid autem tam humile ac muliebre est, quam consumendum se dolori committere? Non idem tibi in luctu pari, quod tuis fratribus licet, multa tibi non permittit opinio de studiis ac moribus tuis recepta: multum a te homines exigunt, multum expectant. Si volebas tibi omnia licere; ne convertisses in te ora omnium! nunc autem tibi praestandum est, quantum promisisti omnibus illis, qui opera ingenii tui laudant, qui describunt, quibus, quum

Cap. XXV. a. partem. E codd. Gron. antea: personam.

Cap. XXV. Omnia quae tibi adfunt, dignitas etc. suadent, ut te a lacrimis temperes.

Magnam — partem] ad scenicas partes (Rolle vocamus) referam cum Lipsio et Gronovio. Partes autem imponuntur.

2. Liberiora — regi — steteris) Haud dubie de gladiatore vulnerato cogitavit, a

quo arma submittere victas manus dare, se victum declarare, et gradus i. locum et habitum firmum gladiatoris sumsit. altiore ordinem ad Caesaris domum pertinet.

3. describunt] exponunt virtutes et dotes operum tuorum: ad Sofios tamen illius temporis quoque spectare potest. Arbitri harum rerum laudant, et librarii occupati sunt

quum fortuna tua opus non sit, ingenio opus est. Custodes animi tui sunt: nihil unquam itaque potes 4 indignum facere perfecti et eruditi viri professione, ut non multos admirationis de te suae poeniteat. Non licet tibi flere immodice: nec hoc tantummodo non licet, nec somnum quidem extendere in partem diei licet, aut a tumultu rerum in otium ruris quieti confugere, aut assidua laboriosi officii statione fatigatum corpus voluptaria peregrinatione recreare, aut spectaculorum varietate animum detinere, aut tuo arbitrio diem disponere.

XXVI. Multa tibi non licent, quae humillimis et in angulo iacentibus licent. Magna servitus est magna fortuna. Non licet tibi quidquam arbitrio tuo facere: audienda sunt tot hominum millia, tot a disponendi libelli, tantus rerum ex orbe toto coeuntium congestus, ut possit per ordinem suum principis maximi animo subiici, erigendus tuus est. Non licet 2 tibi, inquam, flere: ut multos flentes audire possis, b ut periclitantium, et ad misericordiam mitissimi Caesaris pervenire cupientium lacrimae, sic tibi tuae afficandae sunt. Hoc tamen etiam non in levioribus remediis adiuvabit, quum voles omnium rerum oblivisci, cogita Caesarem: vide quantam huius in te in-

O 5

dulgenc-

Cap. XXVI. a. *disponendi libelli*: Haec lectio e codd. restituta e Lipsio.

b. *ut periclitantium — sunt* Gronov. e MSS.

sunt describendis libris tuis, ut aliis vendant. Posterius praeferam, obsequens: quibus — ingenio (tuo) opus est.

4. *Non licet tibi flere — nec somnum —*] si fratrem desiendo per magnam noctis partem, somno tandem obrutus in diei partem eam extendas etc.

Cap. XXVI. Cogitatio illa, te Caesarem iuvare, a flendo te retineat, et literis remittat.

Multa tibi etc.] Eadem fere invenies ap. Senec. de Clement. I, 8. *libelli* quibus preces aut desideria continentur.

dulgentiae fidem, quantam industriam debeas. intel-
 liges non magis tibi incurvari licere, quam illi, si
 quis modo est fabulis traditus, cuius humeris mun-
 3 dus innititur. Caesari quoque ipsi, cui omnia licent,
 propter hoc ipsum multa non licent. Omnium domos
 illius vigilia defendit, omnium otium illius labor,
 omnium delicias illius industria, omnium vacationem
 illius occupatio. Ex quo se Caesar orbi terrarum de-
 dicavit, sibi eripuit: et fiderum modo, quae irrequieta
 semper cursus suos explicant, nunquam illi licet nec
 subsistere, nec quidquam suum facere. Ad quendam
 itaque modum tibi quoque eadem necessitas iniungitur:
 4 non licet tibi ad utilitates tuas, ad studia tua respi-
 cere. Caesare orbem terrarum possidente, impartiri te
 nec voluptati, nec dolori, nec ulli alii rei potes: to-
 tum te Caesari debes. Adiice nunc, quod, quum
 semper praedices cariorem tibi spiritu tuo Caesarem
 esse, fas tibi non est, salvo Caesare, de fortuna queri.
 Hoc incolumi, salvi tibi sunt tui: nihil perdidisti: non
 tantum ficcos oculos tuos esse, sed etiam laetos oportet.
 in hoc tibi omnia sunt: hic pro omnibus est.
 5 Quod longe a sensibus tuis prudentissimis piissimisque
 abest, adversus felicitatem tuam parum gratus es, si
 tibi quidquam, hoc salvo, flere permittis. Monstrabo
 etiam nunc non quidem firmiter remedium, sed fami-
 liariter. Si quando te domum receperis, tunc erit tibi
 metuenda tristitia. nam quamdiu numen tuum intue-
 beris, nullum illa ad te inveniet accessum: omnia in
 te Caesar tenebit: quum ab illo discesseris, tunc, vel-
 ut occasione data, insidiabitur solitudini tuae dolor,
 et

2. Si quis modo est fabulis
 traditus] De Atlante cogi-
 tasse certum est. H. e. mihi
 videtur non solum fabula nar-
 rari Atlas, cuius humeris

mundus innititur, sed video
 quoque Caesarem nostrum At-
 lantem verum non fabu-
 losum.

et requiescenti animo tuo paulatim irrepet. Itaque 6 non est, quod ullum tempus vacare patiaris a studiis. tunc tibi literae tuae, tam diu ac tam fideliter amatae, gratiam referant: tunc te illae antistitem et cultorem suum vindicent: tunc Homerus et Virgilius, tam bene de humano genere meriti, quam tu de omnibus et de illis meruisti, quos pluribus notos esse voluisti quam scripserant, multum tecum morentur. tutum id erit omne tempus, quod illis tuendum commiseris. Tunc Caesaris tui opera, ut per omnia secula domestico narrentur praeconio, quantum potes compone: nam ipse tibi optime formandi condendique res gestas, et materiam dabit, et exemplum.

XXVII. Non audeo te usque eo producere, ut fabellas quoque et Aesopeos logos, intentatum Romanis ingeniis opus, solita tibi venustate connectas. difficile est quidem, ut ad haec hilariora studia tam vehementer

6. *tunc Homerus et Virgilius*] Homerum latine, Virgilium graece verterat, ut legi uterque posset. Mox *materiam* i. res gestae, e. c. Germania pacata, Britannia aperta. *exemplum*, ipse Claudius utraque lingua historias scripserat. Sueton. Claud. 41. 43.

Cap. XXVII. Deinde causae doloris inquirendae sunt.

Aesopeos logos, intentatum Romanis etc.] De fabulis aesopicis hic sermo est. At Phaedri fabulae tamen existant, quas a Tiberii liberti conditas ferunt. Nostro certe nondum innotuerunt, nec, quod mirum, ulli au-

torum veterum. Ex his aliisque rationibus et nomen Phaedri et eius fabularum opus inter supposita numeranda esse putaverunt viri quidam docti, inprimis Christius Lipsi., cuius rixa cum Funcio, Prof. quondam Rintelenfi, nota est. Res nondum omni parte ad liquidum perducta est. Si Rufi Festi Aviensi aetate (i. IV. seculo) vixerit auctor, quod, quantum sciam, doceri potest, nostro concedendum est, nemini Romanorum hoc genus (i. fabulas) tentatum fuisse. Qui tamen Phaedrum Augusti et Tiberii temporibus assignant, nostrum memoria lapsum esse contendunt.

2 menter perculsus animus, tam cito possit accedere: hoc tamen argumentum habeto iam corroborati eius, et redditi sibi, si poterit se a severioribus scriptis ad
 3 haec solutiora producere. In illis enim quamvis aegrum eum adhuc, et secum reluctantem, avocabit ipsa rerum quas tractabit austeritas: haec quae remissa fronte commentanda sunt, non feret, nisi quum iam sibi ab omni parte constiterit. Itaque debebis eum severiore materia primum exercere, deinde hilariore
 4 temperare. Illud quoque magno tibi erit levamento, si saepe te sic interrogaveris: Vtrumne meo nomine doleo, an eius qui decessit? Si meo, perit meae indulgentiae iactatio, et incipit dolor, hoc uno excusatus quod honestus est, quum ad utilitatem respiciat, a pietate desciscens. Nihil autem minus bono viro
 5 convenit, quam in fratris luctu calculos ponere. Si illius nomine doleo; necesse est, alterutrum ex his duobus esse iudicem. Nam si nullus defunctis sensus superest, evasit omnia frater meus vitae incommoda, et in eum restitutus est locus, in quo fuerat, antequam nasceretur, et expers omnis mali, nihil timet, nihil cupit, nihil patitur. Quis iste est furor, pro eo me nunquam dolere desinere, qui nunquam doliturus
 6 est? Si est aliquis defunctis sensus; nunc animus fratris mei, velut ex diutino carcere emissus, tandem sui iuris et arbitrii gessit, et rerum naturae spectaculo fruitur, et humana omnia ex superiore loco despicit; divina vero, quorum rationem tamdiu frustra quaesierat, propius intuetur. Quid itaque eius desiderio maceror, qui aut beatus, aut nullus est? beatum deslere, invidia est: nullum, dementia,

XXVIII.

4. *Nam si nullus defun-*
ctis] Hoc dilemma e Pla-
 tone sumtum esse vide-
 tur. Apolog. Socrat. p. 93.
 sq. T. I. bip.

5. *rerum — spectaculo —]*
 cf. Senecae Consol. ad Helv.
 17. Epist. 102. Consol. ad
 Marc. c. 25. etc., ubi similia
 his occurrunt.

XXVIII. An hoc te movet, quod videtur ingentibus et quum maxime circumfusis bonis caruisse? quum cogitaveris multa esse quae perdidit, cogita plura esse quae non timet. Non ira eum torquebit, non morbus affliget, non suspicio laceffet, non edax et inimica semper alienis processibus invidia confectabitur, non metus sollicitabit, non levitas fortunae cito munera sua transferentis inquietabit. Si bene composes, plus illi remissum, quam ereptum est. Non opibus fruatur, non tua simul ac sua gratia; non accipiet beneficia, non dabit. Miserum putas quod ista amisit, an beatum quod non desiderat? mihi crede, is beatior est, cui fortuna supervacua est, quam is cui parata est. Omnia ista bona, quae nos speciosa, sed fallaci voluptate delectant, pecunia, dignitas, potentia, aliaque complura, ad quae generis humana caeca cupiditas obstupescit, cum labore possidentur, cum invidia conspiciuntur: eosque ipsos quos exorant, et premunt, plus minantur, quam profunt. lubrica et incerta sunt; nunquam bene tenentur. nam ut nihil de tempore futuro timeatur, ipsa tamen magnae felicitatis tutela sollicita est. Si velis credere alius veritatem intuentibus, omnis vita supplicium est. In hoc profundum inquietumque proiecti mare, alternis aestibus reciprocum, et modo allevans nos subitis incrementis, modo maioribus damnis deferens, assidueque iactans, nunquam stabili consistimus loco: pendemus et fluctuamur, et alter in alterum illidimur, et ali-

Cap. XXVIII. Ad haec frater summa felicitate fruitur.

3. *Si velis credere alius veritatem intuentibus*] Ad metempsychosin haec spectant, Stoicis quam maxime alienam: at Pythagorae et quodammodo Platoni pro-

priam, quae potissimum inventa et inducta est propterea, ut ostenderetur ratio, qua tandem animus a corporis contagione liber ad altiora et beatiora evahi posset. cf. Tiedemann *Geist der spec. Philos.* I, 136. sqq. II, 169. sqq.

aliquando naufragium facimus, semper timemus. In hoc tam procelloso, et in omnes tempestates exposito mari navigantibus, nullus portus nisi mortis est.

4 Ne itaque invideris fratri tuo: quiescit. tandem liber, tandem tutus, tandem aeternus est: superstitem Caesarem, omnemque eius prolem, superstitem te cum omnibus habet fratribus. Antequam quidquam ex suo favore fortuna mutaret, stantem adhuc illam, et muna

5 nera plena manu congerentem reliquit. Fruitur nunc aperto et libero coelo, ex humili atque depresso in eum emicuit locum, quisquis ille est, qui solutas vinculis animas beato recipit sinu: et nunc libere vagatur, omniaque rerum naturae bona cum summa voluptate perspicit. Erras. non perdidit lucem frater tuus, sed securiorem sortitus est. omnibus illo nobis commune est iter. Quid fata deslemus? non reliquit ille nos, sed antecessit.

XXIX. Est, mihi crede, magna felicitas in ipsa felicitate moriendi. Nihil ne in totum quidem diem certi est. quis in tam obscura et involuta veritate divinatur, utrumne fratri tuo mors inviderit, an consulerit? Illud quoque, qua iustitia in omnibus rebus es, necesse est te adiuvet cogitantem, non iniuriam tibi factam, quod talem fratrem amisisti, sed beneficium datum, quod tamdiu pietate eius, uti fruique licuit.

2 Iniquus est, qui muneris sui arbitrium danti non relinquit: avidus, qui non lucri loco habet quod accepit, sed damni, quod reddidit. Ingratus est, qui iniuriam vocat finem voluptatis: stultus, qui nullum fructum esse putat bonorum, nisi praesentium, qui non et in praeteritis acquiescit, et ea iudicat certiora quae abierunt, quia de illis, ne desinant, non est timendum.

4. *Stantem*] Nondum se avertentem et abeuntem.

Cap. XXIX. Mortis felicitas. Praeterita bona habuisse gaudeas.

dum. Nimis angustat gaudia sua, qui eis tantummodo quae habet ac videt, frui se putat, et habuisse eadem pro nihilo ducit: cito enim nos omnis voluptas relinquit, quae fluit et transit, et paene antequam veniat, aufertur. Itaque in praeteritum tempus animus **3** mittendus est, et quidquid nos unquam delectavit, reducendum, ac frequenti cogitatione pertractandum est. Longior fideliorque est memoria voluptatum, quam praesentia. Quod habuisti ergo optimum fratrem, in summis bonis pone. Non est quod cogites, quanto diutius habere potueris, sed quamdiu habueris. Re- **4** rum natura illum tibi, sicut ceteris fratribus, non mancipio dedit, sed commodavit: quum visum est deinde, repetiit, nec tuam in eo fatietatem secuta est, sed suam legem. Si quis pecuniam creditam solvisse se moleste ferat, eam praesertim cuius usum gratuitum acceperit, nonne iniustus habebitur? Dedit natura fratri tuo vitam, dedit et tibi: quae suo iure usa, a quo voluit debitum suum citius exegit. non illa in culpa est, cuius nota erat conditio, sed mortalis animi spes avida, quae subinde quid rerum natura sit obliviscitur, nec unquam sortis suae meminit, nisi quum admonetur. Gaude itaque habuisse te tam bonum fra- **5** trem, et usumfructum eius, quamvis brevior voto tuo fuerit, boni consule. Cogita iucundissimum esse, quod habuisti; humanum, quod perdidisti. Nec enim quidquam minus inter se consentaneum est, quam aliquem moveri, quod sibi talis frater parum diu contigerit: non gaudere, quod tamen contigerit. At inopinanti ereptus est. Sua quemque credulitas decipit: **6** et in eis quae diligit, voluntaria mortalitatis oblivio. Natura nulli se necessitatis suae gratiam facturam esse testata est. Quotidie praeter oculos nostros transeunt notorum ignotorumque funera: nos tamen aliud agimus, et subitum id putamus esse, quod nobis tota vita

vita denuntiatur futurum. Non est itaque ista factorum iniquitas, sed mentis humanae pravitas, infatiabilis rerum omnium: quae indignatur inde se exire, quo admissa est precario.

XXX. Quanto ille iustior, qui nuntiata filii morte, dignam magno viro vocem emisit: Ego quum genui, tum moriturum scivi. Prorsus non mireris ex hoc natum esse, qui fortiter mori posset. Non accepit tanquam novum nuntium, filii mortem. quid est enim novi, hominem mori, cuius tota vita nihil aliud quam ad mortem iter est? Ego quum genui, tum moriturum scivi. Deinde adiecit rem maioris et prudentiae
 2 et animi: Huic rei sustuli. Omnes huic rei tollimur: quisquis ad vitam editur, ad mortem destinatur. Gaudeamus ergo omnes eo quod datur, reddamusque id quum reposemur. alium alio tempore fata comprehendent, neminem praeteribunt. In procinctu stet animus: et id quod necesse est, nunquam timeat:
 3 quod incertum est, semper exspectet. Quid dicam duces, ducumque progenies, et multis aut consulatibus conspicuos, aut triumphis, forte defunctos inexorabili? tota cum regibus regna, populi que cum gentibus tulere fatum suum. Omnes, immo omnia in ultimum diem spectant. non idem universis finis est. Alium in medio cursu vita deserit, alium in ipso aditu relinquit, alium in extrema senectute fatigatum iam et

Cap. XXX. Quum mors certa sit, dimittas luctum et studiis fueris te exhilara,

Ille iustior] De Xenophonte, Socratis discipulo et amico, haec accipias. Diog. Laert. II, 55. ib. Menag. nostrum locum non neglexit. Valer. Max. V, 10. Gryllus filius apud Mantineam in

pugna Lacedaemoniorum, a quorum parte stetit, cum Thebanis cecidit. — *Huic rei sustuli*] non Xenophontis sunt verba, sed Lacaenae ap. Cic. Tusc. dispp. I, 42: fin.

2. *In procinctu*] loquutio militaris: i. paratus ad pugnam, ad quaeque mala perpetienda.

et exire cupientem vix emittit: alio quidem atque alio tempore, omnes tamen in eundem locum tendimus. Vtrumne stultius sit nescio, mortalitatis legem ignorare, an impudentius, recusare. Agedum illa quae 4 multo ingenii tui labore celebrata sunt, in manus sume, utriuslibet auctoris carmina: quae tu ita resolvisti, ut quamvis structura illorum recesserit, permaneat tamen gratia. Sic enim illa ex alia lingua in aliam transfulisti, ut (quod difficillimum erat) omnes virtutes in alienam te orationem secutae sint. Nullus erit in illis scriptis liber, qui non plurima varietatis humanae incertorumque casuum et lacrimarum, ex alia atque alia causa fluentium, exempla tibi suggerat. Lege, quanto spiritu ingentibus intonueris rebus: pu- 5 debit te subito deficere, et ex tanta orationis magnitudine decidere. Ne commiseris, ut quisquis extemplo ac modo scripta tua mirabatur, quaerat quomodo tam grandia tamque solida tam fragilis animus conceperit. Potius ab istis quae te torquent, ad haec tot et tanta quae consolantur, converte, ac respice optimos fratres, respice uxorem, filium respice. Pro omnium horum salute, hac tecum portione fortuna decidit. Multos habes in quibus acquiescas.

XXXI. Ab hac te infamia vindicā, ne videatur omnibus plus apud te valere unus dolor, quam haec tam multa solatia. Omnes istos una tecum periculosos vides, nec posse tibi subvenire; immo etiam ultro exspectare, ut a te sublevantur, intelligis: et ideo quanto minus in illis doctrinae minusque ingenii est, tanto magis resistere te necesse est communi malo. Est autem hoc ipsum solatii loco, inter multos dolorem suum dividere: qui quia dispensatur inter plures, exi-

Cap. XXXI. Ipse Caesar Claudius tibi maximo solatio erit. Laudes Claudii.

2 *exigua debet apud te parte subfidere. Non desinam totiens tibi offerre Caesarem. illo moderante terras, et ostendente, quanto melius beneficiis imperium custodiatur, quam armis, illo rebus humanis praeside, non est periculum, ne quid perdidisse te sentias. in hoc uno tibi fatis praesidii, fatis solatii est. Attolle te, et quotiens lacrimae suboriuntur oculis tuis, totiens illos in Caesarem dirige; siccabuntur, maximi*
 3 *et clarissimi conspectu numinis. Fulgor eius illos, ut nihil aliud possint adspicere, praestringet, in se haerentes detinebit. Hic tibi, quem tu diebus intueris ac noctibus, a quo nunquam deiicis animum, cogitandus est, hic contra fortunam advocandus: nec dubito, quum tanta illi adversus omnes suos sit mansuetudo, tantaque indulgentia, quin multis iam solatiis tuum istud vulnus obduxerit, nonnulla quae dolori obstarent tuo, congesserit. Quid porro? ut nihil horum fecerit, nonne protinus ipse conspectus per se tantummodo cogitatusque Caesar, maximo solatio tibi*
 4 *est? Dii illum Deaque omnes terris diu commodent. acta hic divi Augusti aequet, annos vincat, ac, quamdiu inter mortales erit, nihil ex domo sua mortale esse sentiat. Rectorem Romano imperio filium longa fide approbet, et ante illum confortem patris, quam successorem accipiat. Sera, et nepotibus demum nostris dies nota sit, qua illum gens sua coelo afferat.*

XXXII. Abstine ab hoc manus tuas, fortuna, nec in isto potentiam tuam, nisi ea parte qua prodes, ostenderis. patere illum generi humano iam diu aegro et affecto mederi: patere, quidquid prioris principis

Cap. XXXII. Pergit in laudibus et bonis votis pronuntiandis pro Claudio: et sperat ex filii liberationem. De

Germania pacata et Britannia aperta cf. Argum.

prioris] i. Caii Caligulae.

cipis furor concussit, in locum suum restituere ac reponere. Sidus hoc, quod praecipitato in profundum, ac demerso in tenebras orbi refulsit, semper luceat. Hic Germaniam pacet, Britanniam aperiat, et patrios triumphos ducat, et novos: quorum me quoque spectatorem futurum, quae primum obtinet locum ex virtutibus eius, promittit clementia. nec enim sic me deiecit, ut nollet erigere: immo ne deiecit quidem, sed impulsus a fortuna et cadentem sustinuit, et in praeceptis euntem leniter divinae manus usus moderatione deposuit. Deprecatus est pro me senatum, et vitam mihi non tantum dedit, sed etiam petiit. Videbit, qualem volet aestimari causam meam: vel iustitia eius bonam perspiciet, vel clementia faciet, utrumque in aequo mihi eius beneficium erit, siue innocentem me scierit esse, siue voluerit. Interim magnum miseriarum mearum solatium est, videre misericordiam eius totum orbem pervagantem: quae quum ex ipso angulo, in quo ego defossus sum, complures multorum iam annorum ruina obrutos effoderit, et in lucem reduxerit, non vereor ne me unum transeat. Ipse autem optime novit tempus, quo cuique debeat succurrere: ego omnem operam dabo, ne pervenire ad me erubescat. O felicem clementiam tuam, Caesar! quae efficit, ut quietiorem sub te agant vitam exsules, quam nuper sub Caio egere principes. Non trepidant, nec per singulas horas gladium expectant, nec ad omnem navium conspectum pavent. Per te habent, ut fortunae saevientis modum, ita spem quoque melioris eiusdem, ac praesentis quietem. Scias licet ea demum fulmina esse iustissima, quae etiam percussi colunt.

P 2

XXXIII.

2. *Deprecatus*] ad Senecam quis intelligit, qui historiam hanc spectare non posse, inspexerit.

XXXIII. Hic itaque princeps, qui publicum omnium hominum solatium est, aut me omnia fallunt, aut iam recreavit animum tuum, et tam magno vulneri maiora adhibuit remedia: iam te omni confirmavit modo: iam omnia exempla, quibus ad animi aequitatem compellereris, tenacissima memoria retulit: iam omnium praecepta sapientum assueta sibi facundia
 2 explicuit. Nullus itaque melius has alloquendi partes occupaverit. aliud habebunt hoc dicente pondus verba, velut ab oraculo missa: omnem vim doloris tui divina eius contundet auctoritas. Hunc itaque tibi puta dicere: Non te solum fortuna defumfit tibi, quem tam gravi afficeret iniuria. nulla domus in toto orbe terrarum aut est, aut fuit sine aliqua comploratione. Tranfibo exempla vulgaria, quae etiam si minora, tamen mira sunt: ad fastos te, et annales perducam
 3 publicos. Vides omnes has imagines, quae implevere Caesareum atrium? nulla non harum aliquo suorum incommodo insignis est: nemo non ex istis in ornamentum seculorum refulgentibus viris, aut desiderio suorum tortus est, aut a suis cum maximo animi cruciatu desideratus est. Quid tibi referam Scipionem Africanum, cui mors fratris in exilio nuntiata est? Is frater qui eripuit fratrem carcere, non potuit eripere fato: et quam iuris aequi impatiens pietas Africani fuerit, cunctis apparuit. eodem enim die, quo viatoris manibus fratrem abstulerat, tribuno quoque plebis privatus intercessit. tam magno tamen fratrem de-
 4 sideravit hic animo, quam defenderat. Quid referam Aemilianum Scipionem, qui uno paene eodemque tem-

Cap. XXXIII. Claudii allocutio ad Polybium. Suetonium contendas.

Livium XXXVIII, 50. sqq. cf. Aul. Gell. VII, 19.

3. *Quid tibi referam Scipionem Africanum*] Praeter

4. *Quid referam Scipionem Aemil.*] cf. ad Marc. 13.

tempore spectavit patris triumphum, duorumque fratrum funera? adolescentulus tamen, ac prope modum puer, tanto animo tulit illam familiae suae, super ipsum Pauli triumphum concidentis, subitam vastitatem, quanto debuit ferre vir in hoc natus, ne urbi Romanae aut Scipio deesset, aut Carthago superesset,

XXXIV. Quid referam duorum Lucullorum direptam morte concordiam? Quid Pompeios? quibus ne hoc quidem saeviens reliquit fortuna, ut una denique conciderent ruina. Vixit Sextus Pompeius, primum forori superstes, cuius morte optime cohaerentis Romanae pacis vincula resoluta sunt. Idemque vixit superstes optimo fratri: quem fortuna in hoc erexerat, ne minus alte eum deiiceret, quam patrem deiecerat: et post hunc tamen casum non tantum dolori, sed bello suffecit. Innumerabilia undique exempla separatorum morte fratrum succurrunt; immo contra, vix ulla unquam horum paria conspecta sunt una senescencia: sed contentus nostrae domus exemplis ero. Nemo enim tam expers erit sensus ac sanitatis, ut fortunam ulli queratur luctum intulisse: quam sciet etiam Caesarum lacrimas concupisse. Divus Augustus amisit

P 3

Octa-

Cap. XXXIV. Alia exempla domestica profert Claudius.

Lucullorum] cf. Plurarch. et Index hist. Ernest. ad Cic. De *Pompeio* omnia nota: Sexti Pomp. soror fuit Pompeia nupta Fruusto Sullae, Dictatoris illius filio. *Cuius morte*] Lipsii sententiae subscribo: Plane hic nihil video. Si de Julia dixisset, quae noverca Sexto: bene

et vere esset. de *Pompeia* nihil extrico. Fuit quidem *Pompeia Sexti filia* (non soror) desponsa, in pignus fidei pacis, cum Triumviris initae, Marcello, Octaviae filio: sed desponsa non deducta, neque de morte etiam legi. Itaque alius haec illustret: aut noster *μετ᾽ ἄλλων* scripserit, ut plura. — Cetera quae hoc capite ad fami-

liae

Octaviam sororem carissimam, et ne ei quidem rerum natura lugendi necessitatem abstulit, cui coelum destinaverat: immo vero idem omni genere orbitatis vexatus, sororis filium successioni praeparatum suae perdidit. Denique ne singulos eius luctus enumerem, et generos ille amisit, et liberos, et nepotes: ac nemo magis ex omnibus mortalibus hominem esse se, dum inter homines erat, sensit. Tamen tot tantosque luctus cepit rerum omnium capacissimum eius pectus, victorque divus Augustus non gentium tantummodo externarum, sed etiam dolorum fuit. Caius Caesar, divi Augusti avunculi mei filius ac nepos, circa primos iuventae suae annos Lucium fratrem carissimum sibi, princeps iuventutis principem eiusdem iuventutis amisit, in apparatu Parthici belli, et graviore multo animi vulnere, quam postea corporis, ictus est: quod utrumque piissime idem, et fortissime tulit. Caesar patruus meus, Drusum Germanicum patrem meum, minorem natu quam ipse erat fratrem, intima Germaniae recludentem, et gentes ferocissimas Romano subiicientem imperio, in complexu et osculis suis amisit: modum tamen lugendi non sibi tantum, sed etiam aliis fecit: ac totum exercitum, non solum moestum, sed etiam attonitum, corpus Drusi sui sibi vindicantem, ad morem Romani luctus redegit: iudicavitque non militandi tantum disciplinam esse servandam, sed etiam dolendi. Non potuisset ille lacrimas alienas compescere, nisi prius pressisset suas.

XXXV. M. Antonius avus meus, nullo minor nisi eo a quo victus est, tunc quum Rempublicam constitueret, et triumvirali potestate praeditus, nihil supra se, exceptis vero duobus collegis omnia infra se

cer-

cerneret, fratrem interfectum audivit. Fortuna impotens, quales ex humanis malis tibi ipsa ludos facis! Eo ipso tempore, quo M. Antonius civium suorum vitae sedebat mortisque arbiter, M. Antonii frater duci iubebatur ad supplicium. Tulit hoc tamen tam triste vulnus eadem magnitudine animi, qua omnia alia adversa toleraverat: et hoc fuit ei lugere, viginti legionum sanguine fratri parentare. Sed ut omnia alia exempla praeteream, ut in me quoque ipso alia taceam funera, bis me fraterno luctu fortuna aggressa est: bis intellexit laedi me posse, vinci non posse. Amisi Germanicum fratrem: quem quomodo amaverim, intelligit profecto, quisquis cogitat, quomodo suos fratres pii fratres ament. Sic tamen affectum meum rexi, ut nec relinquerem quidquam quod exigi deberet a bono fratre, nec facerem quod reprehendi posset in principe. Haec ergo puta tibi parentem publicum referre exempla, eundem ostendere quam nihil sacrum intactumque sit fortunae, quae ex his penetibus ausa est funera ducere, ex quibus erat deos petitura. Nemo itaque miretur, aliquid ab illa aut crudeliter fieri, aut inique. Potest enim haec adversus privatas domos ullam aequitatem nosse, aut ullam modestiam, cuius implacabilis saevitia totiens ipsa funestavit pulvinaria? Faciamus licet illi convicium, non nostro tantum ore, sed etiam publico: non tamen mutabitur: adversus omnes se preces, omnesque ^a ceremonias eriget. Hoc fuit in rebus humanis fortuna, hoc erit; nihil inausum sibi reliquit: nihil intactum relinquet. Ibit violentior per omnia, sicut semper est solita, eas quoque domos

P 4

ausa

Cap. XXXV. a. *ceremonias*: e MSS, Gron. dedit.

fratrem] cf. Plutarch. Brut. c. 28. *viginti legiones* a Bruti Cassique partibus erant.

ausa iniuriae causa intrare, in quas per templa aditur, et atram laureatis foribus induet vestem.

XXXVI. Hoc unum obtineamus ab illa votis ac precibus publicis, si nondum illi genus humanum placuit consumere; si Romanum adhuc nomen propitia respicit, hunc principem, lapsis hominum rebus datum, sicut omnibus mortalibus, sibi esse sacrosanctum velit. discat ab illo clementiam, atque sit mitissimo omnium
 2 principum mitis. Debes itaque omnes intueri eos, quos paulo ante retuli, aut adscitos coelo, aut proximos, et ferre aequo animo fortunam, ad te quoque porrigentem manus, quas ne ab eis quidem, per quos vivimus, abstinet. Debes illorum imitari firmitatem in perferendis et evincendis doloribus, et in quantum modo homini
 3 fas est, per divina ire vestigia. Quamvis in aliis rebus
 a dignitatum ac nobilitatum magna discrimina sint, virtus in medio posita est: neminem dedignatur, qui modo dignum se illâ iudicet. Optime certe illos imitaberis, qui quum indignari possent non esse ipsos expertes huius mali, tamen in hoc uno se ceteris exaequari hominibus, non iniuriam, sed ius mortalitatis iudicaverunt; tuleruntque nec nimis acerbe et aspere quod acciderat, nec molliter et effeminate. Nam et non sentire mala sua, non est hominis: et non ferre, non est
 4 viri. Non possum tamen, quum omnes circumiverim Caesares, quibus fortuna fratres et sorores eripuit, hunc praeterire ex omni Caesarum numero excerpendum: quem rerum natura in exitium opprobriumque humani generis edidit, a quo imperium eversum funditus, principis piissimi recreat clementia. C. Caesar, amissa sorore Drusilla, is homo qui non magis dolere quam gaudere principaliter posset, conspectum conversationemque civium suorum profugit, exequisque sororis suae non interfuit, iusta sorori non praestitit, sed in

in ^b Albano suo tesseris ac foro, et provocatis huiusmodi aliis occupationibus acerbissimi funeris levabat mala. Pro pudor imperii! principis Romani lugentis 5 forem alea solatium animi fuit. Idem ille Caius furiosa inconstantia, modo barbam capillumque submittens, modo Italiae ac Siciliae oras errabundus permeiens, et nunquam satis certus utrum lugeri vellet, an coli forem. Eodem enim tempore, quo templa illi constituebat ac pulvinaria, eos qui parum moesti fuerant, crudelissima afficiebat animadversio. Eadem 6 enim intemperie animi adversarum rerum ictus ferebat, qua secundarum elatus eventu, supra humanum intumescebat modum. Procul istud exemplum ab Romano viro, luctum suum aut intempestivis avocare iusibus, aut sordium ac squaloris foeditate irritare, aut alienis malis oblectare, minime humano solatio. Tibi vero nihil ex consuetudine mutandum tua, quoniam quidem ea instituisti amare studia, quae et optime felicitatem extollunt, et facillime minuunt calamitatem: eademque et ornamenta hominum maxima sunt, et solatia.

XXXVII. Nunc itaque te studiis tuis immerge altius, nunc illa tibi velut munimenta animi circumda, nec ex ulla tui parte inveniat introitum dolor. Fratris quoque tui produc memoriam aliquo scriptorum monumento tuorum: hoc enim unum est rebus humanis opus, cui nulla tempestas noceat, quod nulla consumat vetustas: cetera, quae per constructionem lapidum, et marmoreas moles, aut terrenos tumulos in magnam e ductos altitudinem constant, non propagabunt longam diem, quippe et ipsa intereunt. Immortalis est ingenii memoria: hanc 7 tuo fratri largire, in hac eum colloca. melius illum duraturum semper consecrabis ingenio, quam irrita dolore lugebis. Quod ad ipsam fortunam pertinet, etiam si

P 5

nunc

b. in Albano — foro. locus corruptus.

nunc agi apud te causa eius non potest: omnia enim illa quae nobis dedit, ob hoc ipsum, quod aliquid eripuit, invisa sunt: tunc tamen erit agenda, quum primum aequiorem te illi iudicem dies fecerit: tunc enim poteris in gratiam cum illa redire. Nam multa providit, quibus hanc emendaret iniuriam: multa etiam nunc dabit quibus redimat: denique ipsum quod abstulit, ipsa 3 dederat tibi. Noli ergo contra te ingenio uti tuo, noli adesse dolori tuo. Potest quidem eloquentia tua, quae parva sunt approbare pro magnis: rursus magna attenuare, et ad minima deducere: sed alio ista vires fervet suas, nunc tota se in solatium tuum conferat. Sed tamen dispice, ne hoc iam quoque ipsum sit supervacuum. aliquid enim a nobis natura exigitur: plus vanitate contra- 4 hitur. Nunquam autem ego a te, ne ex toto moereas, exigam. Et scio inveniri quosdam durae magis quam fortis prudentiae viros, qui negent doliturum esse sapientem. Hi vero videntur nunquam in huiusmodi casum incidisse: alioquin excussisset illis fortuna superbam sapientiam, et ad confessionem eos veri etiam invitos compulisset. Satis praestiterit ratio, si id unum ex dolore, quod et superest et abundat, exciderit. ut quidem nullum omnino esse eum patiat, nec sperandum 5 ulli, nec concupiscendum est. Hunc potius modum fervet, qui nec impietatem imitetur, nec insaniam: et nos in eo teneat habitu, qui et piae mentis est, nec ^a motae. Fluant lacrimae, sed eadem desinant: trahantur ex imo pectore gemitus, sed iidem et finiantur. Sic rege animum tuum, ut et sapientibus te approbare possis, et fratribus. Efficere, ut frequenter fratris tui memoriam tibi velis occurrere, ut illum et sermonibus ce- 6 lebres, et assidua recordatione repraesentes tibi. Quod ita denique consequi poteris, si tibi memoriam eius iucundam magis, quam flebilem feceris. naturale est enim, ut

ut semper animus ab eo refugiat, ad quod cum tristitia revertitur. Cogita modestiam eius, cogita in rebus agendis solertiam, in exsequendis industriam, in promissis constantiam. Omnia dicta eius ac facta et aliis expone, et tibi ipse commemora. Qualis fuerit cogita, qualisque sperari potuerit: quid enim de illo non tuto sponderi fratre posset? Haec, utcunque potui, 7 longo iam fitu obsoleto et hebetato animo composui: quae si aut parum respondere ingenio tuo, aut parum mederi dolori videbuntur, cogita quam non possit is alienae vacare consolationi, quem sua mala occupatum tenent; quam non facile Latina ei verba homini succurrant, quem barbarorum inconditus et barbaris quoque humanioribus gravis fremitus circumsonat.

A D M A R C I A M C O N S O L A T I O

L I B E R V N V S .

A R G V M E N T V M .

Consolationis huius duae partes praecipuae sunt. Prior quidem partem laudibus Marciae continetur, ut viam sibi munit Seneca ad eam consolandam, atque ut luctus pertinaciam molliat frangatque, tum rationibus generalioribus afferendis, ut placidius ferat fata sua aspera. Ac primum laudibus extollit Marciae fortitudinem animi, virtutes ac merita de patre Cordo Crenutio, ideoque de Romanorum historia studiisque, patris quidem libris historicis iisque praeclaris de bellis civilibus, non sine periculo conservatis. Quae quum memoret, mala etiam, quae iam ante passa erat, quam filius Metilius a vita discederet, praeterire nec potuit, nec voluit, ut sibi ne deesset occasio docendi, quantopeve curae sibi sit Marciae luctus, quem quomodo depelli oporteat, affert consilium suum. Dolorem neque leniter, nec verborum lenociniis mitigandum, sed aperte et vi frangendum esse. Idcirco nova deinde usus ratione non praeceptis, sed exemplis in utramque partem, quum pertinacis tum facilis luctus in medium propositis, suavitatis Marciae, ut Liviam, uxorem Caesaris Augusti, quae amisso Druso filio, qui in Germania extinctus erat, se consolandam Aere philosopho mariti tradiderat, potius imitaretur, quam Octavianam eiusdem Augusti sororem, quae Marcello e Virg. Aen. VI. fin. notissimo eoque morte praematura functo, pertinacissime omnibus se subduxerunt consolationibus (1—6.). Ingeniose admodum et perquam apposite Aeri allocutioni ad Liviam in rem suam praesentem conversae ea omnia indidit, quibus luctus certe contumacia domari posset (4. 3—6. cap.). Sin autem luctum praeferat Marcia, se lubenter quidem cum ea lucturum promittit; sed inter omnes, pergit, constat, luctu nihil profici. Neque tamen hoc ita intelligendum esse, perinde quasi omnia suorum desideria reiicienda essent: sint tantum modica, ideoque amoveantur imaginationis insinuationes et opinionum commenta, suadet, ne desideria immolice augeantur. Natura enim requirit luctum modicum: documento sunt ferae. Immodicum autem non esse secundum naturam, docet, quippe varium et decrescens successu temporis,

c. 7. 8.: immo proficisci a mollitie nostra et incogitantia, ut mala quotidiana aliorum ad nos putemus non pertinere, nec ea bona, quibus utamur, in adventitiis atque commodatis ad punctum temporis ducamus: quum tamen omnia mutationibus sint obnoxia. 9. Porro mortalem et ipsam esse, et hominem ideoque animantium omnium infirmissimum genuisse monet; multas tamen ex eo voluptates percepisse, easque meliores esse, quam si nullae contigissent. Iam etsi malevoli solatii genus sit, malorum habere socios et multos infeliciores esse, tamen exempla huius notae eo nomine ut utilia affert, quod fuisse docent, qui lenierint aspera facta placide ferendo: L. Sylla, Xenophon etc. — 16. Quin etiam ipsae feminae exempla eiusmodi suppeditaverunt, Lucretia, Cloelia, Corneliae — Vbique locorum itaque mala bonis sunt mixta: sed Marciae plura bona adsunt, quum liberos adhuc et neptes habeat. Accedit, quod fata talia humanae sortis sint, parentibus ante nota, quam liberos procreent: exemplum est navigatio in locum amoenissimum, Syracusas, quae et mala et prospera esse potest — 19. Inde a cap. 19. sequitur posterior pars, quae solatiis continetur. Ac primum desiderium eius, quem dileximus, tolerabile quidem per se apparet, sed opinione sit intolerabile: facilius futurum, si putaverimus, desideratos amicos peregre abiisse, quos aliquando consequamur praemissos. Deinde monet, ne praesidium putet in filio amisso esse: prodesse enim hoc tempore orbitatem, quippe divitiarum avidos potentiores conciliantem. Tum, pergit, quum detrimenta tua te non moveant; nec est, quod primo filii detrimenta, quod decessit, te movere possint, ut qui nullis amplius malis afficitur in magnam et aeternam tranquillitatem et pacem evectus. Sequitur inde, mortem esse felicitatem summam, quae bonis viris contingere possit. Quam occasione data mortis encomium adiungit. 19. 20. Nec angere te potest, quod non tam diu vixerit, quam potuisset, quum tamen primum nescis, an filio longior vita expedierit, omnibus quippe rebus mutationi subiacentibus: deinde cogita animi mille labes et corruptelas atque casus, quibus vita humana exposita est, e. c. incendia, ruinas, morbos, exilium, carceres etc. Ipsum tibi patrem proponas, hominem egregium, qui ob unum aut alterum liberius dictum in Seianum accusatus vitam inediam finire coactus est. Ad haec filius tuus bene ideoque diu vixit: laudes Metilii. 23. 24. Proinde luctum minuas aut tollas: Metilius enim in locis superioribus summa felicitate fruitur cum Scipionibus, Catonibus etc., et cum avo suo, cuius allocutio ad filiam Marciam egregia, qua eam solatur et erigit, et magno ore ad supera illa et coeli spectacula vocat, consolationi nostrae finem imponit.

Marcia, gratiosa, docta et dives matrona Romana, ad quam haec consolatio missa fuit, filia A. Cremutii Cordi, qui a. V. C.

777. (sive secundum Tacitum 778.) inedia vitam finiit, (vid. ad I, 2.) plures annos luxerat mortem patris: sedaverat hunc luctum, quum subito filius eius, Metilius optimae spei vir (cf. c. 24.) morte matura eriperetur. Quem quum tres annos continuos iam luxisset pertinacissime, solatia matri praeparanda sibi proposuit noster. De tempore, quo haec consolatio scripta sit, nihil certi definiiri potest. Lipsio tamen probabile fuit, sub Claudio, et post exsilium Senecae scriptam esse. Sub Tiberio enim auctum hunc Metilium honoribus veri simile haud esse: sub Caio Caligula igitur factum, qui et alia acta Tiberii rescidit et nominatim A. Cremutii Cordi scripta lectitari permisit: quod eodem isto c. I. tangitur: neque igitur ante potuit haec consolatio edi, praesertim inveterato dolore, ut loquitur, et triennali illo lapsu. Quibus quid obiiciam, non habeo. Addi potest, nostrum c. 22, I. ad Claudium respexisse hisce verbis: Aut fera eoque foedior luxuria invasit etc.

I.

Nisi te, Marcia, scirem tam longe ab infirmitate muliebris animi, quam a ceteris vitiis recessisse, et mores tuos velut antiquum aliquod exemplar aspici: non auderem obviam ire dolori tuo, cui viri quoque libenter haerent et incubant, nec spem concepissem, tam iniquo tempore, tam inimico iudice, tam invidioso crimine, posse me efficere, ut fortunam tuam absolveres. Fiduciam mihi dedit exploratum iam robur animi, et magno

ex-

ANIMADVERSIONES.

Cap. I. Laudat eius animum moresque et merita in patris memoriam, ut sibi viam muniat ad Marciam consolandam. Deinde non moliter ostendit, se acturum esse, sed remedia violenta adhibiturum. Eadem fere methodo usum esse nostrum, vidimus in consolatione ad Helviam matrem, c. 2.

iniquo tempore — *absolve-*
res] spectat ad diuturnitatem

doloris; qui tantum aberat, ut minueretur, ut aevo vires sumisset, ideoque exigua spes erat eam in viam reductum iri: illa enim ipsa *iudex* quasi sedebat *inimica* atque infesta omni allocutioni, si qui fortunam excusare voluissent; adversus quam *crimen* semper urgebat *invidiosum* non sine opprobatione reprehensionis, filii tantae spei sibi ablati.

experimento approbata virtus tua. Non est ignotum, ² qualem te in personam patris tui gesseris, quem non minus quam liberos dilexisti, excepto eo, quod non optabas superstitem: nec scio an et optaveris. Permittit enim sibi quaedam et contra bonum morem magna pietas. Mortem A. Cremutii Cordi, parentis tui, quantum poteras, inhibuisti. Postquam tibi ^a aperuit, inter Seianianos satellites illam unam patere servitutis fugam, non favisti consilio eius, sed dedisti manus victa, fudistisque lacrimas; palam et gemitus devorasti quidem, non tamen hilari fronte texisti: et hoc illo seculo, quo magna pietas erat, ^b nihil pie facere. Ut vero ali- ³ quam

V A R I E T A S L E C T I O N I S.

Cap. I. a. *aperuit*. Bona lectio; cf. 22, 4 et 5. *apparuit* est e socordia librarr.: ipsa enim Marcia nihil advertit consilium patris, priusquam ille sua sponte iudicium fecisset, se mori velle. Mox: *fudisti lacrimas; palam et gemitus d.* Palam omnes scripti habent: *clam* in edd. nonnullis, Lipsio probante, pietatem filiae merumque tyranni praetextens. Sed distinctione post *lacrimas* facta, sensus sibi constat et auctoritas codd. Devorare enim gemitus illè dicitur, qui luctum vult obruere lacrimis suppressis: cf. Consolat. ad Helv. 16, 6. volumus eum interim obruere et devorare gemitus. Domi itaque lacrimas profudit, ut mortem patris inhiberet, palam vero s. publice sibi temperavit a lacrimis.

b. *nihil pie facere*. Atrox seculi ingenium antithesi pingit. Dedi *pie* ex coniectura mea tam certa, ut mihi persuadeo, ut audaciae crimine absolutum iri sperem ab aequis arbitris. Sensus autem *τὸ pie* manifesto postulat: Pia in patrem fuisti, ne tristitia quidem tua publice celata; res periculosa nostro seculo, quo pia fuisses, si hilarem te praebuisses. — Facile vides, vulgatam lectionem: *nihil impie facere* nullum sensum commodum promere. Nihil enim est, quod interponas ut tertium quid *τὸ pie* facere, et impie facere. Proinde qui *τὸ impie* tueretur, seculo Tiberii pietatem assignat contra historiae fidem.

2. *Non est ignotum* etc.] ann. 777. s. 778. (secundum cf. infra 22. Egregie haec Tacitum) urb. cond., hac re de A. Cremutio Cordo narratur memorata; addit, Marciam Annal. IV, 34. Crem. Cordi filiam, ad quam haec consolatio missa est, aliosque sua exemplaria historiae de

quam occasionem mutatio temporum dedit, ingenium patris tui, de quo sumtum erat supplicium, in usum hominum reduxisti, et a vera illum vindicasti morte, ac restituisisti in publica monumenta libros, quos vir ille fortissimus sanguine suo scripserat. Optime meruisti de Romanis studiis; magna illorum pars arserat: optime de posteris, ad quos veniet incorrupta rerum fides, auctori suo magno imputata: optime de ipso, cuius vigeat vigebitque memoria, quamdiu fuerit in pretio, Romana cognosci, quamdiu quisquam erit, qui reverti velit ad acta maiorum, quamdiu quisquam, qui velit scire, quid sit vir Romanus, quid subactis iam cervicibus omnium, et ad Seianianum iugum adactis, indomitus
 4 sit homo, ingenio, animo, manu liber. Magnum merchercule detrimentum respublica ceperat, si illum ob duas partes pulcherrimas in oblivionem coniectum, elo-

c. partes Lipsius cum libris aliquot praetulit, quum libertas non bene inter artes (quae vulgata erat lectio) censeatur. Sed quia ars et dicitur de virtute quacunque, quam quis sibi paraverit studio, hoc loco etiam artes defendi possunt: libertas enim designat sententias et cogitationes liberi eiusdemque doctrina expoliti hominis. At parum refert: itaque nihil mutavi.

de Augusti rebus a patre compositae, ob quam a Seianianis accusatus erat: *quod editis annalibus*, Taciti verbis utor, *laudatoque M. Bruto, C. Cassium Romanorum ultimum dixisset*, celasse et post mortem Tiberii sub Caligula edidisse. *quod non optabas eum tibi superspitum esse. Contra bonum morem* a natura praescriptum, ut parentes ante liberos moriantur. *Seianianos*. Accusabant Satrius Secundus, et Pinnarius Natta, Seiani clientes. Tacit. l. l.

3. *Mutatio temporum*] Titi Labieni, *Cordi Cremuzii*, Cassi Severi scripta, senatusconsultis abolita, requiri et esse in manibus lectitarique permittit (Caligula). Sueton. Calig. 16. *Ingenium* multa affectum erat. *publica monumenta* i. bibliothecas. Quod Tacitus l. l. pluribus tribuit, id noster uni filiae assignat, honoris causa. *sanguine suo*, quoniam propter commentarios suos, *de civilibus bellis, et de bello Philippensi* accusatus obiit. Sub Augusto scripserat, et illo au-

eloquentiam et libertatem, non eruiffes. Legitur, floret, in manus hominum, in pectora receptus, vetustatem nullam timet. At illorum carnificum cito scelera quoque, ^d quibus folis memoriam meruerunt, tacebunt. Haec magnitudo animi tui vetuit me ad sexum tuum respicere, vetuit ad vultum, quem tot annorum continua tristitia, ut semel obduxit, tenet. Et vide quam **5** non surrepam tibi, nec ^e fucum facere affectibus tuis cogitem. Antiqua mala in memoriam reduxi: et vis scire hanc quoque plagam esse sanandam? ostendi tibi aequae magni vulneris cicatricem. Alii itaque molliter agant, et blandiantur: ego configere cum tuo moerore constitui, et defessos exhaustosque oculos, si verum audire vis, magis iam ex consuetudine, quam ex desiderio fluentes, continebo, si fieri potuerit, te favente remediis tuis; sin minus, vel invitâ. teneas licet et amplex-

d. *quibus f. m. m. tacebunt.* i. evanescent, non apparebunt, non noscentur, quem usum loquendi exemplis illustravit I. F. Gronov. ad Liv. IX, 6. Est lectio MSS. Erasmi cer. at Pincianus et Muretus *tacebuntur* et Grut. *iacebunt*, dederunt.

e. *fucum facere* i. fallere; fallendo blandiri: sic Erasim. al. alii libri *furtum facere*, i. e. Lipsio interprete: non clam aut astu insinuare me statui, et in pectus admissus quasi furto et insidiis dolorem tollere. Quum vero *τὸ* furtum facere significet, et furari et clam aliquid facere, quorum neutrum huc facit, exemplâ locutionis eo sensu, quem Lipsius innuit, desidero.

audiente recitata, Suet. Tib. 61. Aug. 35. — *arserat*, multi horum librorum desiderio tenebantur. — *manu liber*, quoniam mortem sibi ipse conscivit. *Ingenio* ob scriptionem et stylum. Lipsius tamen *manu* explicat de scriptione et stilo.

4. *vetustatem nullam timet*] Tamen illa immortalitas, quam hic Cordo divinavit noster;

vana fuit. Iniuria enim temporum nec huius praeclaris monumentis pepercit: Periere autem omnia, praeter fragmenta quaedam ap. Senecam patrem Suaforia VII. p. 44. 47. ed. Gronov. (39. sq. bip.) — *tot annorum*, vid. Argumentum huius Consolat.

5. *teneas licet* etc.] Comparat hoc loco Lipsius Platonem T. VII. p. 302. c. bip:

plexeris dolorem tuum, quem tibi in filii locum superstiti-
 6 tem fecisti. Quis enim erit finis? omnia in superva-
 cuum tentata sunt. fatigatae allocutiones amicorum; au-
 ctoritates magnorum et affinium tibi virorum; studia,
 hereditarium et paternum bonum, surdas aures, irrito
 ac vix ad brevem occupationem proficiente solatio,
 transeunt. illud ipsum naturale remedium temporis, quod
 7 maximas aerumnas quoque componit, in te una vim
 suam perdidit. Tertius iam praeteriit annus, quum in-
 terim nihil ex primo illo impetu cecidit: renovat se, et
 corroborat quotidie luctus, et iam sibi ius morâ fecit,
 eoque adductus est, ut putet turpe, desinere. Quem-
 admodum omnia vitia penitus insidunt, nisi, dum iur-
 gunt, oppressa sint: ita quoque haec tristitia et misera,
 et in se saevientia, ipsa novissime acerbitate pascuntur,
 8 et fit infelicis animi prava voluptas dolor. Cupissem
 itaque primis temporibus ad istam curationem accedere.
 levioze medicina fuisset oriens adhuc restinguenda vis:
 vehementius contra inveterata pugnandum est. Nam
 vulnerum quoque sanitas facilis est, dum a sanguine re-
 centia sunt: tunc et uruntur, et in altum revocantur,
 et

6. *studia*] quae sunt tibi
hereditarium — bonum. Fuit
 itaque Marcia literis bonis
 erudita. *occupationem*, avoca-
 mentum a dolore. Consol.
 ad Helv. 16. med. ad Polyb.
 36, 3.

7. *Tertius — annus*] ex
 morte filii. *ita quoque — do-*
lor] Sotion (s. Sorades in pri-
 mâ Gesn. ed.) apud Stobaeum
 Serm. CVI.: ἡ λύπη παρ'
 οἷς αὖ τρέφεται καὶ αὐξέ-
 ται, παρ' ἐκείνοις ἠδέως
 καὶ μένει.

8. *Cupissem itaque primis*
temporibus — est] cf. Consol.
 ad Helv. 1, 2. ubi aliter sen-
 tire videtur, ac hoc loco. Sed
primis temporibus h. l. noli
 acrius urgere. Neque nimis
 recenti dolori occurras nisi le-
 nibus medicamentis, ne reme-
 diis aliis irriteretur, neque ve-
 teri, ne innovetur. Epist. 63.

Nam vulnerum quoque sa-
nitas facilis est —] A. Corn.
 Celsus saniora suadet V, 21.
 p. 296. sq. bip.: tandem ta-
 men et ferrum candens com-
 men-

men-

et digitos scrutantium recipiunt. ubi corrupta in malum ulcus ^f veterarunt, difficilius curantur. ^g Non possum nunc per obsequium, nec molliter assequi tam durum dolorem: frangendus est.

II. Scio, a praeceptis incipere omnes qui monere aliquem volunt, et in exempla definere. Mutari hunc interim morem expedit. Aliter enim cum alio agendum est. Quosdam ratio ducit: quibusdam nomina clara opponenda sunt, et auctoritas, quae liberum non relinquat animum ad speciosa stupentem. Duo tibi ponam ² ante oculos maxima, et sexus et seculi tui, exempla: alterius, feminae, quae se tradidit ferendam dolori: alterius, quae pari affecta casu, maiore damno, non tamen dedit longum in se malis suis dominum, sed cito animum in sedem suam reposuit. Octavia et Livia, al-

Q 2

tera

f. *veterarunt*: Gronov. e MSS. restituit. Antea legebatur apud al. et ap. Erasm. *se verterunt*. To: *veterarunt* maiorem vim habere quam: *se verter*. quivis intelliget. Recte coni. *inveterarunt* repudiavit Gronov.

g. *Non possum nunc per obsequium, nec molliter assequi — est*. Sensus cuique manifestus est. Sed in voce *assequi* haeserunt Lipsius ad h. l., et D. W. Triller. Obsf. critt. IV, 17. p. 414. Lipsius suspectam habet, nulla medela adhibita. Triller proponit: *aggredi*; *attrectare*; *prosequi*: prius tamen praefert: τω' assequi repudiato: languet enim nimis ex eius iudicio. Dissentio. Assequi enim dicitur, ut notum est, de eo, qui aliquem occupat fugientem. Iam quum de medela mali molli loquatur, equidem haud intelligo, quomodo languet verbum mollius in re molli adhibitum.

mendat. *tunc et vivuntur* ad profluvium sanguinis impediendum: *in altum revocantur*, igne adhibito contracta vulnera; ut tententur et deinde melius coeant emplastro ope.

Cap. II. Octavia, tamquam exemplum, quod sequi possit, ante oculos ponitur. Exempla Marciae ante oculos ponere mavult quam praecepta,

propterea quod haec a pluribus (c. 1; 6.) iam prolata sunt, sed frustra.

speciosa] clara nomina adfert, quum *ratio* praecepta nihil profecerint ad dolorem prohibendum.

2. *maiore damno*] i. iactura, quum Drusus et annis et rebus gestis maior et insignior esset.

tera foror Augusti, altera uxor, amiserunt filios iu-
 3 nes, utraque spe futuri principis certâ. Octavia Mar-
 cellum, cui et avunculus et focer incumbere coeperat,
 in quem onus imperii ^a reclinaret, adolescentem animo
 alacrem, ingenio potentem; sed et frugalitatis conti-
 nentiaequae in illis aut annis aut opibus non mediocriter
 admirandum; patientem laboris, voluptatibus alienum;
 quantumcunque imponere illi avunculus, et (ut ita di-
 cam) inaedificare voluisset, laturum. Bene ^b legerat nulli
 4 cessura ponderi fundamenta. Nullum finem, per omne
 vitae suae tempus, flendi gemendique fecit: nec ulla
 admittit voces salutare aliquid afferentes. Ne avocari
 quidem se passa est. Intenta in unam rem et toto animo
 affixa talis per omnem vitam fuit, qualis in funere. non
 dico, non ausa confurgere, sed allevari recusans, fe-
 cundam orbitatem iudicans, lacrimas mittere. Nullam
 habere imaginem filii carissimi voluit, nullam sibi fieri
 5 de illo mentionem. Oderat omnes matres, et in Li-
 viam maxime furebat, quia videbatur ad illius filium
 transisse sibi promissa felicitas. Tenebris et solitudini
 fami-

Cap. II. a. *reclinaret*. Lipsius e coni. dedit: *reclinare*. Sed
 vulg. bene habet.

b. *legerat* i. elegerat: moneo, ne quis emendet: *iecerat*, quod
 iam occupavit Latinus Latinius (Bibliothec. sacr. et profan.
 Romae. 1677.). Male, ut fere omnia, quae Italus ille attulit
 ad Senecam emendandum.

3. *Octavia*] minor C. Mar-
 cello nupta, cui et filium M.
 Marcellum peperit, qui ut
 avunculi sui Augusti gener
 mortuus est, decimum septi-
 mum annum agens, optima
 spei iuvenis, a. V. C. 731.
 Dio Cass. LIII, 30. 33. Intpp.
 ad Virgilii Aen. VI, 861. sq.
incumbere, fiduciam ponere
 tantam, ut *onus imperii in*
eum reclinaret Augustus. cf.

Horat. Od. I, 12, 45. 46.
 Vellei. Paterc. II, 93. *legerat*,
 elegerat in eo n. e.

4. *Nullum finem — tem-
 pus —*] mortua est a. V. C.
 743. Dio Cass. LIV, 35. Fi-
 lio ergo superstes fuit plus
 undecim annos.

5. *Oderat omnes matres —
 Liviam —*] Dio Cass. LIII,
 33. fin. narrat, Liviam suspe-
 ctam mortis Marcelli fuisse,
 quippe

familiarissima, ne ad fratrem quidem respiciens, carmina celebrandae Marcelli memoriae composita aliosque studiorum honores reiecit, et aures suas adversus omne solatium clausit: a solemnibus officiis seducta, et ipsam magnitudinis fraternae nimis circumlucentem fortunam exosa, defodit se, et abdidit. Affidens liberis, nepotibus, lugubrem vestem non deposuit, non sine contumelia omnium suorum, quibus falsis orba sibi videbatur.

III. Livia amiserat filium Drusum, magnum futurum principem, iam magnum ducem. Intraverat penitus Germaniam, et ibi signa Romana fixerat, ubi vix ullos esse Romanos notum erat. In expeditione a victor decesserat, ipsis illum hostibus aegrum cum veneratione et pace mutua prosequentibus, nec optare quod expe-

Q 3 die-

Cap. III. a. *victor* bona lectio. MSS. et edd. e. c. Erasmi. tuerur. Gronoviana ed. omisit.

quippe filiis suis Druso et Tiberio praelati. *studiorum honores* libellos in eius honorem compositos. Noli tamen haec ita rigide interpretari, quasi noster negaret, Virgilium VI. Aen. 861—886. Augusto et Octaviae praelegisse (v. Donati vita Virgilii §. 47. p. CLXVI. ed. Heyn.): loquitur enim Seneca de carminibus, elegiis etc. in Marcelli mortem compositis, matrique oblati, non de episodii huius notae. *officiis* salutationum, conviviorum et honorum Marcelli memoriae publice decretorum. *magnitudinis fraternae — exosa*: si Donato et Servio fides habenda sit, interdum saltem fratri affuit. *liberis* duabus

Marcellis earumque filiis, v. Stemma Octavii et Augusti confectum ab Ernesti post eius Edit. Sueton.

Cap. III. Livia exempli causa memorata.

Drusum, magnum futurum principem — ducem] ab a. V. C. 742. bella gessit in Germania usque ad Albim progressus. Mortuus est in castris aestivis ad Rhenum a. V. C. 745. Dio Cass. LIV, 32. LV, 1. ub. Intpp. Consol. ad Polyb. 34. fin. *principem* i. Caesarem (2, 2. utraque spe futuri principis certa). Seneca h. l. innuit, Augustum inclinasse magis in Drusum vel ob ingenium mitius, vel (quae suspicio fuit) ut suum filium.

Muni-

diebat audentibus. Accedebat ad hanc mortem, quam ille pro republica obierat, ingens civium provinciarumque, et totius Italiae desiderium, per quam, effusus in officium lugubre municipiis coloniisque, usque in urbem ductum erat funus triumpho simillimum. Non licuerat matri, ultima filii oscula gratumque extremi sermonem oris haurire. Longo itinere reliquias Drusi sui profecuta, tot per omnem Italiam ardentibus rogis, quasi totiens illum amitteret, irritata, ut primum tamen intulit tumulo, simul et illum et dolorem suum posuit: nec plus doluit quam aut honestum erat Caesari, aut aequum matri. Non desit itaque Drusi sui celebrare nomen, ubique illum sibi privatim publiceque repraesentare, et libentissime de illo loqui, de illo audire: ^b quum memoriam alterius nemo posset retinere ac frequentare, ³ quin illam tristem sibi redderet. Elige itaque, utrum exemplum putas probabilius. si illud prius sequi vis, eximis te numero vivorum: ^c aversaberis et alienos liberos et tuos ipsumque, desiderans; triste matribus omen occur-

^b *quum memoriam alterius (Marcelli) nemo posset retinere ac frequentare.* Quum de usu nunc satis noto *re* frequentare *m.* (i. frequenter alicuius meminisse) dubitarunt Viri docti, et Muretus reposuit: posset retentare; Gronov. exempla quaedam attulit ad hanc omnium MSS. et edd. vett. lectionem stabilendam.

^c *aversaberis — ipsumque desiderans;* Mureto haec lectio debetur, Gronovio probante: desiderans enim (cuius loco *desiderabis triste* antea erat) in MSS. aliquot invenitur et sensus sic optime procedit: quum eius memoriam frequentare refugis, eum et aversari videris aliis. Incisum feci post: *ipsumque*, ut sensus clarior esset, maiori inciso facto, Mureto et Gronovio auctoribus post: *desiderans.* Sequentia spectant ad superstitionem veterum notam, ex occurso omnia capientium. Aliorum ten-

Municipiis idem tradidit Suet. Claud. 1. Tib. 7. fin.

2. *Longo itinere*] ab urbe Ticino Roman. Tacit. Annal. III, 5. init. *ardentibus rogis* in honorem Drusi exstructis, ideoque Cenotaphiis,

Similia narrat Tacit. de funere Germanici. Annal. III, 2. *tumulo*, mausoleo, quod Augustus sibi suisque struxerat inter Flaminiam viam ripamque Tiberis. Sueton. August. 100.

eurres: voluptates honestas, permissas, tanquam parum decoras fortunae tuae reiicies, invisam habebis lucem, et aetati tuae, quod non praecipitet te quamprimum et finiat, infestissima eris: quod turpissimum alienissimumque est animo tuo, in meliorem noto partem, ostendes te vivere nolle, mori non posse. Si ad hoc 4 maximae feminae te exemplum ^d applicueris, moderatius ac mitius eris in aerumnis, nec te tormentis mace- rabis. Quae enim, malum, amentia est, poenas a fe infelicitatis exigere, et mala sua augere? Quam in omni vita servasti morum probitatem et verecundiam, in hac quoque re praestabis. est enim quaedam et dolendi modestia. Illum ipsum iuvenem ^e dignissime quietum semper nominans cogitansque facies, et meliore pones loco, si matris suae, qualis vivus solebat, hilaris et cum gaudio occurrat.

Q 4

IV. Nec

tamina huius loci omitto. Mox *praecipitet*, non: *praecipiet* sphalm. typogr. bipont. fociorum.

- d. *applicueris, moderatius ac mitius eris in aer.* Lipsius Erasmus securus et MSS. negationem: *non eris* eliminavit e textu. Recte. Livia enim remansit in aerumnis, sed initior et moderatior.
- e. *dignissime quietum — facies:* e Lipsii cod. quocum. et reliqui codd. conspirare videbantur, recepit Gronov., qui *faciet* mutavit in *facies*. Antea: *dignissimum quiete; semper nominans cogitansque faciet*: Erasmus: *dignissime quietum, quem semper nominatum cogitatumque faciet*. Quum dignissime quierus sit, talem facies etc.

4. *Quae enim, malum, am.] malum* interiectionis loco positum, indignantium esse constat. *Illum ipsum iuvenem — facies* i. Gronovio interprete: illum, qui merito quietus ac minime infestandus est, semper talem (amotus infano, querulo atque inquietante iustu) appellando vel comme-

morando ac menti repraesentando, quietem facies: sic demum vere illi placidam quietem, quam mortuis nostris optamus, dabis. *To quietum* accipiendum, quasi bis positum esset, more antiquis praesertim argute ac breviter locutis frequentis.

IV. Nec te ad fortiora ducam praecepta, ut inhumano ferre humana iubeam modo, ut ipso funebri die oculos matris exsiccem: ad arbitrum tecum veniam: hoc inter nos quaeretur, „utrum magnus esse „debeat, an perpetuus dolor.“ Non dubito, quin Liviae Augustae, quam familiariter coluisti, magis tibi placeat exemplum. Illa te ad suum consilium vocat: illa in primo fervore, quum maxime impatientes ferocesque sunt miseriae, se consolendam Areo philosopho viri sui prae-buit, et multum eam rem profuisse sibi confessa est: plus quam populum Romanum, quem nolebat tristem tristitiâ suâ facere: plus quam Augustum, qui subducto altero adminiculo titubabat, nec luctu suo-

Cap. IV. a. *Se consolendam Areo philosopho v. f. p.* Sic est ap. Erasm. Pincianus dederat: *se consilio Arei philosophi v. f. p.*, e membranis, quae habebant: *e consularo philosophi viri sui p.* Vnde Schottus Obsl. V, 14. p. 222. fecit: *se consilio Arei ph.* (sc. amici) *v. f. p.* Praetulit tamen coniecturam suam alteram: *se consolendam Areo ph. v. f. p.* Si Erasmus inspexisset, verum invenisset sine coniectando.

Cap. IV. Arei, qui Augusti Philosophus erat, consolatio ad Liviam facta fingitur.

Nec te ad fortiora —] Stoicorum Consol. ad Polyb. 37, 3. Et scio, inveniri quosdam etc. Consol. ad Helv. c. 16, 1. de Clem. II, 5. in quo loco egregie de Stoicorum apathia disputatur.

Non dubito — coluisti] Livia mortua est a. V. C. 782. (Dio Cass. LVIII, 2.). *arbitrum*, qui inter nos decidat, iudicet.

2. *Areo philosopho viri sui*] Iam inde a Scipionum tempore nobiliores principesque adiunxisse sibi philosophos poetasque, plerumque graecos na-

tionem, in quorum consuetudine et amicitia viverent, est res notissima. Quem morem et Augusto observatum esse et aliunde et hoc loco scimus. Hic Areus, Philosophus Stoicus, Alexandrinus fuit, Augusto et Maecenati familiaris: ille tantopere eum aestimavit, ut expugnata Alexandria (a. V. C. 724.) in oratione graeca ad Alexandrinos habita diceret, se iis parcere etiam propter Areum civem, eundemque amicum suum, Dio Cass. LI, 16. ubi cf. Intpp. Fabricii Bibl. Graec. Vol. III, p. 540. Harl. *altero adminiculo*, Druso fratre Tiberii,

suorum inclinandus erat: plus quam Tiberium filium, cuius pietas efficiebat, ut in illo acerbo et defleto gentibus funere, nihil sibi nisi numerum deesse sentiret. Hic, ut opinor, aditus illi fuit, hoc principium apud feminam opinionis suae custodem diligentissimam: „Vsq̄ue in hunc diem Livia (quantum qui- 3
 „dem ego sciam, assiduus viri tui comes, cui non
 „tantum quae in publicum emittuntur, nota sunt, sed
 „omnes quoque secretiore animorum vestrorum mo-
 „tus) dedisti operam ne quid esset, quod in te quis-
 „quam reprehenderet. Nec id in maioribus modo ob-
 „servasti, sed in minimis, ne quid faceres, cui fa-
 „mam, liberrimam principum iudicem, velles ignosce-
 „re. Nec quidquam pulchrius existimo in fastigio col-
 „locatis, quam multarum rerum veniam dare, nullius
 „petere. Servandus itaque tibi in hac re tuus mos
 „est, ne quid committas, quod minus aliterve factum
 „velis.“

V. „Deinde oro atque obsecro, ne te difficilem
 „amicis et intractabilem praestes. Non est enim quod
 „ignores, omnes hos nescire quemadmodum se gerant:

Q 5 „lo-

berii, qui solus supererat. nisi numerum, unus tantopere solabatur, ut duorum vice esset. Conf. ad Helv. c. 16, fin. nihil tibi deerit praeter numerum. aditus, i. exordium consolationis, illi Areo, quod quidem ingeniosum esse confiteamur.

3. Vsq̄ue in hunc diem etc.] E Tacito, Suetonio cet. confirmatur in plurimis haec allocutionis pars Arei ad Liviam, quam et prudentissimam et calidissimam mulierem uxoremque fuisse scimus. Suet. Octav.

c. 62. (Augustus) Liviam — abduxit, dilexitque et probavit unice ac perseveranter: coll. Tacit. Ann. V, 1. Quamquam nec desint accusationes perquam invidiosae in eam, ex quibus certe videmus, eius innocentiam morum famae factis ambiguae fuisse. Sic erat suspecta de morte L. ac C. Caesarum, (Tacit. Ann. I, 3.) de morte Marcelli, de morbo Augusti etc.

Cap. V. Orat, ut amicorum solatia benigne accipiat.

„loquantur aliquid coram te de Druso, an nihil: ne
 „aut oblivio clarissimi iuvenis illi faciat iniuriam, aut
 „mentio tibi. Quum secessimus, et in unum conve-
 „nimus, facta eius dictaque, quanto meruit suspectu,
 „celebramus: coram te altum nobis de illo silentium
 2 „est. Cares itaque maxima voluptate, filii tui laudi-
 „bus, quas non dubito quin vel impendio vitae, si
 „potestas detur, in aevum omne sis prorogatura.
 „Quare patere, immo arcesse sermones, quibus ille
 „narretur, et apertas aures praebe ad nomen memoriam-
 „que filii tui: nec hoc grave duxeris, ceterorum mo-
 „re, qui in eiusmodi casibus partem mali putant, audire
 „solatia. Nunc incubuisti tota in alteram partem, et
 „oblita meliorum, fortunam tuam, quâ deterior est,
 3 „aspicis. Non convertis te ad convictus filii tui, oc-
 „cursusque iucundos, non ad pueriles dulcesque blan-
 „ditias, non ad incrementa studiorum: ultimam illam
 „faciem rerum premis. * Illi, tanquam parum ipsa per
 „se horrida sit, quidquid potes congeris. Ne, obse-
 „cro te, concupieris, perversissimam gloriam infeli-
 4 „cissimam videri. Simul cogita, non esse magnum,
 „se rebus prosperis fortem gerere, ubi secundo cursu
 „vita procedit: nec gubernatoris quidem artem tran-
 „quillum mare et obsequens ventus ostendit: adversi
 „aliquid incurrat oportet, quod animum probet. Pro-
 „inde

Cap. V. a. Illi — quidquid — congeris. Lectio edd. vet. et MSS. quam bene restituit Gronov. Iac. Durantius Casellius (Var. Lect. libri duo. Lutetiae 1582.) emendaverat e libris suis iureiurando adeo interposito: *in illam*: bene a Gronov. repul-
 sus, qui contulit Conf. ad Helv. c. 5. quidquid illi conges-
 seris —.

4. nec gubernatoris — pro-
 bet] Similia ap. Stobaeum Ser-
 mo. X. Gesn. p. 158. (Schow.
 p. 381.) e Sotionis secundo li-
 bro de Ira: "Ωσπερ δὲ πλοῖα

γενναῖα οὐχ ὅσα ἐν εὐδία
 πλεῖ, ἀλλ' ὅσα πρὸς χει-
 μῶνα ἀντέχει καὶ σώζεται,
 οὕτω καὶ ἄνθρωποι ὀργῇ
 καὶ κινήσει ἀντέχοντες με-
 γάλοι

„inde ne submiseris te, immo contra fige stabilem gradum: et quidquid onerum supra cecidit, sustine, primo dumtaxat strepitu conterrita. Nulla re maior invidia fortunæ fit, quam aequo animo.“ Post hoc ostendit illi filium incolumem, ostendit ex amisso nepotes.

VI. Tuum illic, Marcia, negotium actum, tibi Areus assedit: te mutatâ personâ consolatus est. Sed puta, Marcia, ereptum tibi amplius, quam ulla unquam mater amiserit. (non permulceo te, nec extenuo calamitatem tuam.) si fletibus fata vincuntur, conferamus: eat omnis inter luctus dies: noctem sine somno tristitia consumat: ingerantur lacerato pectori manus, et in ipsam faciem impetus fiat: atque omni se genere saevitiæ profecturus moeror exerceat. Sed si nullis planctibus defuncta revocantur; si fors immota, et in aeternum fixa, nullâ miseriam mutatur, et mors tenet quidquid abstulit; desinat dolor, qui perit. Quare regamus: nec nos ista vis transversos auferat. Turpis est navigii rector, cui gubernacula fluctus eripuit, qui fluctuantia vela deseruit, permittit tempestatem: at ille vel in naufragio laudandus, quem obruit mare clavum tenentem et obnixum.

VII.

Cap. VI. a. *conferamus* sc. fletus. Alii: *conspiciamus*, quam lectionem praeferam, modo exemplis idoneis adstruere possem utium loquendi.

γάλοι καὶ ἀνδρείοι. Quum plura hanc in rem satis obvia hic congeri possent, haec omitto lubens. Adduxi tamen illa Sotionis propterea, quod Senecae praëceptorem fuisse narrant.

Nulla re — animo] Odium in Fortunam nihil magis excitat, ideoque misericordiam tibi conciliat aliorum hominum, quam aequabilitas et robus animi. *nepotes* ex Dru-

so, Germanicum, Claudium, Livillam.

Cap. VI. Moerore nihil proficitur.

Sed puta etc.] Egregie ad communem matrum affectum haec sunt attemperata sese luctuosissimas et omnium miserimas exclamantium.

2. *at ille*] Rhodius gubernator de quo ep. 85. fin. ex Telete pythagoreo.

VII. „At enim naturale desiderium fuorum est.“
 Quis negat, quamdiu modicum est? nam ex discessu, non solum amissione carissimorum necessarius morsus est, et firmissimorum quoque animorum contractio. Sed plus est, quod opinio adiicit, quam quod natura imperavit. Adspice mutorum animalium quam concitata sint desideria, et tamen quam brevia. Vaccarum uno die alterove mugitus auditur: nec diutius equarum vagus ille amensque discursus est. Ferae quum vestigia catulorum confectatae sunt, et silvas pervagatae, quum saepe ad cubilia expilata redierint: rabiem intra 2 exiguum tempus exstinguunt. Aves cum fridore magno inanes nidos circumfremunt; intra momentum tamen quietae, volatus suos repetunt. Nec ulli animali longum fetus sui desiderium est, nisi homini, qui adest dolori suo, nec tantum quantum sentit, sed quantum constituit, afficitur. Vt scias autem non esse hoc naturale, luctibus frangi, primum magis feminas quam viros, magis barbaros quam placidos eruditaeque gentis homines, magis indoctos quam doctos, eadem orbitas vulnerat. Atqui ea, quae a natura vim acce- 3 perunt, eandem in omnibus servant. Apparet non esse naturale, quod varium est. Ignis omnes aetates, omnium urbium cives, tam viros quam feminas, uret: ferrum in omni corpore exhibebit secandi potentiam. quare? quia vires illi a natura datae sunt, quae nihil in

Cap. VII. Desiderium fuorum est quidem naturale, sed fit modicum: immodicus enim luctus naturalis non est.

morsus, dolor. *contractio*, laudat Lipsius Aristotelis illud: dolor frigus est, a frigore autem contractio. Cic. Tusc. Dispp. I, 37. p. 55.

Wolf. *Adspice*. Idem fere attulerat noster de Ira I, 4, 5.

2, *adest dolori*] ei incubat; opinione plurimum adiiciente et augente.

3, *Varium*] instabile est, mox hunc, mox illum afficit, nec unum tenorem in omni-

in personam constituit. Paupertatem, luctum, ^a ambitionem alius aliter sentit, prout illum consuetudo infecit: et imbecillum impatientemque reddit praesumpta opinio de non timendis terribilis.

VIII. Deinde quod naturale est, non decrevit morâ: dolorem dies consumit. licet contumacissimum, quotidie insurgentem, et contra remedia effervescentem, tamen illum efficacissimum mitigandae ferociae tempus enervat. Manet quidem tibi, Marcia, etiam nunc ingens tristitia, et iam videtur duxisse callum, non illa concitata, qualis ^a initio fuit, sed pertinax et obstinata: tamen hanc quoque aetas tibi minutatim eximet. Quoties aliud egeris, animus relaxabitur: nunc te ipsa custodis. multum autem interest, utrum tibi permittas moerere, an imperes. Quanto magis hoc morum tuorum elegantiae convenit, finem luctus potius facere, quam expectare: nec illum opperiri diem, quo te invita dolor desinat? ipsa illi renuntia.

IX. „Vnde ergo tanta nobis pertinacia in deploratione nostri, si id non sit naturae iussu?“ quod nihil

Cap. VII. a. *ambitionem*. Omnis scripta editaque olim lectio, a Pinciano mutata in *orbationem*, a Grutero, Iureto et Lipsio in *abitionem* i. mortem (cf. Festus: *abire*). De naturalibus autem loquitur, quae numquam varia sunt: at eâ, quae naturalia non sunt, ut paupertas, luctus, ambitio diversam vim exercent, alio aliter ab iis sollicitato. Bene itaque Gronov. restituit: *ambitionem*.

Cap. VIII. a. *initio* e Lipsii coniectura bona est. Antea: *in illo*: quod quo referas, non habes.

omnibus observat. *in personam* c. ad leges naturae communes spectat.

Cap. VIII. Pergit in docendo, luctum non esse naturalem.

2. *morum tuorum elegantiae*] i. animi tui firmitati et

innocentiae: propter animi robur eam iam antea laudaverat. cf. Ernesti Clav. Cic. Elegantia.

Cap. IX. Si attentiores essemus ad communes casus, qui quotidie ante oculos nostros accidunt, mala nos nec occu-

nihil nobis mali, antequam eveniat, proponimus, sed ut immunes ipsi et ^a aliud et pacatius ingressi iter alienis non admonemur casibus, illos esse communes. Tot praeter domum nostram ducuntur exsequiae: de morte non cogitamus. tot acerba funera: nos togam nostrorum infantium, nos militiam, et paternae hereditatis successionem animo agitamus. tot divitum subita paupertas in oculos incidit: et nobis nunquam in mentem venit, nostras quoque opes aequae in lu-
 2 brico positas. Necessè est itaque magis corruamus, qui quasi ex inopinato ferimur. Quae multo ante praevisa sunt, languidius incurrunt. Vis tu scire te ad omnes expositam ictus stare, et illa quae alios tela fixerunt, circa te vibrasse? velut, murum aliquem, aut obsessum multo hoste locum, et arduum adscensu, inermis adeas, expecta vulnus, et illa superne voluntia cum sagittis pilisque saxa puta in tuum librata corpus. Quoties aut ad latus, aut pone tergum ceciderint, exclama: Non decipies me, fortuna, nec secu-

Cap. IX. à. *aliud et placatus i. i.* Vetus lectio codd. et Erasmi. Antea: et *aliis*: s. et *aliud* in Gron. et bip. edd.

occuparent improvisos, nec pertinaces in deploratione nostri essemus, sed futura praecipere cogitatione.

tot acerba funera etc.] calamitates videmus, at tamen de rebus laetis nostris tantummodo cogitamus: e. g. de datione togae, quae fieri solebat ab adolescentibus in libera Rep. decimum sextum annum agentibus, sub Caesaribus vero annum decimum quintum agentibus, et ap. Graecos et Romanos Liberalibus sollennibus. Ovid. Fast.

III, 771. Praeclare hanc togae dationem explicatam eiusque originem a Graecis docte et eleganter repetitam nuper legimus in prolusione scholastica Böttigeri:

2. *Necessè est itaque etc.*] Praecogitati mali mollis ictus venit, noster Ep. 76. Plura loca hanc sententiam enuntiantia collegit Gataker ad Antonin. p. 285., ubi nostrum locum non neglexit. *vibrasse*, micasse, tremuisse. *Velus*, exempli causa.

^b securam aut negligentem opprimes. scio quid pares. alium percussisti, me petisti. Quis unquam res suas, ³ quasi periturus, adspexit? quis unquam nostrum de exilio, de egestate, de luctu cogitare ausus est? quis non, si admoneatur ^c ut cogitet, tanquam dirum omen respuat, et in capita inimicorum aut ipsius intempestivi monitoris abire illa iubeat? Non putavi futurum! Quidquam tu putas non futurum, quod multis scis posse fieri, quod multis vides evenisse? ^d Egregium ⁴ versum et dignum audi, qui non e Publio periret:

Cuivis potest accidere, quod cuiquam potest.

Ille amisit liberos: et tu amittere potes. Ille damnatus est: et tua innocentia sub ictu est. Hic nos error deci-

b. *secram*. Bona MSS. lectio. I. M. Heusinger Emendd. p. 24. cum Grutero *secrum*; ut generaliore enuntiationem praefert.

c. *ut cogitet*. Erasmi habet: *ut de suis cogitet*. Gatak. ad Antonin. p. 168, 38. hic adhaerens proponit e Scholio M. S. *ut de istis, ut suis, cogitet*. Mihi quidem haec additamenta esse videntur, quibus facile superfedemus. Maneo itaque in vulgata lectione. In antecedentibus (§. 2.) *in tuum librata corpus* omnium MSS. et edd. vet. lectio est a Gronov. merito recepta. Alii: *vibrata*.

d. *Egregium versum et dignum audi, qui non e Publio periret*. Scripti variant: alii dant: *dignum audivi*, s. *audi, qui non e populo heri et*: alii: *dignum, qui non e populo erit*, s. *eritit*. In quibus nullum sensum esse, quivis intelliget. Itaque viri docti in hunc locum emendandum certatim quasi involarunt: quorum qui velit cognoscere infelicia tentamina, is adeat e. c. Ian. Rutgers. Var. lectt. VI, c. 3. p. 550; qui Scriverii quoque emendationem aequè infaustam affert: Sam. Petiti Miscellan. (libr. IX. Paris. 1630.) III, 15, p. 166. Triller. Obsf. Crit. III, 24. p. 252. sqq. etc. I. F. Gronovius, quae in eo erat doctrina et sagacitas egregia, Lipsium et vularium apices securus, dedit: *dignum qui non e Publio exiret*, electo *ro audi*. Discedo tamen ab eius iudicio. Ac *primum* puto: *ro audi* esse nexus causa admittendum, quippe a pluribus codd. oblatum: *deinde* vereor, ut recte iudicet Gronov., quod omnino Publicum malum auctorem nostro visum esse autumat; nam et mimographos gravia quoque et severa publice extulisse notum est, et a nostro adeo plus semel (e. c. ep. 8. 94. tacito tamen eius nomine; 108. de tranquill. anim. c. II.) adducta, quin etiam collecta esse eorum dicta, ne perirent, quoniam in eorum ineptiis, ut Seneca de Tranq. an. c. II. ait, nemo fa-

decipit, hic effeminat, dum patimur, quae nunquam pati nos posse praevидimus. Aufert vim praesentibus malis, qui futura prospexit.

X. Quidquid est hoc, Marcia, quod circa nos ex adventitio fulget, liberi, honores, opes, ampla atria, et exclusorum clientium turbâ referta vestibula, clara, nobilis, aut formosa coniux, ceteraque ex incerta et mobili sorte pendentia: alieni commodatique apparatus sunt. nihil horum dono datur: collatitiis et ad do-
2 minos reductis instrumentis scena adornatur. Alia ex his primo die, alia secundo referentur: pauca usque ad finem perseverabunt. Ita non est quod nos suscipiamus, tanquam inter nostra positi: mutuo accepimus. *Vsusfructus* noster est, cuius tempus ille arbitri muneris sui temperat: nos oportet in promptu habere, quae in incertum diem data sunt, et appellatos sine querela reddere. Pessimi est debitoris, creditori facere convicium. Omnes ergo nostros, et quos superstites lege nascendi optamus, et quos praecedere

cile ea quae siverit. Sequor itaque nexum literarumque ductum, et recipio: *periret* *Hevi* enim et *beri*, *pevi* a librariis confusa esse constat. I. M. Heusinger Emendd. p. 242. Gronovii emendationem probat.

Cap. X. Ad haec, quae hic nobis sunt, inter adventitia ideoque nobis commodata (*ἐκ ἐφ' ἡμῶν*, ut Epictetus appellat) munera numeres. cf. Cic. Topic. 18. Senec. Consol. ad Helviam c. 5, 1.

alieni — adornatur] vitae hic vides comparationem cum dramate satis familiarem apud Veteres. cf. Gatak. ad Antonin. p. 438. 439. Hinc *apparatus* i. res quas hic possidemus ad drama vitae bene agendum, a fortuna commodati. *instrumentis* i. tabulis,

statuis, vestibus. *collatitiis* i. commodatis. Cogites modo exemplum notum Luculli ap. Horat. Epp. I, 6, 40. sqq. cf. Gronov. Obis. IV, 14. ed. Lips.

2. *Vsusfructus noster* —] Deus *munus* (ludum, scenae spectaculum) edit, est *χορηγός*. (Wolfii Prolegomm. ad Demosth. Orat. Lept. p. LXXXIX.) *Pessimi — convicium* sc. mutuum datam pecuniam reposcenti. *Omnes ergo* i. liberos et parentes: cf. I, 2.

cedere iustissimum ipsorum votum est, sic amare debemus, tanquam nihil nobis de perpetuitate, immo nihil de diuturnitate eorum promissum sit. Saepe admo-³ nendus est animus, amet ut recessura, immo tanquam recedentia: quidquid a fortuna datum est, ^a tanquam exemptum auctore possideat. Rapite ex liberis voluptates, fruendos vos invicem liberis date, et sine dilatione omne gaudium haurite. nihil de hodierna die promittitur. nimis magnam advocationem dedi: nihil de hac hora. Festinandum est. instat a tergo mors:
iam

Cap. X. a. *tanquam exemptum auctore possideat.* Scripti: *tanquam exemplum auctore: ab auctore.* Col. *exemptum.* Posterius amplector. Sensus: quae Fortuna tibi dederit, perinde possideas, ac si nullum dominum (auctorem) haberent, tibi que verendum sit, ne statim revertatur auctor suorum reposcendorum gratia. Proinde omni modo fructum ex iis cape. — Sequentia apprime concinunt. Haec et simplicior nostro sua restituendi ratio est, et scripturae veteri consentanea. Neque tautologiam increpes: hoc enim est Senecae vitium dulce, ut cum Quinctiliano loquar, ut brevis videatur, prolixus saepe fit. Gronov. emendat: *tanquam exemptum auctori possideas*: i. ita teneas, ut auctorem Fortunam scias repetendi eius vindicandique semper liberum ius servasse: formulam iuris hic adhibitam male censens. Cur enim MSS. deferamus? Antea: *tanquam exemplo abiturum possideat.* At codd. lectio contortiore Gronoviana melior est.

3. Inculcat praecipua a lyricis, e. c. Horat. III, Od. 8, 26. Dona praesentis cape laerus horae: I, 11, 7: dum loquimur, fugerit invida aetas: inprim. III, Od. 29. ubi cf. Böttiger. Aristippi fragm. ap. Athen. 12, 11. p. 544. laetitiam esse *μονοχρονον*, unum tempus solummodo habere, praesens verbi *ἀπολαύω* (fruo): perfectum vero *ἀπολαυκέναι*, et futurum *ἀπολαύσομαι* (fruar) nihili esse. Senec. Ep. 12. Plutarch.

Consol. ad Apollon. p. 321. sq. T. VII. Hutten: Epicureos cum Stoicis hac in re sentire per se patet, et a Gatak. in praeloquio ante edit. Antonini de rebus suis docte monitum est. — *advocationem*, certam temporis moram, qua amicos advocare possumus: inprimis in usu erat iudiciali sub Caesaribus. Noster saepe utitur: de Ira, I, 16, 12. II, 29. III, 12. Nat. Quaest. VII, 10. de statu et quiete.

iam ^b disiicietur iste comitatus: iam contubernia ista
 4 sublato clamore solventur. ^c Rapina rerum omnium est.
 Miseri, nescitis in fugam vivere! — Si mortuum tibi
 filium doles, eius temporis, quo natus est, crimen
 est. mors enim illi nascenti denunciata est. In hanc
 legem datus; hoc fatum ab utero statim prosequeba-
 tur. In regnum fortunae, et quidem durum atque in-
 victum pervenimus, illius arbitrio digna atque indigna
 passuri. corporibus nostris impotenter, contumeliose,
 crudeliter abutetur: alios ignibus peruret, vel in poe-
 nam admotis, ^d vel in remedium: ^e alios vinciet; id
 nunc hosti licebit, nunc civi: alios per incerta nu-
 dos maria iactabit, et luctatos cum fluctibus, ne in
 arenam quidem aut litus explodet, sed in alicuius ven-
 trem immensae belluae decondet: alios morborum va-
 riis generibus emaceratos, diu inter vitam mortemque
 5 medios detinebit. Vt varia et libidinosa, mancipio-
 rumque suorum negligens domina, et poenis et mune-
 ribus errabit. Quid opus est partes deflere? tota
 vita flebilis est. Urgebunt nova incommoda, prius-
 quam

^b. *disiicietur*. alii: *deficient*. *Disiicietur* maiorem vim habet, eamque hic desideras: ideoque praefero.

^c. *Rapina rerum omnium est*. *Miseri, nescitis in fugam vivere*. Sic Erasmus dedit, quod praefero. *in fugam vivere* i. quasi fuga harum rerum, quas possideatis, immineat. Similis locutio haec est nota: *in diem vivere*. Ovid. Metam. II, 48. i. hunc diem curare, futuro neglecto. Lipsius concinnitatem quaerens reponit: *Rapina omnia rerum est (miseri, nescitis?) et fuga, vivere*. Mox: *denunciata Gronovio suafore et auctori- bus nonnullis MSS. recepi*: i. condita, constituta, cum no- tione minarum. Antea: *determinata*: parum apta voce, quippe quae de finibus ordinandis potissimum in usu est.

^d. *vel in remedium*. Bona lectio codd. e quibus nonnulli adii- ciunt: *admotis vel incerta nudos*, s. *vel incestis* ut Erasmi. quae ex sequentibus per socordiam librarr. huc traducta putem. Triller. Obsl. critt. p. 456. post infelix tentamen tandem me- liores libros expectandos statuit.

^e. *alios vinciet; id nunc h. l. n. c.* Recte Gronov. restituit e codd. optimaе notae: deest haec periodus ap. Erasmi. Quatuor gra- vissimis fortunae vexationibus corpus, ait, nostrum patere, igni- bus, vinculis, naufragio, morbis. Mox: *decondet* Lipsius et Gronov. e codd.; et *diu inter vit. m. m. d.* Gronov. e codd.

quam veteribus satisfeceris. Moderandum est itaque, vobis maxime, quae immoderate fertis: et in metus, et in dolores humanum pectus dispensandum.

XI. Quae demum ista tuae publicaeque conditionis oblivio est? Mortalis nata es, mortales peperisti: putre ipsa fluidumque corpus, et a causis morbisque repetita, sperasti tam imbecilla materia solida et aeterna gestasse? Decessit filius tuus, id est, decucurrit ad hunc finem, ad quem, quae feliciora partu tuo putas, prope-rant. Huc omnis ista quae in foro litigat, in theatris de-fidet, in templis precatur turba, dispari gradu vadit. Et quae veneraris, et quae despicias, unus exaequabit cinis. Hoc iubet illa Pythicis oraculis adscripta vox: **2** Nosce te. Quid est homo? quodlibet quassum vas, et quodlibet fragile: iactatu, non tempestate magna, ut dissiparis, est opus. Vbicunque arietaveris, solveris. Quid est homo? imbecillum corpus, et fragile, nu-dum, suapte natura inerme, alienae opis indigens, ad omnem fortunae contumeliam proiectum: quum bene lacertos exercuit, cuiuslibet ferae pabulum, cuiusli-

R 2 bet

Antea: *detrudet, medios deest* ap. Erasm. cct. Tandem: *mo-derandum* — *fertis* Lipsius e codd. dedit.

Cap. XI. a. *causis morbisque repetita*. Gronov. bene e codd. re-stituit. Antea: *casibus m.* Causa est: lues, uti notum nunc est.

Cap. XI. Iam veto tu et filius mortales nati estis, ideoque fortem humanam communem nacti. cf. Gatak. ad Antonin. p. 131.

1. Communis in consolando locus, sed firmus. Crantor in libro *περί πένθους* eodem argumento usus est ap. Plut-arch. l. l. p. 323.

2. *Nosce te]* ab Apolline uni ex septem sapientibus

responsum, quaerenti, quid esset optimum scitu? Aristot-el. Rhetoric. II, 21, 13. p. 260. Vol. IV. bip. appellat: publice probatum (*δημοσι-ευμένον*). cf. Meiners (*Ge-schichte — der Wissensch. in Griechenl. u. Rom*) I, p. 46. not. — *Quid est homo?* etc. multa hanc in rem ap. Ve-teres invenies, e. c. ap. Sto-baeum Serm. XCVI. Plut-arch. l. l. Plin. N. H. VII, init.

bet victima, ex infirmis fluidisque contextum, et lineamentis exterioribus nitidum, frigoris, aestus, laboris impatiens: ipso rursus situ et otio iturum in tabem, alimenta metuens sua, quorum modo inopiâ, modo copiâ rumpitur: anxiae sollicitaeque tutelae, precarii spiritus, et male haerentis, ^b quem pavor repentinus adiectusve ex improvise sonus auribus gravis excutit: soli semper sibi nutrimentum vitiosum et inutile.

- 3 Miramur in hoc mortem unius, quâ singulis opus est? Numquid enim ut concidat, res magni molimenti est? Odor illi saporque, et lassitudo, et vigilia, et humor, et cibus, et sine quibus vivere non potest, mortifera sunt. Quocumque se movet, infirmitatis suae statim conscium, non omne coelum ferens, aquarum novitatibus, flatuque non familiaris aerae, et tenuissimis causis atque offensionibus morbidum, putre, ^c causarium, fletu vitam auspicatum: quum interim quantos tumultus hoc tam contemptum animal movet? in quantas cogitationes oblitum conditionis suae venit? Immortalia, aeterna volutat animo, et in nepotes pro-
- nepo-

b. quem pavor repentinus adiectusve ex i. Gronov. ex coniect. dedit. Codd. parum iuvant.

c. causarium i. morbidum, infirmum: Lipsio debetur haec lectio. Antea: *castum*: ap. Erasm. *causuque*, qui in margine notaverat: *castrumque*.

Soli — sibi — inutile] obscurus locus, quem de luxu, quo homines corpus suum perdunt, interpretor, memor loci in Consol. ad Helv. 9. vomunt, ut edant, edunt, ut vomant. Aliae enim animantes numquam alimentorum copia rumpuntur. Lipsius: „Nam aliae animantes et nos „et inter se alunt. An hoc „vult, hominem a se depasci „paulatim et ad mortem ire?“

3. *Miramur —*] Quum tot tantaque sint, quae hominis vitam consumant, miramur, unum hominem mori, ad quam singula, quaedam valent? *non omne coelum ferens*] nostri naturae curiosi contrariam sententiam tuentur, et id ipsum in humanorum corporum virtutibus numerant, quod omne coelum ferre valeant, experientia quotidiana approbante.

nepotesque disponit: quum interim longa conantem eum mors opprimit: et hoc quod senectus vocatur, pauci sunt circuitus annorum.

XII. Dolor tuus, o Marcia, si modo illi ulla ratio est, utrum sua spectat incommoda, an eius qui deceffit? Vtrumne amisso filio movet, quod nullas ex illo voluptates cepisti: an quod maiores, si diutius vixisset, percipere potuisti? Si nullas te percepisse dixeris; tolerabilius efficies detrimentum tuum. minus enim homines desiderant ea, ex quibus nihil gaudii laetitiaeque perceperunt. Si confessa fueris percepisse magnas voluptates; oportet te non de eo quod detractum est queri, sed de eo gratias agere quod collegisti. Provenerunt enim satis magni fructus laborum tuorum ex ipsa educatione: nisi forte hi, qui catulos avesque, et frivola animorum oblectamenta, summâ diligentia nutriunt, fruuntur aliqua voluptate ex visu tactuque et blanda adulatione mutorum; liberos nutrientibus, non fructus educationis ipsa educatio est. Licet itaque tibi nihil industria eius contulerit, nihil diligentia custodierit, nihil prudentia quaesierit: ipsum quod habuisti, quod amasti, fructus est.

„At potuit longior esse, et maior.“ Melius tamen tecum actum est, quam si omnino non contigisset, quoniam, si ponatur electio, utrum fatius sit, non diu felicem esse, an nunquam, melius est, discessurâ nobis bona, quam nulla contingere. Vtrumne malles degenerem aliquem, et numerum tantum nomenque filii expleturum habuisse, an tantae indolis, quantae

R 3 tuus

Cap. XII, Igitur gratias age de voluptatibus, quas e filii educatione etc. percepisti.

1. Idem occurrit in Consol. ad Polyb. c. 24.

2. nisi forte hi — est] quum adeo catulorum nutritores voluptate fruuntur, sequitur et parentes eadem frui: nisi illud esset, et hoc quoddammodo negari posset.

tuus fuit? Iuvenis cito prudens, cito pius, cito maritus, cito pater, cito ^a omnis officii curiosus, cito
 4 sacerdos: omnia tam prospera. Nulli fere et magna bona, et diuturna contingunt: non durat, nec ad ultimum exit, nisi lenta felicitas. Filium tibi dii immortales non diu daturi, statim talem dederunt, qualis diu effici potest. Ne illud quidem dicere potes, electam te a diis, cui frui non liceret filio. Circui per omnem notorum et ignotorum frequentiam oculis: occurrent tibi passi ubique maiora. Senferunt ista magni duces, senferunt principes: ne deos quidem fabulae immunes reliquerunt, puto, ut nostrorum funerum levamentum esset, etiam divina concideret.
 5 dere. Circumspice, inquam, omnes: nullam tam miseram nominabis domum, quae non inveniat in miseriore solatium. Non, mehercule, tam male de moribus tuis sentio, ut putem posse te levius pati casum tuum, si tibi ingentem numerum lugentium produxero, malivoli solatii genus est, turba miserorum. Quosdam tamen referam, non ut scias, hoc solere hominibus accidere: ridiculum est enim, mortalitatis exempla colligere: sed ut scias fuisse multos, qui lenierunt

Cap. XII. a. *omnis officii curiosus*: i. cuiusque officii rationes cognitatas habens: is, qui quid deceat, cum cura observat, et quae recta putat, diligenter praestat. cf. Burmann. ad Petron. c. 46. Bene igitur Gronov. tuitus est hanc lectionem contra Lipsium, qui interpolationem suspicans emendat: *curio*. Elect. I, 10. Probat hanc lectionem I. M. Heusinger Emendatt. p. 242.

4. *nisi lenta felicitas*] quae tarde creverit, ut lenta spes ap. Liv. VI, 8. al.

ne deos quidem — concidere] EStoicorum disciplina haec esse petita, quivis intelliget: quippe qui omnes fabulas (*μύθους*) allegorice interpretati sunt, Platonem sequuti. Alias tamen noster tantum abfuit, ut

superstitionem illam palparetur, ut singulari adeo libello, nunc deperdito, eius insaniam demonstraret. cf. Tiedemann. II, p. 561. sq. Ceterum et deos malis calamitatibusque non caruisse, tota mythologia docet; inspicias modo Apollodorum.

runt aspera ferendo placide. A felicissimo incipiam. L. Sylla filium amisit: nec ea res aut militiam eius, 6 et acerrimam virtutem in hostes civesque contudit, aut effecit, ut cognomen illud usurpasse salvo videretur, quod amisso filio assumpsit: nec odia hominum veritus, quorum malis illius nimis secundae res constabant: nec invidiam deorum, quorum illud crimen erat, Sylla tam felix. Sed istud inter res nondum iudicatas habeatur, qualis Sylla fuerit: etiam inimici fatebuntur, bene illum arma sumsisse, bene posuisse: hoc, de quo agitur, constabit, non esse maximum malum, quod etiam ad felicissimos pervenit.

XIII. Ne nimis admiretur Graecia illum patrem, qui in ipso sacrificio nuntiata filii morte, tibicinem tantum tacere iussit, et coronam capiti detraxit, cetera rite perfecit: Pulvillus effecit pontifex, cui postem tenenti,

R 4 et

6. L. Sylla] Felicem (εὐρυχῆ, ἐπαφροδίτου) appellari se iussit a. V. C. 673. quum Dictator creatus esset et de Mithridate triumphasset. Plutarch. Syll. 34. ib. Intpp. qui tamen nostrum locum neglexere, unicum hac in re. Nam de amisso filio neque Plin, VII, 44. bip. neque Plutarch. neque Appian. B. C. p. 684. Vell. Paterc. II, 27. quidquam tradiderunt. Aurel. Victor adeo addit (de Viris Illustrib. c. 75. fin.): Marius Praeneste interfecto Felicem se edicto appellavit. Accurate de hac re egit Ez. Spanhem. de usu et praestant. Num. Vol. II. (Diff. X.) p. 72. sqq. Bayle Dictionn. T. IV, p. 371. 372, ed. 1740.

Ceterum hoc mirationem facere potest, Senecae tempore, plus C annis post Syllam praeterlapsis necdum inter viros doctos convenisse de eius ingenio, moribus et consiliis. Spectare autem hoc videtur et ad firmitatem, quin crudelitatem, ac mollitiem ingenii, et ad abdicationem dictaturae, unde diversitas iudiciorum orta sit. Notum enim Iulii Caesaris iudicium est de Syllae abdicatione dictaturae: Sullam nescisse literas, qui Dictaturam deposuerit (Sueton. c. 77.). Huius dicti immemor fuit noster h. l.

Cap. XIII. Alia exempla.

Ne nimis — perfecit] Xenophontem dicit (Consolat. ad Polyb. XXX, 1.). Filius eius, Gryl-

et Capitolium dedicanti, mors filii nuntiata est: quam ille exaudisse dissimulans, et sollemnia pontificalis carminis verba concepit, gemitu non interrupte precationem, et ad filii sui nomen, Iove propitiato. Putasses eius luctus aliquem finem esse debere, cuius primus dies, primus impetus ab altaribus publicis, et **2** *facta* nuncupatione non abduxit patrem. Dignus mehercule fuit memorabili dedicatione, dignus amplissimo sacerdotio, qui colere deos ne iratos quidem destitit. Idem tamen, ut rediit domum, et implevit oculos, et aliquas voces flebiles misit: et peractis, quae mos erat praestare defunctis, ad ^a Capitolinum illum rediit vultum. Paullus circa illos nobilissimi triumphi dies, quo *vinctum* ante currum egit Persem, incliti regis nomen, duos

Cap. XIII. a. *Capitolinum*. Iureto debetur, Lipsio bene probante. Antea enim: *Capitolium*, nullo sensu. Mox *incliti regis nomen* Lipsius e codd. firmiter: est et ap. Erasim. Lipsius mavult: *inclitum*. Sed non opus est.

Gryllus, occisus est in pugna ad Mantineam. Tibicines sacrificantibus ex ritu coronatis adstitisse et cecinisse, res notissima. M. Horatius *Pulvillus*: e Livio II, 8. (ad ann. 245. post exactos reges — primo anno) petita sunt, ubi tamen non pontifex, sed Consul appellatur, cui forte evenit, ut ex more in Capitolio Iovis templum dedicaret. Recedit et in hoc perperam a Livio, quod hic incertum esse dicit: „non „crediderit (Pulvillus) mortem filii, an tantum animo „robore fuerit.“ *carminis* i. formulae precationis Deum, ut ap. Liv. XXXIX, 15. in sollemne carmen precationis.

Ernesti Clav. Cic. i. q. mox *nuncupatio*.

2. *Dignus — vultum*] Ornatum ab historia alienum hic facile agnoscas. *Paullus*] Celeber ille L. Aemilius Paullus Macedonicus, Africani minoris pater, quem cum natu maximo filio adoptandos dedit, illum Scipioni Africani maioris fil., hunc Fabii Maximi filio: susceperat ex Papiria: qua dimissa in matrimonium duxit alteram, ex qua duos filios genuit retentos, qui tamen mortui sunt, alter diebus quinque ante triumphum patris de rege Macedoniae, Perseo, alter triduo post triumphum. Liv.

duos filios in adoptionem dedit: quos sibi fervaverat, extulit. Quales retentos putas, quum inter commodatos Scipio fuisset? Non sine motu vacuum Paulli cur- 3
rum populus Romanus aspexit: concionatus est tamen, et egit diis gratias, quod compos voti factus esset. Precatum enim se, ut si quid ob ingentem victoriam invidia dandum esset, id suo potius, quam publico damno solveretur. Vides quam magno animo tulerit? orbitati suae gratulatus est. Ecquem magis poterat movere tanta mutatio? solatia simul atque auxilia perdidit; non contigit tamen tristem Paullum Persi videre,

XIV. Quid nunc te per innumerabilia magnorum virorum exempla ducam, et quaeram miseros, quasi non difficilius sit, invenire felices? Quota quaeque domus usque ad exitum omnibus partibus suis constitit, in qua non aliquid turbatum sit? Vnum quemlibet annum occupa: et ex eo magistratus cita. ^a Marcum, si vis, Bi- 2
bulum, et C. Caesarem; videbis inter collegas inimicifimos concordem fortunam. M. Bibuli, melioris quam fortioris viri, duo simul filii interfecti sunt: Aegyptio quidem militi ludibrio habiti: ut non minus ipsa orbi-

R 5 tate,

Cap. XIV. a. M. Sic omnes Bibulum nominant: Iul. Caesar, Sueton. aliique: feriores: L. Antea: L.

XLV, 40. fin. a quo dissentit in ordine morientium Plutarch. Aemil. Paul. c. 5. (p. 248. fq.) et c. 35. (p. 314.) ed. Reisk. Vol. II.

3. *non sine mori* — *aspexit*] e Livio l. I. Maiores filii quique in ordinibus suis stipendia iam merentes equis patrem triumphantes comitati sunt, ideoque currus vacuus, altero minorum filiorum iam mortuo, altero aegro. *Con-*

cionatus etc. Locus Livii, e quo haec expressa sunt, praeclarus existat XLV, 41. Paucis autem diebus post triumphum concionatus est.

Cap. XIV. Pergit in exemplis afferendis.

2. *M. Calpurn. Bibuli — esset*] Refert Iul. Caesar de Bello Civ. III, 110. fin. Interfectos esse ab equitibus, qui Ptolemaeum patrem in regnum reducerant, ideoque *Aegyptii*
mili,

tate, ^b auctor eius, digna res lacrimis esset. Bibulus tamen, qui, toto honoris sui anno, ob invidiam collegae, domi latuerat, postero die quam geminum funus renuntiatum est, processit ad solita et publica officia. 3 Quid minus poterat, quam unum diem duobus filiis dare? tam cito liberorum luctum finivit, qui consulatum anno luxerat. C. Caesar quum Britanniam peragraret, nec Oceano felicitatem suam continere posset, audivit decessisse filiam, publica secum fata ducentem. In oculis erat iam Cn. Pompeius, non aequo laturus animo quemquam alium esse in Republica magnum, et modum impositurus incrementis, quae gravia illi videbantur, etiam quum in commune crescerent: tamen intra tertium diem imperatoria obiit munia, et tam cito dolorem vicit, quam omnia solebat.

XV. Quid

b. *auctor eius* (orbitatis) int. aegyptium militem. Id est: dignum erat lacrimis, eos Bibulo esse orbitatis auctores, qui magnam partem erant capitis damnati, fugitivi, exsules, praedones, latrones, a quibus indignissime erant interfecti Bibuli filii. Proinde non opus est Lipsiana emendatione: *auctores*. Sequor hoc iudicium I. M. Heusinger Emendd. p. 242.

militēs, quos Val. Max. IV, 15. Gabinianos appellat, a priore duce Gabinio. Tunc iis praeerat L. Septimius, Dio XLII, 3. Caedes facta est ante civile Pompeianum bellum. *Honoris* i. consulatus: collega eius erat Iul. Caesar, cui adversabatur. Sueton. Iul. 20. Dio Cass. XXXVIII, 6. Si nostrum audias, ipso hoc consulatus anno hanc caedem factam esse credamus i. e. a. V. C. 695. sed Val. Max. sequentes colligamus necesse est, factam a. V. C. 703.

quum M. Calp. Bibulus Syriae praesesset.

3. C. Caesar] Filia Cn. Pompeio nupta. Dio Cass. XXXIX, 64. a. V. C. 700.: *publica — ducentem*, quippe cuius morte concordia sublata focer C. Iul. Caesar, et gener Cn. Pompeius divulsi sunt. Traiectus in Britanniam factus est a. V. C. 699. Dio Cass. XXXIX, 50. Britannia itaque iam relicta filiae mortem audivit. *In oculis erat iam Cn. P.* observabat eum.

XV. Quid aliorum tibi funera Caesarum referam? quos in hoc mihi interim videtur violare fortuna, ut sic quoque generi humano profint, ostendentes, ne eos quidem, qui diis geniti deosque genituri dicantur, sic suam fortunam in potestate habere, quemadmodum alienam. Divus Augustus amissis liberis, nepotibus, exhausta Caesarum turba, adoptione desertam domum fulsit. Tulit tamen fortiter: tanquam eius iam res ageretur, cuius quum maxime intererat, de diis neminem queri. Tib. Caesar et quem genuerat, et quem adoptaverat, amisit: ipse tamen pro rostris laudavit filium, stetitque in conspectuposito corpore, interiecto tantummodo velamento, quod pontificis oculos a funere arceret, et flente populo Romano non flexit vultum: experiendum se dedit Seiano ad latus stanti, quam patienter posset

Cap. XV. Exempla Caesarum.

in hoc] hoc consilio; propterea, ut — *qui diis — dicantur* e Virgil. Aen. IX, 642. Genus Caesarum a Diis deductum, ipsos in Deos relictos esse post mortem erat usus et opinio vulgaris. Inde apothefes Caesarum, Herodian. IV, 1.

2. *Divus Augustus — fulsit*] Quum filia Iulia (*liberis*) et *nepotes* C. et L. Caesar, filii M. Agrippae et Iuliae (a. V. C. 755. Dio Cass. LV, 11. 12. Sucton. Octav. 65.) mortui essent, Tiberium adoptavit et Drusum. *de iis — queri*, quatenus ipse futurus esset inter Deos. *Tib. Caesar — perdere*] amisit *filium* Drusum e Vipsania Agrippina (a. V.

C. 775. Tacit. Ann. IV, 8. Dio Cass. LVII, 22.) Germanicum, quem iubente Augusto adoptaverat, amisit a. V. C. 772. (Dio Cass. LVII, 18.) Tacit. Ann. II, 69. sq. *velamento — arceret*. Erat enim facer, ideoque arceri voluerunt aspectu funesto. Recte sic explicat Lipsius ad h. l. et ad Tacit. Annal. IV, 12. init. Intpp. ad Dion. Cass. LIV, 28. qui causam velamenti interiecti ignorare se confitentur. In omni autem antiquitate hic mos obtinuit, ut sacra cum laetitia et castu atque puritate faciendo omnia excluderent, quae vel deos abalienare, aversos reddere, vel laetitiam illam minuere possent. Inde illud: favete linguis (Horat. Od. III, 1. init.),

3 posset suos perdere. Videsne quanta copia virorum maximorum sit, quos non excepit hic omnia prosterbens casus, in quos tot animi bona, tot ornamenta publice privatimque congesta erant? Sed videlicet it in orbem ista tempestas, et sine dilectu vastat omnia, agitque ut sua. Iube singulos conferre rationem: nulli contigit impune nasci.

XVI. Scio quid dicas; „Oblitus es feminam te consolari; virorum refers exempla.“ Quis autem dixerit naturam maligne cum muliebribus ingeniis egisse, et virtutes illarum in arctum retraxisse? Par illis, mihi crede, vigor, par ad honesta (libeat!) facultas est: laborem doloremque ex aequo, si consuevere, patiuntur. In qua istud urbe, dii boni, loquimur? In qua regem Romanis capitibus Lucretia et Brutus deiecerunt. Bruto libertatem debemus, Lucretiae Brutum. In qua Cloeliam, contempto hoste et flumine, ob insignem audaciam tantum non in viros transcripsimus. Equestri insidens statuae, in sacra via, celeberrimo loco, Cloelia exprobrat iuvenibus nostris pulvinum ascendentibus, in ea illos urbe sic ingredi, in qua etiam feminas equo donavimus.

init.), *συφρηεῖτε*, verbis male ominatis abstinete. *perdere* ideoque et Seianum.

3. *excepit*] non praeterivit.

Cap. XVI. Exempla mulierum mala sua constanter passarum.

In qua istud] sc. naturam maligne cum muliebribus ingeniis egisse. Erat autem haec communior sere Antiquitatis opinio: quum enim mulieres inde a primis aevi annis in arctum coactae, a consuetudine cum viris ple-

rumque separatae et ideo ancillarum nutricumque suarum commercio corruptis moribus atque artibus traditae ideoque male doctae ac corruptae in gynaeceis viverent, praesertim apud Graecos (Romanae enim liberaliore vivendi genere usae sunt), fieri aliter vix poterat, quam ut ille contemptus, increbresceret. *Romanis capitibus* quasi imminentem Tarquinium Superbum. *Lucretia — Cloelia.* Res notae e Livio I, 58. sq. II, 13.

vlmus. Quod tibi si vis exempla referri feminarum, 2
 quae suos fortiter desideraverunt, non ostiatim quaeram;
 ex una tibi familia duas Cornelias dabo. Primam Sci-
 pionis filiam, Gracchorum matrem. duodecim illa par-
 tus, totidem funeribus recognovit. et de ceteris facile
 est, quos nec editos, nec amissos civitas sensit. Ti.
 Gracchum, et Caium, quos etiam qui bonos viros ne-
 gaverit, magnos fatebitur, et occisos vidit et insepul-
 tos. consolantibus tamen miseramque dicentibus, Nun-
 quam, inquit, non felicem me dicam, quae Gracchos
 peperit. Cornelia a Livii Drusi, clarissimum juvenem, 3
 illustri ingenii, vadentem per Gracchana, vestigia im-
 perfectis tot rogationibus, intra penates interemtum
 suos amiserat, incerto caedis auctore: tamen et acerbam
 mor-

Cap. XVI. a. *Cornelia Livii Drusi* sc. uxoris; bene è codd. omni-
 bus restituit Lipsius. Fuit hic C. Livius Drusus, Marci pater,
 tribuni pl., de quo sermo est. Cf. Index hist. Ernesti ad
 Ciceron.

II, 13. ubi et statuum eque-
 stre in Cloeliae honorem
 positam in summa sacra via
 memorat. Plin. N. H. XXXIV,
 13. bip. *pulvinum* in lectica:
 molliem taxat.

2. *Primam Scipionis —
 matrem*] cf. ad Consol. ad
 Helv. 16, 4.

3. *Cornelia*] E Livio (libr.
 LXXI. nunc deperdito, v.
 Epitom. et Freinsheim. supple-
 ment.) haec desumpta viden-
 tur. M. Livius Drusus (fra-
 ter eius C. Drusus, cuius filius
 ille Drusus erat, qui post
 proelium Philippense se inter-
 fecerat (Vellei. II, 71, 3.)
 pater Liviae uxoris Augusti)
 tribun. pl. a. V. C. 662., ut

Senatui potestatem a C. Grac-
 cho ereptam restitueret, ple-
 bem sibi conciliaturus leges
 tulit et de frumento plebi
 dando et Gracchos sequens
 de agris dividendis Italicis
 Siculisque, denique de iure
 civitatis, cum fociis italicis
 communicando: ac in his ipsis,
 ait Vellei. Patere. II, 13, 2.
 quae pro Senatu moliebatur,
 Senatum habuit adversarium;
 quippe qui tum easdem ob
 causas ei restitit, ob quas
 Gracchos represserat, tum au-
 thoritati suae et securitati me-
 tuit. Proinde diversa eum
 factio per fraudem interemit,
 incertum a quo; Livio l. 1,
 nostro, Sueton. Tiber. 3. te-
 stibus.

mortem filii, et inultam, tam magno animo tulit, quam ipse leges tulerat. Iam cum fortuna in gratiam, Marcia, reverteris, si tela, quae in Scipiones, Scipionumque matres ac filios ^b exegit, quibus Caesares petiit, ne
 4 a te quidem continuit. Plena et infesta variis casibus vita est: a quibus nulli longa pax, vix induciae sunt. Quatuor liberos sustuleras, Marcia: nullum ^c aiunt frustra cadere telum, quod in confertum agmen immissum est. Mirum est, tantam turbam non potuisse sine invidia damnove praetervehi? At hoc iniquior fortuna fuit, quod non tantum filios eripuit, sed elegit. Nunquam tamen iniuriam dixeris, ex aequo cum potentiore dividere: duas tibi reliquit filias, et harum nepotes: et ipsum quem maxime luges, prioris oblita, non ex toto abstulit. Habes ex illo duas filias; si male fers, magna onera: si bene, magna solatia. In hoc te perduxit, ut
 5 illas quum videris, admonearis filii, non doloris. Agricola, everfis arboribus, quas aut ventus radicitus evulsit, aut contortus repentino impetu turbo perfregit, so-
 bolem

b. *exegit*: e codd. recepit Gronov. Antea: egit.

c. *aiunt*: nonnulli MSS. ap. Pincian. et Scottum (Obsf. III, 40. p. 180.) *aiunt* i. solet. Parum refert, quid praeferas: prius est: proverbio dicitur.

stibus. Cicero tamen Nat. Deor. III, 33. Q. Varium eius percussorem appellat (Ernesti Ind. Hist.). Ex his, quae commemoravi, et ex Plin. N. H. XXVIII, 41. Aurel. Vict. de illustr. vir. 66. diversos de eius morte rumores fuisse patet. Cicero eum saepe laudat et Senecae iudicium de Druso confirmat: e. c. de Offic. I, 30, 9. (cf. Wezel. Exc. 8. ad Cicer. Brut. 298. sq.) *Scipiones*: spectat haud

dubie ad P. Corn. et eius fratrem Cn. Scipiones in Hispania proeliantes intercomtos. Liv. XXV, 34. 36. Lipsius cogitavit de Scipione Africano maiore, qui Linterni obiit, et contulit Consol. ad Polyb. c. 33, 3.

5. *Agricola*] Lipsius bene comparat Teletem (ap. Stobaeum Serm. CVI. p. 495. Gesn.) Οὐ γὰρ ὀρθῶς Φησὶ βεβλητομένους ὁ Στίλπων τὸ, διὰ τὰς ἀπογενομέ-
 νους

bolem ex illis residuam fovet, et amissarum femina statim plantasque disponit: et momento (nam ut in damna, ita ad incrementa rapidum veloxque tempus est) adulescunt amissis laetiora. Has nunc Metilii tui filias in 6 eius vicem substitue, et vacantem locum exple. Vnum dolorem geminato solatio leva. Haec quidem natura mortalium est, ut nihil magis placeat, quam quod amissum est. iniquiores sumus adversus relicta, ereptorum desiderio: sed si aestimare volueris, quam tibi valde fortuna, etiam quum saevierit, pepercerit, scies te habere plus quam solatia. Respice tot nepotes, duas filias.

XVII. Dic illud quoque, Marcia: „Moveret me, si „effet cuique pro moribus fortuna, nunquam mala bonos „sequerentur: nunc video, exempto discrimine, et eodem modo malos bonosque iactari. Grave est tamen, „quem educaveris iuvenem, iam matri, iam patri praefidium ac decus, amittere.“ Quis negat grave esse? sed humanum est. Ad hoc genita es ut perderes, ut perires, ut sperares, metueres, alios teque inquietares, mortem et timeres et optares, et quod est pessimum, nunquam scires cuius esses a status. Si quis Syracusas 2 peten-

Cap. XVII. a. status i. in qua conditione, fortuna esses, quum omnes res nostrae variae sunt et vacillant. Stares ap. Lipsium nihil est, bene docentè Gronovio.

υξ τῶν ζώντων ὀλιγωρεῖν. γεωργὸς οὐ ποιεῖ τῆτο. οὐδὲ ἂν τῶν δένδρων ξηρόν τι γένηται, καὶ τὰ ἄλλα προσεκηόπτει· ἀλλὰ τῶν λοιπῶν ἐπιμελόμενος πειράται τὴν τῆ ἐκλελειπότος χρεῖαν ἀναπληροῦν. Esse autem potuit ut librum Teletis pythagorei περὶ περιζύσεων reminisceretur noster. Teles vixit circa tempora Stilponis, quem *μυρρη* (πρώην) quae-

dam dixisse affert. Stilpo floruit circ. Ol. 116. Demetrio Poliorcete et Ptolemaeo Sotere regibus. Obiter haec moneo, quum ap. Fabric. Bibl. Gracc. Vol. I. p. 876. Harles. neglecta video.

6. nepotes] ex filiabus: antea §. 4.

Cap. XVII. Grave quidem est, liberos suos amittere, sed humana scis sorte coniunctum.

petenti diceret: omnia incommoda, omnes voluptates futurae peregrinationis tuae ante cognosce, deinde ita naviga. Haec sunt quae mirari possis. videbis primum ipsam insulam ab Italia angusto intercisa freto, quam continenti quondam cohaesisse constat: subitum illo mare irrupit, et

Hesperium Siculo latus abscidit:

deinde videbis (licet enim tibi avidissimum maris verticem ^b stringere) stratum illam fabulosam Charybdim, quamdiu ab austro vacat; at si quid inde vehementius spiravit, magno hiatu profundoque navigia sorbentem.

3 Videbis celebratissimum carminibus fontem Arethusam, nitidissimi ac perlucidi ad imum stagni, gelidissimas aquas profundentem: sive illas ibi primum nascentes invenit, sive immersum terris flumen integrum subter tot maria, et a confusione peioris undae servatum, reddidit. Videbis portum quietissimum omnium, quos aut natura posuit

^b. *stringere stratum* (i. quietam, quod et ipsum in Erasmi. ed. est) illam fabulosam Charybdim, q. ab a. v.; at — Lippius e codd. dedit. Antea: *stringere illam*; al. ut Erasmi.: *refringere fretum illam* —. Lippio adfentior. Pro: at legere mavult e suo cod. verum.

2. Versus exstant ap. Virgil. Aen. III, 418. pontus — Hesperium etc. Italiam ac Siciliam motu terrae diremtas dicit poeta ex opinione Antiquitatis vulgari, quam abbatem Fortis, hominem italicum, naturae diligentem exploratorem perperam explosisse miror.

Charybdim — vacat] vides hoc ipsum ap. Virg. III, 684. sq. Rupem esse Charybdim apud Promontorium Pelorum navigantibus austro vel noto versus eam abreptis periculofam constat. E regione in

litore Italiae est Scylla. *sorbentem*: iam Homerus Odyss. μ, 426. memoravit.

3. *Videbis — Arethusam*] ut Pindar. Nem. I, 1. Virgil. Eclog. X, 1 et 4. ubi vid. Heyn. Fabulam de congressu Alpei et Arethusae narrat Pausan. V, 7. p. 26. sq. T. II. Facii. Alpei s. venatoris, s. dei amorem fugiens Arethusa in Siciliam abiit, ubi in Syracusarum parte, Insula dicta, in fontem mutata esse narratur. Cf. nostri nat. Qu. 3, 26. 6, 8. *Portum* et

Cice-

posuit in tutelam classium, aut adiuvit manus, sic tutum, ut ne maximarum quidem tempestatum furori locus sit. Videbis ubi Athenarum potentia fracta: ubi tot 4 millia captivorum, ille excisis in infinitam altitudinem faxis, c lautumius carcer incluserat: ipsam ingentem civitatem, et laxius turritam, quam multarum urbium fines sint: tepidissima hiberna, et nullum diem sine interventu folis. Sed quum omnia ista cognoveris, gravis et infalubris aestas hiberni coeli beneficia corrumpet. Erit Dionysius illic tyrannus, libertatis, iustitiae, legum exitium, dominationis cupidus etiam post Platonem, vitae etiam post exilium: alios uret, alios verberabit, alios ob levem offensam iubebit detruncari: accesset ad libidinem mares feminasque, et inter foedos regiae

c. *lautunius c.* a Pinciano est: recte. Sic enim carcer ille appellatur. *Nablius* vulgati habebant, unde Muretus fecit: *nobilis*. Scripti: *naulius*. *naulinus*: unde Lipsius fecit: *nativus* i. a natura factus. Mox: *laxius turritam* (i. moenibus, in quibus turres olim crebrae erant, cincta laxius quam —) e Scriptis recte recepit Lipsius: qui et proponit *laxius terminatam*. Praefere codd. lectionem. Antea: *laxius territorium*.

Ciceroni etc. celebratum, maiorem ad 80 stadia (ferme 2½ milliaria germanic.) patentem atque etiamnunc bonum. Minor portus Laccius dicebatur. Dorvill. ad Chariton. p. 282.

4. *Videbis — incluserat*] Sermo est de expeditione infauſta Athenienſium ducibus Alcibiade, Nicia, Demosthene etc. in Siciliam facta Ol. 91, 1. Capti sunt a Syracusanis et Lacedaemoniis coniunctis non pauciores septem millibus Graecis, quorum magna pars in lapicidinis Syracusarum, quibus nomen erat Latomiis f. Lautunius (Λιθοτομιας)

per septuaginta dies stipata vixit, post divendita. Thucyd. VI, 1. sq. VII, 87. de Latomiis, de quibus et Cicero egit in Verr. I, 5. V, 27. Dionysius hunc locum profundum et amplum, hodieque exstantem, ad ordinarium carceris usum accommodari iussit. Cf. Perizon. ad Aelian. V. H. XII, 44. De Syracusis multus est Cic. in Verrem: plura vero petentes adeant Cluveri Sicil. antiq. Dorvillii Sicula etc. *Dionysius*: minorem dicit, tyrannum Syracusarum ab Ol. 103, 1—109, 2. Quae noster hic breviter perstrinxit,

regiae intemperantiae greges parum erit, simul binis
 5 coire. Audisti quid te invitare possit, quid abferrere:
 proinde aut naviga, aut resiste. Post hanc denuntiatio-
 nem, si quis dixisset intrare se Syracusas velle, fatisme
 iustam querelam de ullo, nisi de se, habere posset, qui
 non incidisset in illa, sed prudens sciensque venisset?
 Dicit omnibus nobis natura: Neminem decipio. tu si
 filios sustuleris, poteris habere formosos, poteris et
 deformes: et si fortasse tibi multi nascentur, esse ex illis
 6 aliquis tam servator patriae, quam proditor poterit. Non
 est quod desperes tantae dignationis futuros, ut nemo
 tibi propter illos maledicere audeat: propone tamen et
 tantae futuros turpitudinis, ut ^d ipsi maledictum sint. Ni-
 hil vetat illos tibi suprema praestare, et laudari te a li-
 beris tuis: sed sic te para, tanquam in ignem positura,
 vel puerum, vel iuvenem, vel senem. Nil enim ad rem
 pertinent anni: quoniam nullum non acerbum funus
 est, quod parens sequitur. Post has leges propositas,
 si liberos tollis, omni deos invidiâ liberas, qui tibi ni-
 hil sponderunt.

XVIII. Ad hanc imaginem agedum totius vitae in-
 troitum referamus. Syracusas visere deliberanti tibi,
 quidquid delectare poterat, quidquid offendere, ex-
 posui: puta nascenti me tibi venire in consilium.
 in-

d. *ipsi maledictum sint*, ut nomina eorum loco maledicti sint.
 I. M. Heusing. Emendd. p. 243. con. vi oppositi *ut ipsis* (vel
ipsa his) *maledictum sis*. Erasim/ *ut ipsis maledictum sit*: alii
ut ipsis maledicta sint. Vulgata bene se habet.

fusus tractata sunt a Diodor.
 Sic. XV, 74. Plutarch. Dio-
 nis (T. V. cd Reisk.) et Ti-
 moleontis (T. II. Reisk.)
 Vitt. Platonem benigne ex-
 ceptum publice postea vendi-
 dit. Senec. Ep. 47. Menag.

ad Diog. Laert. III, 19. p. 146.
 Timoleon Corinthius tyran-
 num Corinthium misit, ubi lu-
 dum literarium aperuisse narra-
 tur. Wesscl. ad Diod. 16, 70.
 Cap. VIII. In vita nostra
 bona malis mixta.

intratura es urbem diis hominibusque communem, omnia complexam, certis legibus aeternisque devinctam, indefatigata coelestium officia volventem. Videbis illic innumerabiles stellas, miraberis uno fidere omnia impleri, solem quotidiano cursu diei noctisque spatia signantem, annuo aestates hiemesque aequaliter dividentem. Videbis nocturnam lunae successione[m], a fraternis occurribus lene remissumque lumen mutuantem, et modo occultam, modo toto ore terris imminentem, accessionibus damnisque mutabilem, semper proximae dissimilem. Videbis quinque sidera diversas agentia vias, et in contrarium praecipiti mundo nitentia: ex horum levissimis motibus fortunae populorum dependent, et maxima ac minima perinde formantur, prout aequum iniquumve sidus incessit. Miraberis collecta nubila, et cadentes aquas, et obliqua fulmina, et coeli fragorem. Quum fatiatis spectaculo supernorum in terram oculos deieceris, excipiet te alia fortuna rerum, aliterque mirabilis. Hinc camporum in infinitum patentium fusa planities; hinc montium magnis et nivalibus surgentium iugis erecti in sublime vertices: deiectus fluminum, et ex uno fonte in Orientem Occidentemque defusi amnes;

S 2

et

intratura es urbem — *communem*] i. mundum, e decretis Stoicorum, ut supra monuimus. *aeternis* i. divinis. *uno fidere* i. sole. Cf. Cic. Tusc. I, 28.

2. *in contrarium* — *nitentia*] i. proprio suo motu feruntur contra illum primum motum, quo coelum praecipit fertur. *ex horum* — *incessit*. Astrologiam nostro ut Stoico, qui et sideribus animas tribuebat, easque divinas, non repulsam vides. Omnibus au-

tem sideribus vim in fata hominum tribuit de Provident. I, 2. Quaest. nat. II, 32. Dubitat tamen Ep. 97.

3. *et ex uno fonte* — *amnes*] Danubius et Rhenus dici videntur, quorum hic in occasum, ille in Orientem defusus fertur. Claudianus certe, quem hic Lipsius laudat, eandem opinionem falsam fovet: Prominet Hercyniae confinis Rhaetia Silvae. Quae se Danubii iactat Rhenique parentem. Cf. Mannertii (*Geo-*
gra-

et fummis cacuminibus nemora nutantia, et tantum filvarum cum suis animalibus, aviumque concentu diffuso. Varii urbium situs, et seclusae nationes locorum difficultate, quarum aliae se in erectos subtrahunt montes, aliae ripis, lacu, vallibus, palude circumfunduntur: adiuta cultu seges, et arbuta sine cultore fertilia, et rivorum lenis inter prata discursus, et amoeni sinus, et litora in portum recedentia, sparsaè tot per vastum in-

4 sulae, quae interventu suo maria distinguunt. Quid lapidum gemmarumque fulgor, et inter rapidorum cursum torrentium aurum arenis interfluens, et in mediis terris, medioque rursus mari nitentes ignium faeces, et vinculum terrarum Oceanus, continuationem gentium triplici sinu scindens, et ingenti licentia exaequans? Videbis his inquietis, et sine vento fluctuantibus aquis immani et ^a excedenti terrestria magnitudine animalia, quaedam gravia et alieno se magisterio moventia, quaedam velocia, concitatis perniciores remigiis, quaedam haurientia undas, et magno praenavigantium periculo

5 efflantia. Videbis hic navigia, quas non novere terras, quae-

Cap. XVIII. a. *excedenti terrestria magnitudine animalia* Gronov. fecit et Lect. MSS. et *excedenti terrentia magnitudine*. Antea: *Et fidem exc. magn. terrentia*.

graphie der Griechen und Römer, T. III.) disquisitiones egregiae.

4. *et inter rapidorum — interfluens*] e. g. Paestoli, Tagi al. *nitentes ignium faeces*, e. c. Vulcaniarum s. Liparacarum insularum. *triplici sinu* int. mediterraneo, arabico, persico. Terram enim veteres putabant esse insulam (Strabo I. p. 12. Siebenkees), et maria esse partes Oceani, eiusque quasi sinus, quibus gentes inhiabantur, quominus una

ferie habitarent. *exaequans* redundans et in terras effluens, ita tamen, ut nullus ventus, qui sit causa fluctuationis, animadvertatur. *quaedam gravia moventia*. Laudat Liplius e Plin. N. H. IX, 88. amicitiae exemplum balaenae et musculi. Sequentia ad delphinum, ociorem volucre, acriorem telo (Plin. IX, 7. bip.) et ad physeterem (Plin. IX, 3. Strabo III, 2. p. 387. Siebenk.) spectant.

quaerentia. Videbis nihil humanae audaciae intentatum, erisque et spectatrix, et ipsa pars magna conantium: discas docebisque artes, alias quae vitam instruant, alias quae ornent, alias quae regant. Sed istic erunt mille corporum et animorum pestes, et bella, et latrocinia, et venena, et naufragia, et intemperies coeli corporisque, et carissimorum acerba desideria, et mors, incertum, facilis, an per poenam cruciatumque. Delibera 6 tecum, et perpende quid velis. ut in illa venias, per ista exeundum est. Respondebis, velle te vivere? quidni? Immo, puto, ad id non accedes, ex quo tibi aliquid detrahi doles. Vive ergo ut convenit. Nemo, inquis, nos consulit. Consulti sunt de nobis parentes nostri: qui quum conditionem vitae nossent, in hanc nos sustulerunt.

XIX. Sed ut ad solatia veniam, videamus primum quid curandum sit, deinde quemadmodum. Movet lugentem desiderium eius, quem dilexit. Id per se tolerabile apparet. Absentes enim abfuturos, dum viverent, non flemus, quamvis omnis usus illorum nobis et conspectus ereptus sit. Opinio est ergo, quae nos cruciat: et tanti quodque malum est, quanti illud taxavimus. In nostra potestate remedium habemus. Iudicemus illos abesse, et ^a nosmetipsi non fallamus. dimi-

S 3

simus

Cap. XIX. a. *nosmetipsi non fallamus* e codd. Erasmus et Lipsius recte praeferunt. Revera non fallamus nos, quandoquidem et in peregrinatione sunt et vivunt. Antea deerat: *non*.

6. *Respondebis — doles*]
i. Cur non respondebis, te velle vivere? At tui luctus continui probe memor, mutosententiam, et vix puto, te vitam, quae numquam malis suis caret, non praelaturam esse, quum aliquid i. filium tibi ex ea detrahi doles.

Cap. XIX. Ad *solatia* pergit, quae secundam Consolationis partem constituunt. Refellit luctum, qui desiderium mortui eiusque defensionem praetexit: opinio enim lugentes fallit, nec mors inter mala numeranda est.

- 2 finus illos: immo consecuturi praemisimus. Movet et illud lugentem: „Non erit qui me defendat, qui a con-
 „temtu vindicet!“ Vt minime probabili, sed vero solatio utar: in civitate nostra plus gratiae orbitas confert, quam eripit. Adeoque senectutem solitudo, quae solebat destruere, ad potentiam ducit, ut quidam odia filiorum simulent, et liberos ^b eiurent, et orbitatem manu faciant. Scio quid dicas: „Non movent me detrimen-
 „ta mea. etenim non est dignus solatio, qui filium sibi
 „decessisse, sicut mancipium, moleste fert: cui quid-
 3 „quam in filio respicere, praeter ipsum, vacat.“ Quid igitur te, Marcia, movet? utrum, quod filius tuus decessit: an, quod non diu vixit? Si, quod decessit, semper debuisti dolere: semper enim scisti mori. Cogita, nullis defunctum malis affici; illa quae nobis inferos faciunt terribiles, ^c fabulam esse: nullas imminere mortuis

b. *eiurent*. Egregia Gruteri suspicio est, quam reduxi, Lipsio auctore. Antea: *servent*, nullo sensu.

c. *fabulam esse* Gronov. e codd. reduxit. Pender enim oratio a verbo: *cogita*. Cf. Ep. 81. Pincianus dederat: *ista fabulas esse*. Erasim. *fabula est*.

1 et 2. Communes luctus causae praetexuntur, quas et in Consol. ad Helv. 14. sq. refutavit. *praemisimus*. Ep. 99. quem putas periisse, praemisus est. Comparat Lipsius egregium locum Antiphonis Comici: (ap. Stobaeum Serm. 121. p. 524.) Pia, pulchra, quis neget? addit L., et sensus, si non oris Christiani! *Vt minime — faciant*. Spectat ad hereditatum captationes, quae inprimis sub Caio, Claudio et Nerone principibus florebant. Ditiores quidem auctoritatem et securitatem sibi comparabant sponte

et ultro orbos se faciendo (*manu f.*) ideoque cuique potentiori, quin vel principibus (dicti telas heredipetae, Petron. 124.) spem iniiciendo, fore ut diti hac hereditate potiantur.

3. *Cogita — fabulam esse*] Quis hic Stoicum agnoscit? Inde enim a Zenone Stoici tantum aberant, quod iam supra monui, ut mythologiam reiicerent, ut omni studio eam allegorice explicare laborarent. Ceterum haec omnia, quae memorat S. e poetis, e. c. Virgilio Aen. VI. notissima sunt.

tuis tenebras, nec carcerem, nec flumina flagrantia igne, nec oblivionis amnem, ^d nec tribunalia, et reos, et in illa libertate tam laxa ullos iterum tyrannos. Luserunt ista poëtae, et vanis nos agitavere terroribus. Mors ⁴ omnium dolorum et solutio est et finis: ultra quam mala nostra non exeunt, quae nos in illam tranquillitatem, in qua, antequam nasceremur, iacimus, reponit. Si mortuorum aliquis miseretur, et non natorum misereatur. Mors nec bonum nec malum est. Id enim potest aut bonum aut malum esse, quod aliquid est: quod vero ipsum nihil est, et omnia in nihilum redigit, nulli nos fortunae tradit. Mala enim bonaque circa aliquam versantur materiam. Non potest id fortuna tenere, quod natura dimisit: nec potest miser esse, qui nullus est. Excessit filius tuus terminos, intra quos servitur. ⁵ Excepit illum magna et aeterna pax: non paupertatis metu, non divitiarum cura, non libidinis per voluptatem animos carpentis stimulis incessitur, non invidia felicitatis alienae tangitur, nec suae premitur, nec conviciis quidem ullis verecundae aures verberantur: nulla publica clades prospicitur, nulla privata: non sollicitus futuri pendet ex eventu, semper ^e in deteriora dependenti. Tandem ibi constitit, unde nil eum pellat, ubi nil terreat.

S 4

XX.

d. nec tribunalia, et reos, et in illa libertate tam laxa ullos iterum tyrannos ex Colon. cod. ap. Gruterum recepit Gronov. et — et i. nec — nec —. cf. Gronov. Obs. II, 14.

e. in deteriora dependenti Erasmus habet: praefero. Lipsius cont. rependentem. Sed Erasmi lectio hac conjectura melior est. Vitam enim hic tanquam miseram pingit.

4. Mors etc.] Haec fusius quod expeti potest: accedit, pertractavit Cic. Tusc. I, 5. quod qui in nihilum redactus sit, neque pace frui potest. sqq. Sibi non constat noster sit, neque pace frui potest. in hac expositione. Si enim Nec Antoninus eandem semper sententiam sequutus est, iis, quae alias posuit, constitisset, mors procul dubio bonum, quin optimum esset, II, 17. V, 4, 13. IV, 21. ubi cf. Gatak. Mala enim — materiam;

XX. O ignaros malorum suorum, quibus non mors ut optimum inventum naturae laudatur! quae sive felicitatem includit, sive calamitatem repellit, sive satieta-tem aut lassitudinem senis terminat, sive iuvenile aevum, dum meliora sperantur, in flore deducit, sive pueritiam ante duriores gradus revocat: omnibus finis, multis remedium, quibusdam votum, de nullis melius merita, **2** quam de his ad quos venit antequam invocaretur. Haec fervitorem invito domino remittit: haec captivorum caenas levat; haec e carcere ^a deducit, quos exire imperium impotens vetuerat. haec exsulibus in patriam semper animum oculosque tendentibus, ostendit, nihil interesse inter quos quisque iaceat. haec, ubi res communes fortuna male divisit, et aequo iure genitos alium alii donavit, exaequat omnia. haec est, quae nihil quidquam alieno fecit arbitrio. haec est, in qua nemo humilitatem suam sensit. haec est, quae nulli paruit. haec **3** est, Marcia, quam pater tuus concupivit. Haec est, inquam, quae efficit, ut nasci non sit supplicium: quae efficit, ut non concidam adversus minas casuum, ut servare animum salvum ac potentem fui possim. Habeo quo appellam. Video istic ^b cruces non unius quidem generis, sed aliter ab aliis fabricatas, capite quidam conversos in terram suspendere, alii per obscena stipitem egerunt, alii brachia patibulo explicuerunt. Video fiducias, video verbera: et membris et singulis articulis

Cap. XX. a. *deducit*, bona lectio. Lipsius con. *educit*.

materiam; ὄλην opponit nihilo. Iam quum animus deletus, in nihilum redactus sit, nihil neque malum, neque bonum sentire potest. Cic. Tusc. I, 34. fqq.

Cap. XX. Laudes mortis. Cf. Cic. Tusc. Disput. I, 47. fqq. Laudationes quidem mor-

tis existere in antiquitate plures, nunc omnes illae quidem deperditae. Inprimis celebres fuere Cyrenaicus Hegesias et ante eum inter Rhetores Alcidas. Cic. Tusc. I, 34. 48.

2. *haec est, quam pater tuus concupivit*] Inedia vitam finiit.

lis singula machinamenta: sed video et mortem. Sunt istic hostes cruenti, cives superbi: sed video istic et mortem. Non est molestum fervire, ubi, si domini per- 4
taesum est, licet uno gradu ad libertatem transire ^b contra iniurias vitae, beneficium mortis habeo. Cogita, quantum boni opportuna mors habeat, quam multis diutius vixisse nocuerit. Si Cn. Pompeium, decus istius firmamentumque imperii, Neapoli valetudo abstulisset, indubitatus populi Romani princeps excefferat. At nunc 5
exigui temporis adiectio fastigio illum suo depulit. Vidit legiones in conspectu suo caesas: et ex illo proelio, in quo prima acies senatus fuit, quam infelices reliquiae sunt, imperatorem ipsum superfuisset! vidit Aegyptium carnificem, et sacrosanctum victoribus corpus satelliti praestitit, etiamsi incolunus fuisset poenitentiam salutis acturus. quid enim erat turpius, quam Pompeium vivere beneficio regis? M. Cicero si eo tempore, quo 6

S 5

Cati-

b. *Contra iniurias vitae beneficium mortis habeo.* Vulgata lectio bonum sensum fundens. Sed Erasmi: *coram te iura vitae beneficia m. b.* Libri: *Coram te iura vitae beneficio: aut vita beneficio.* Inde fecit Lipsius: *contante, s. morante vita beneficio mortis abeo.* Triller. Obs. IV, 25. emendat: *Coram te iura vitae et necis. Ah eo cogita.* Nihil decido.

4. *Si Cn. Pompeium* etc.] Multi Veteres hoc tangunt: e. c. Cic. Tusc. I, 35. Vellei. Pat. II, 48. Dio Cass. XLJ, 6. ad a. V. C. 705. Pompeius in Campaniam processerat Roma, ubi, Senatu magistratibusque secum congregatis, bellum facilius gesturum se speraverat. Eo tempore in hunc morbum Neapoli commoratus incidisse videtur.

5. *Vidit — ex illo proelio]* ad Pharsalum, et — *Aegyptium carnificem* Achillam et Septi-

mium (Dio Cass. XLII, 4.): *regis* Ptolemaei pueri. Cicero l. c. de Pompeio haec eadem fere exposuit, at nisi fallor, multo pulchrius, parum cogitans et de se olim hoc dici posse.

6. Haec de Cicerone declamatorie nimis elata sunt. Nam inter primos proscriptos occisus est, triumviris Antonio, Lepido, Octavio, a. V. C. 711. Dio Cass. XLVII, 8. deinde et strictos acie Pharsalica in civium capita mucro-

nes,

Catilinae fidas devitavit, quibus pariter cum patria pettus est, concidisset, liberatâ Republicâ conservator seius: si denique filiae suae funus secutus fuisset, etiam tunc felix mori potuit. Non vidisset strictos in civilia capita mucrones: nec divisa percussoribus occiforum bona, ut etiam de suo perirent: non hastam consularia spolia vendentem: nec caedes, nec locata publice latrocinia, bella, rapinas, tantum Catilinarum. Marcum Catonem si a Cypro et hereditatis regiae dispensatione redeuntem mare devorasset, vel cum illa pecunia, quam afferebat civili bello stipendium, nonne illò bene actum foret? hoc certe secum tulisset, neminem aufurum coram Catone peccare. Nunc annorum adiectio paucissimorum virum libertati non suae tantum sed publicae natum coëgit, Caesarem fugere, Pompeium sequi. Nihil ergo mali immatura mors attulit c illi: omnium etiam malorum remisit patientiam. „Nimis tamen cito periit, et „immaturus.“ Primum, puta illum superfuisset: comprehende quantum plurimum procedere homini licet: quantulum est? d Ad brevissimum tempus editi, cito cessuri loco, venienti in pactum hoc, prospicimus hospitium. De nostris aetatibus loquor, quas incredibili celeritate convolvi constat. computa urbium secula. videbis

c. *illi e codd. receperunt* Erasim. Lipsius, Gron. Pincianus dederat: *Metilio.*

d. *Ad brevissimum tempus editi, cito cessuri loco venienti in pactum hoc prospicimus hospitium.* Locus varie tentatus est: sed vulgata tamen teneam, dum meliora edocear e codd.

nes, et bona divisa ac subhastata ipsius etiam Pompeii etc. viderat, Lipsio bene animadvertente. cf. Cic. Tusc. I, 35. fin. *de suo* ipsi praemium suae mortis essent. *hastam*, quam Caesar pro aede Iovis Statoris in foro posuit: *hastam Iuliana*: Epp. Cic. IX, 10.

XV, 17. De off. II, 3 et 22. *tantum Catil.* i. tot uno tempore Catilinas.

7. Ptolemaeus Romanos haeredes reliquerat: eam rem M. Cato Clodio auctore in Cyprum missus est. Dio Cass. XXXVIII, 30. ad ann. V. C. 693.: conf. XXXIX, 22.

debis quam non diu steterint, etiam quae vetuste gloriantur. Omnia humana brevia et caduca sunt, infiniti temporis nullam partem occupantia. Terram hanc cum 9 populis, urbibusque, et fluminibus, et ambitu maris, puncti loco ponimus, ad universa referentes: minorem portionem aetas nostra quam puncti habet, si tempori comparetur omni. cuius maior est mensura quam mundi: utpote quum ille se intra huius spatium toties remetiatur. Quid ergo interest id extendere, cuius quantumcunque fuerit incrementum, non multum aberit a nihilo? uno modo multum est quod vivimus: si satis est. Licet mihi ^e vivaces et in memoriam traditae se- 10 nectutis viros nomines, centenos denosque percenseas annos: quum ad omne tempus dimiseris animum, nulla erit illa brevissimi longissimique aevi differentia, si inspecto quanto quis vixerit spatio, comparaveris quanto non vixerit. Deinde non immaturus deceffit: vixit enim quantum debuit vivere. Nihil enim illi iam ultra supererat. Non una hominibus senectus est, ut ne animalibus quidem. Intra quatuordecim quaedam annos defatigantur: et haec illis longissima aetas est, quae homini prima. dispar cuique vivendi facultas data est: nemo nimis cito moritur, qui victurus diutius quam vixit, non fuit. Fixus est cuique terminus: ^f manebit semper ubi 11
posi-

e. *Licet mihi vivaces* etc. dedi e Lipsii codice, mutata una vocula: *vaces*, ex qua Lipsius fecit: *vates*, infeliciter.

f. *manebit semper* — *Tulit suum*. Vulgaratam dedi, coniecturis omissis: libri valde variant: cf. Gruter.

10. *intra quatuordecim annos defatigantur*] Hoc nec Senecae tempore mirationem facere poterat, quum insectum, quod Plin. N. H. XI, 43. bip. Hemerobion appellat, notum esset, volucre quadupes, nec ultra unum diem vivit. cf. Cic. Tusc. I, 39. ex Aristotele. Quod ad Ephemera (*Eintagsfliege*), ut nobis vocantur, pertinere videtur, in quibus sunt, quae intra aliquot horarum spatium nasci, vivere, mori constat, *prima* i. pueritia.

positus est: nec illum ulterius diligentia aut gratia promovebit: scit libenter illum ulterius diligentiam ex consilio perdidisse. Tulit suum,

— *metasque dati pervenit ad aevi.*

Non est itaque quod sic te oneres: Potuit diutius vivere. Non est interrupta eius vita, nec unquam se annis casus interiecit. solvitur quod cuique promissum est: & eunt vi sua fata, nec adiiciunt quidquam, nec ex promisso semel demunt: frustra vota ac studia **12** sunt. Habebit quisque, quantum illi dies primus adscripsit. ex illo, quo primum lucem vidit, iter mortis ingressus est, accessitque fato propior: et illi ipsi, qui adiiciebantur adolescentiae anni, vitae detrahebantur. In hoc omnes errore versamur, ut non puteamus ad mortem, nisi senes inclinatosque iam vergere: quum illo infantia statim, et iuventa, omnisque aetas ferat. ^h Actura opus suum fata nobis sensum nostrae necis auferunt: quoque facilius obrepat mors, sub ipso vitae nomine latet. Infantem in se pueritia convertit, pueritiam pubertas, pubertatem iuventus, iuventutem senectus abstulit. Incrementa ipsa si bene computes, damna sunt.

XXI. Quereris, Marcia, non tam diu vixisse filium tuum, quam potuisset? Vnde enim scis, an diutius illi expedierit? an illi hac morte consultum sit? Quem invenire hodie potes, cuius res tam bene positae sunt et fundatae, ut nihil illi, procedenti tempore, timendum

g. *eunt vi sua fata*: Lectio Pincian. bona est. Antea: *eunt, ut sua fata.*

h. *Actura opus s. f. u.* Ex conl. Lipsii certa. Veteres: *Augurii* vel *Auguria opus* — nullo sensu.

11. Hemistichium ex Aen. Virgil. X, 472. defunctum est.

Cap. XXI. Igitur non queri debemus vitae breviteratem.

hodie] ad tempora, in quibus scripsit, periculosa spectat (XIX, 2.) quamquam de omni humana conditione satis

com-

dum fit? Labuntur humana, ac fluunt: neque pars vitae nostrae tam obnoxia aut tenera est, quam quae maxime placet. Ideoque felicissimis optanda mors est, 2 quia in tanta inconstantia turbaque rerum, nihil nisi quod praeteriit, certum est. Quis tibi recepit, illud pulcherrimum filii tui corpus, et summa pudoris custodia inter luxuriosae urbis oculos conservatum, potuisse ita morbos evadere, ut ad senectutem formae illaesum perferret decus?

XXII. Cogita animi mille labes. neque enim recta ingenia, qualem in adolescentia spem sui fecerant, usque in senectutem pertulerunt: sed interversa plerumque sunt. Aut fera eoque foedior luxuria invasit, et coëgit dehonestare speciosa principia, aut in popinam ventremque ^a praecoquis summa illis curarum fuit, quid essent, quid biberent. Adiice incendia, ruinas, naufragia, lacerationes medicorum ossa vivis legentium, et totas in viscera manus demittentium, et non simplici dolore pudenda curantium. Post haec exsilium: non fuit inno- 2 centior filius tuus, quam Rutilius. Carcerem: non fuit sapientior, quam Socrates. Voluntario vulnere transfixum

Cap. XXII. 1. *praecoquis* (i. a pueris proiectis in luxuriam matris lurconibus) *summa illis c.* E MSS. dedit Gron. qui copula et a Lipsio, ante *summa* inseri iubente, reiecta, *tot illis* tuerur, nescio, an satis recte. Aut eleganter *παρέλκει*, ait, aut more veterum saltem transpositum est, pro: *aut illis in popinam* etc. Vereor, ut omnia sana sint. Antea: *proiectis.*

commode dici potest. *neque pars — placet. obnoxia* i. caduca: ratio in eo posita esse videtur, ut, quum et res et nosmet ipsi mutationibus subiaceremus, detractionem iis factam advertentes tristitia afficiamur. Quae diligimus, nobis abstrahi nolumus, cete-

rorum discessu haud animadverso.

2. *recepit*] promisit.

Cap. XXII. Corruptio enim seculi aliaque mala vel optimis ingeniis metuenda sunt.

2. *Rutilius*] P. Rutilius Rufus damnabatur ab equitibus, quod in Asia quaestor pre-

fixum pectus: non fuit sanctior quam Cato. Quum ista perspexeris, scies optime cum his agi, quos natura, quia illos hoc manebat vitae stipendium, cito in tutum recepit. Nihil est tam fallax, quam vita humana: nihil tam insidiosum. non mehercule quisquam accepisset, nisi daretur insciis. itaque si felicissimum est, non nasci: proximum putâ, brevitate vitae defunctos, cito in integrum restitui. Proponere illud acerbissimum tibi tempus, quo Seianus patrem tuum clienti suo Satrio Secundo congiarium dedit. Irascebatur illi ob unum aut alterum liberius dictum, quod tacitus ferre non potuerat, Seianum in cervices nostras nec imponi quidem, sed
 3 descendere. Decernebatur illi statua in Pompeii theatro ponenda, quod exustum Caesar reficiebat. Exclamavit Cordus: „Tunc fere theatrum perire.“ Quis ergo non rumperetur, supra cineres Cn. Pompeii constitui Seianum, et in monumentis maximi imperatoris consecrari
 b perfidum militem? consecratur subscriptione: et acerrimi canes, quos ille, ut sibi uni mansuetos, omnibus feros haberet, sanguine humano pascebat, circumlatrare
 4 hominem, et illum c imperatum, incipiunt. Quid faceret?

b. *perfidum* e libris priscis reposuit Lipsius. Antea: *pestimum*. Mox: *consecratur subscriptione* e Gronovii coniectura certa. Statua perfidi militis non consecratur solum, sed quo sanctior esset, additur sollennibus dedicationis accusatio Cremutii.

c. *imperatum* int. ad mortem. Gronovio auctore assumpsi. Recte enim ille, non excusationem Cremutii, contendit, sed supinam negligentiam fuisse, viri illustris et oris liberi sub huiusmodi tyrannis, ad haec *impavatum* (sic olim ut ap. Erasmi. legebatur) esse.

provinciales a publicanorum iniuriis defenderat. Smyrnae in exilio vixit: a Sylla revocatus non recessit Romam, Ernesti Ind. Hist. Cic. *congiarium dedit* i. dono dedit Satrio patrem tuum resque eius.

Seianum — descendere vafre et astu.

3. *supra cineres Cn. P.]* i. super defunctum Pompeium attolli, et eius loco suffici et statui Seianum quasi illo iam spreto: Lipsius cavet, ne *cine-*

ceret? si vivere vellet, Seianus rogandus erat: si mori, filia. uterque inexorabilis: constituit filiam fallere. Vfus itaque balneo, et ^{d.} quo plus virium poneret, in cubiculum se quasi gustaturus contulit: et dimissis pueris, quaedam per fenestram, ut videretur edisse, proiecit: a coena deinde, quasi iam fatis in cubiculo edisset, abstinuit: alteroque die, et tertio idem fecit. Quarto, ipsa infirmitate corporis faciebat indicium. Complexus itaque te, „Carissima,“ inquit, „filia, et 5 „hoc unum, totâ celata vitâ, iter mortis ingressus „sum, et iam medium fere teneo. Revocare me nec „debes, nec potes.“ Atque ita lumen omne praecludi iussit, et se in tenebris condidit. Cognito consilio eius, publica voluptas erat, quod e faucibus avidissimorum luporum educeretur praeda. Accusatores, Seiano auctore, adeunt consulum tribunalia: queruntur mori Cordum, interpellantes quod coegerant. adeo illis Cordus

d. *quo plus virium poneret* i. deponeret, quo maior sui defatigandi copia esset. Gronov. e codd. nonnullis et edd. vet. ante Erasmi. recte reduxit. Antea: *quo plus imponeret*. I. M. Heusinger Einendd. p. 243. Gronovio non assentitur. Ita vero haec verba praeposenda fuissent, ait, prioribus: *usus — balneo*, vel copula omitti debuisset. Nec eo consilio in cubiculum se contulit, ut plus virium poneret, sed ut omnes custodes ministrisque falleret. Scripsit, opinor, Seneca: *quo pluribus imponeret*. Mox (§. 5.) *totâ celata vitâ* i. quae hoc unum in omni vita a me celata es. moneo; ne quid emendes.

res proprie capias, quippe qui in Aegypto iacebant. Plutarch. vit. Pompeii, c. 80. Reisk. T. III. p. 869. Fuerat tamen sepulcrum eius in Albano a Cornelia exstructum: Plut. l. l.

.4. *Vfus itaque — contulit.*] Multa sudatione in balneo exinanitum eius corpus (Ep. 86. Plin. N. H. XXIX, 1.) post balneum ovum aut mulfum leviter sumuisse, *gustasse*, (Plin.

N. H. VII, 54. bip.) videbatur: sequi debebat coena.

5. *et iam medium fere teneo*] Lipsius ad Plin. N. H. XI, c. 118. respiciens interpretatur. Est ibi: Homini non ante septimum diem letalis inedia: durasse et ultra undecimum plerosque certum est. Sed vid. Harduin. ad Plin. loc. qui in mendo cubat. Neque opus est, ut

haec

6 dus videbatur effugere. Magna res erat in quaestione, ^e an morte rei prohiberentur. dum deliberatur, dum accusatores iterum adeunt, ille se absolverat. Videsne, Marcia, quantae iniquorum temporum vices ex inopinato ingruant? fles quod alicui tuorum mori necesse fuit? paene non licuit.

XXIII. Praeter hoc, quod omne futurum incertum est, et ad deteriora certius, facilius ad superos iter est animis cito ab humana conversatione dimissis. minus enim faecis ponderisque traxerunt: antequam ^a obducerent, et altius terrena conciperent, liberati, leviores ad originem suam revolant, et facilius, ^b quidquid est illud obsoleti illitique, eluunt. Nec unquam magnis inge-

^e. *an morte rei prohiberentur.* Est lectio cod. Lipsii, quam equidem ceteris praefero; bonum etiam sensum fundit. Codices vehementer variant. Hinc locus coniecturis variis sollicitatus est, inde a Mureto usque ad Triller. Obsf. IV, 10. p. 352. sqq. Qui autem delatores Cordum ad mortem deposcebant damnari, iidem tribunalia Consf. adierunt, ut impedirent ne Cordus mortem sibi ascisceret. Verendum enim iis erat, ne praemium accusationis perderent, Cordo maiestatis reo ante damnationem mortuo. Cf. Tacit. Annal. IV, 20. ibique Lipsius: et IV, 30.

Cap. XXIII. ^a. *obducerent* Gronov. e Cod. ap. Gruter. et Edd. ante Erasim. bene recepit. Intell. e praecedenti membro: faecem pondusque. Antea: *obducentur*.

^b. *quidquid est illud obsoleti illitique eluunt* h. expurgant se et inhaerentia vitia, situmque omnis mortalis aevi excutiunt: c. 25, 1. Gronov. hanc lectionem codd. adstipulantibus dedit.

haec ad observationes naturae curiosorum exigamus, sed ad sensum Cordi, quippe qui animadvertit, sibi non magnum vivendi spatium superesse. *To' medius* enim non solum ap. poetas de iis dici constat, quae post principia sunt.

6. *paene non licuit*] patri, Lipsio interprete. Abrupte animis enuntiata haec sunt.

Quis enim haec non ad filium trahat?

Cap. XXIII. Quo maturius igitur boni moriantur, eo meliore sorte utuntur.

1. In his facile Pythagoricorum et Platonicorum doctrinam agnoscas. cf. Virgil. Aen. VI, 724. sq. Cum nostro sentit Cic. Somnio Scipion. c. 3, ubi et de origine animarum e stellis et coelo sermo

ingeniis cara in corpore mora est. exire atque erumpere gestiunt, aegre has angustias ferunt, vagi per omne sublime, et ex alto assueti humana despiciere. Inde est quod Plato clamat: Sapientis animum totum in mortem prominere, hoc velle, hoc meditari, has semper cupidine ferri in exteriora tendentem. Qui tu, Marcia, quum videres senilem in iuvene prudentiam, victorem omnium voluptatum animum, emendatum, carentem vitio, divitias sine avaritia, honores sine ambitione, voluptates sine luxuria appetentem, diu tibi putabas illum sospitem posse contingere? Quidquid ad summum pervenit, ad exitum prope est. Eripit se aufertque ex oculis perfecta virtus: nec ultimum tempus expectant, quae in primo maturuerunt. Ignis quo clarior fulsit, citius exstinguitur: vivacior est, qui cum lenta difficilique materia commissus, fumoque demersus, ex fordido lucet. eadem enim detinet causa, quae maligne alit. sic ingenia quo illustriora, eo breviora sunt. Nam ubi incremento locus non est, vicinus occasus est. Fabianus ait, quod nostri quoque parentes

Antea: *quidquid est illud, absoluti transfluunt.* Το· eluunt est Gron. coniectura, ut mihi videtur, certa, eaque facta est fluunt: fluit, fluunt, eluit, eluunt in codd. interdum confunduntur.

c. *ab exitu prope est.* Lipsius sic dedit ex omnibus MSS., inutato τω. ad exitum in: *ab ex.*, Gronovio tamen dissentiente, qui τω ad exitum retinendum statuit: *prope* enim, ait, adverbium, non praepositionem, esse, ideoque semper dici intellectu praepositionis. Malim exempla adduxisset. Antea: *ad exitum properat.* Mox: *quo illustriora eo breviora.* τω eo omittit cod. Lipsii, ex more Taciti, quem tamen noster haud frequentare solet.

mo est, sicuti hoc loco. cf. Macrobr. in Somn. Sc. 10.

2. Plato] In Phaedone T. I. bip. p. 144. 145. "Ὅτι τῶ ὄντι οἱ φιλοσοφῶντες θανατῶσι Inprimis p. 153.

d. καὶ τὸ μελέτημα αὐτὸ τᾶτό ἐσι τῶν φιλοσοφῶν, Vol. I

λύσις καὶ χωρισμὸς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος —. Cic. Tusc. I, 30. fin. tota enim philosophorum vita, ut ait idem, (Plato) *commentatio mortis est.*

3. Fabianus] Pápirius, philosophus stoicus et orator. cf. Tene-

rentes videre, puerum Romae fuisse, staturâ ingentis viri: sed hic cito decessit; et moriturum brevi nemo non prudens dixit. non poterat enim ad illam aetatem pervenire, quam praeceperat. Ita est indicium imminentis exitii maturitas, et appetit finis, ubi incrementa consumpta sunt.

XXIV. Incipe virtutibus illum, non annis aestimare: satis diu vixit. pupillus relictus, sub tutorum cura usque ad decimum quartum annum fuit: sub matris tutela semper. quum haberet suos penates, relinquere tuos noluit. Adolescens staturâ, pulchritudine, cetero corporis robore castris natus, militiam recusavit, ne a te discederet. Computa, Marcia, quam raro liberos videant, quae in diversis domibus habitant: cogita, tot illos perire annos matribus, et per^a solitudinem exigi, quibus filios in exercitu habent: scies multum patuisse hoc tempus, ex quo nihil perdidisti.

² Nunquam a conspectu tuo recessit: sub oculis tuis studia formavit, excellentis ingenii, et aequaturi avum, nisi obtitisset verecundia, quae multorum profectus silentio preffit. Adolescens rarissimae formae, in tam magnâ

Cap. XXIV. a. *solitudinem*. Retinui. Gronov. defendit Pinciani lectionem: *solitudinem*: quem tamen hic argutari facile est intellectu.

Senecae patris praef. ad II. libr. Controvers. a Plinio maiore (v. Harduini Index), vir rerum naturae peritissimus vocatur: sub Tiberio floruit, nostri familiaris: Ep. 40. 58. 100. etc. Scripsit *de animalibus, civilia*, et libros *causarum naturalium* nunc perditos. Ex his libris posterioribus haec desumpta esse videntur. Quae hic Fabianus dixit, et antea Cato Censo-

rius (de quo cf. Corn. Nepos et Plutarch. Vol. II. Reisk.) in libro ad filium *de validis* posuit: „senilem juvenem, tam praematurae mortis esse signum,“ Plin. N. H. VII, 52. bip. auctore. *praeceperat*, anticipaverat.

Cap. XXIV. Laudes Metilii, filii Marciae.

cogita tot — perdidisti.] Tetigit haec iam supra c. 19, 1. Ep. 63.

magnâ mulierum turbâ viros corrumpentium, nullius spei se praebeuit: et quum quarundam usque ad tentandum pervenisset improbitas, erubuit, quasi peccasset, quod placuerat. Hac sanctitate morum effecit, ut puer admodum dignus sacerdotio videretur, materna sine dubio suffragatione: sed ne mater quidem nisi pro bono candidato valuisset. Harum in contemplatione virtutum ^b filium gere, tanquam si nunc ille tibi magis vacet. Nunc nihil habet quo avocetur: nunquam tibi solici- 3 tudini, nunquam moerori erit. Quod unum ex tam bono filio poteras dolere, doluisti: cetera exempta casibus, plena voluptatis sunt, si modo uti filio scis, si modo quid in illo pretiosissimum fuerit, intelligis. Imago dumtaxat filii tui periit, et effigies non simillima: ipse quidem aeternus, meliorisque nunc status est, despoliatus oneribus alienis, et sibi relictus. Haec 4 quae vides ossa circumvoluta nervis, et obductam cutem, vultumque, et ministras manus, et cetera quibus involuti sumus, vincula animorum tenebraeque sunt. Obruitur his animus, offuscatur, inficitur, arcetur a veris et suis, in falsa coniectus: omne illi cum hac carne gravi certamen est, ne abstrahatur et fidat: nititur illo, unde dimissus est. ibi illum aeterna requies manet; e confusis crassisque pura et liquida viventem.

T 2

XXV.

b. *filium gere*, i. ita habe, tene. Est lectio codd. qua reiecta emendat Lipsius: *filio iungere*. Antea: *Sic te gere*.

2. *puer admodum*] For-
tasse agitur de fratribus arva-
libus, quorum collegio pue-
ros patrimos et matrimos Pa-
triciozum et Caesarum adscribi
honus erat, ut nuper docte
expositum est in: Gli atti e
monumenti de fratelli arvali,
Romae 1795. 4. Lipsius ta-

men eum augurem aut pon-
tificem fuisse putavit, addu-
cto Tacit. Hist. I, 77. de
Othone: et recens ab exsilio
reversos nobiles adoles-
centulos avitis ac paternis sa-
cerdotiis in solatium recoluit.
Propter de Ira, III, 31, 2.
dubito de Lipsii explicatione.

XXV. Proinde non est, quod ad sepulcrum filii tui curras. pessima eius et ipsi molestissima istic iacent ossa cineresque: non magis illius partes quam vestes aliaque tegumenta corporum. Integer ille nihilque in terris relinquens fugit, et totus excessit: paulumque supra nos commoratus, dum expurgatur, et inhaerentia vitia situmque omnis mortalis aevi excutit, deinde ad excelsa sublatus, inter felices currit animas, excipitque illum coetus facer, Scipiones, Catonesque, utique contemptores vitae, et mortis beneficio liberi.

2 Parens tuus, Marcia, illic nepotem suum, quamquam illic omnibus omne cognatum est, applicat sibi, nova luce gaudentem, et vicinorum fiderum meatus docet, nec ex coniecturis, sed omnium ex vero peritus, in arcana naturae libens ducit. Utque ignotarum urbium monstratus hospiti gratus est, ita sciscitanti coelestium causas, domesticus interpres. In profunda terrarum permittere aciem iuvat: delectat enim ex alto relicta

3 respicere. Sic itaque, Marcia, te gere, tanquam sub oculis patris filiique posita, non illorum quos noveras, sed tanto excellentiorum, et in summo locatorum: erubescere quidquam humile aut vulgare, et mutatos in melius tuos flere. In aeterna rerum per vasta et libera spatia dimissos, non illos interfusa maria discludunt, nec altitudo montium, aut imae valles, aut incerta vada Syrtium. tramites ^a omnia plani, et ex facili mobiles, et expediti, et invicem pervii sunt, intermixtique fideribus.

XXVI.

Cap. XXV. ^a omnia i. per omnia, noto loquendi more: quo quidem haud adverso Lipsius em. *omnium* sc. animarum, recte ^a Gronov. repressus.

Cap. XXV. Filius felix est ad excelsa sublatus. Somnium Scipionis et Nar. Quaest. Senec. I, praef. hic *vitia situmque]* 23, 1. contendisse iuvabit. faex et pondus. Ciceronis

XXVI. Puta itaque ex illa arce coelesti patrem tuum, Marcia, cui tantum apud te auctoritatis erat, quantum tibi apud filium tuum, non illo ingenio, quo civilia bella deflevit, quo proscribentes in aeternum ipse proscripsit, sed tanto elatiore, quanto est ipse sublimior, dicere: Cur te, filia, tam longa tenet aegritudo? Cur in tanta veri ignorantia versaris, ut inique actum iudices cum filio tuo, ^a quod in taedium versus vitae, ipse ad maiores se recepit suos? Nescis quantis fortuna procellis disturbet omnia? quam nullis benignam facilemque se praestiterit, nisi qui minimum cum illa contraxerant? Regesne tibi nominem felicifimos futuros, si maturius illos mors instantibus subtraxisset malis? An Romanos duces, quorum nihil magnitudini deerit, si aliquid aetati detraxeris? an nobilissimos viros clarissimosque ad ictum militaris gladii composita cervice formatos? Respice patrem atque avum tuum. Ille in alieni percussoris venit arbitrium. ³ Ego nihil in me cuiquam permisi, et cibo prohibitus

T 3

osten-

Cap. XXVI. ^a. *quod in taedium versus vitae.* Sic Erasmi: at codd. *quod in te domus status in te ipse ad maiores recepit suos.* Edd. priscae cum Frobeniana priore: *quid in te domus status vitae.* Inde Lipsius fecit: *quod sine taedio, satum vitae ipse ad.* Gronov.: *quod vitae demonstratus ipse se ad.* Lectio vulgata nihil est. Recte enim Lipsius observat: Atqui nullum taedium: nec tale antea tetigit. Lipsii adeo codex *ro* *quod — vitae* prorsus praetermisit. Ne cum Lipsio et Gronovio auctorem, non librarii socordiam emendare videar, inanum abstinere a loco hoc corrupto.

Cap. XXVI. Pater felicitatem filii ibi commorantis praedicans inducitur.

1. Reminiscaris, quae de Cordo, auctore historiae de bello civili, qui adeo Triumviros *proscribentes*, inprimis Lepidum et Antonium: Augusto enim pepercit: ipse *proscripsit*,

infamiae posterorum tradidit, supra allata sunt.

2. *An Romanos d.]* ut Scipio prior, Marius, Pompeius. 20, 4. sq. *Respice patrem*, me Cordum, et *avum tuum*, qui civili bello aut proscriptione periisse videtur.

ostendi. ^b Quam magno me iuvat animo scripsisse! Cur in domo nostra diutissime lugetur, qui felicissime moritur? ^c Coimus in unum omnes, videmusque non alta nocte circumdati, nil apud vos, ut putatis, optabile, nil excelsum, nil splendidum: sed humilia cuncta, et gravia, et anxia, et quotam partem luminis nostri cernentia? Quid dicam, nulla hic arma mutuis furere concursibus, nec classes classibus frangi, nec parricidia aut fingi, aut cogitari, nec fora litibus strepere dies perpetuos: nihil in obscuro, detectas mentes, et aperta praecordia, et in publico medioque vitam, et omnis aevi prospectum, eventumque? Iuvabat unius seculi me facta componere, in parte ultima mundi, et inter paucissimos gesta: tot secula, tot aetatum contextum et seriem, quidquid annorum est, licet visere. licet surrectura, licet ruitura regna prospicere, et magnarum urbium lapsus, et maris novos cursus. Nam si potest tibi solatio esse desiderii tui commune fatum, nihil quo stat loco stabit. omnia sternet, abducetque secum vetustas: nec hominibus

^b. *Quam magno me iuvat animo scripsisse!* Sic Erasm. et plerique codd. Post ostendi punctum posui, ut *ro. quam* — scripsisse membrum orationis per se constituat, gaudium exprimens, quod convenienter mortuus sit sententiis magnis, quas in libro suo expresserat.

^c. *coimus in unum* (locum) *omnes* (avus, pater, filius), *videmusque non alta nocte circumdati, nil apud* —. Sic tres Palatini et omnes editi ante Erasm., Pincianusque. Et Colon. *videmus non alta nocte*. Cur vulgatum: *videmusque vos alta nocte circumdari*,

4. *in parte ultima mundi]* Quum novem orbibus vel globis connexa esse omnia putarent Stoici, telluri mediam quidem, sed imam sedem assignabant: Infima est, Paullus pater in Somnio Scipion. 4. affirmat, h. e. pessima.

5. *vetustas]* i. tempus. Quae hic de exustione mundi

docentur, — ea Zenonis, Cleanthis et Chryssippi decreta fuisse constat (Tiedemann *Geist der sp. Philos.* II, 466. fq.). At de inundatione mundi, quam exustio sequatur, nemo e Stoicis praeter nostrum h. l. et Nat. Quaest. III, 27. fq. exposuit.

nibus solum, (quota enim ista fortuitae potentiae portio est:) sed locis, sed regionibus, sed mundi partibus ludet: tot supprimet montes: et alibi rupes in altum novas exprimet: maria forbebit, flumina avertet: et commercio gentium rupto, societatem generis humani coetusque dissolvit. Alibi hiatibus vastis subducat urbes, tremoribus quatiet, et ex infimo pestilentiae halitus mittet, et inundationibus, quidquid habitatur, obducat: necabitque omne animal orbe submerso, et ignibus vastis torrebit incendetque mortalia. Et quum 6 tempus advenerit, quo se mundus renovaturus exstinguat; viribus ista se suis caedent, et sidera sideribus incurrent, et omni flagrante materia, uno igne, quidquid nunc ex disposito lucet, ardebit. Nos quoque felices animae, et aeterna sortitae, quum Deo visum erit iterum ista moliri, labentibus cunctis, et ipsae parva ruinae ingentis accessio, in antiqua elementa vertemur. Felicem filium tuum, Marcia, qui ista iam novit.“

praetulerint Lipsius et Gronov. equidem non video: praesertim quum mox sequitur: quotam partem luminis nostri cernentia. Quare in textum reduxi eo libentius, quod videram et I. M. Heusinger Emendd. p. 243. 244. hanc eandem sententiam tuitum esse.

DE PROVIDENTIA

SIVE

QVARE BONIS VIRIS MALA ACCIDANT QVVM SIT PROVIDENTIA.

LIBER VNVS,

A R G V M E N T V M.

Providentiam esse, ideoque et custodem rectoremque omnium verum, statuit et colligit Seneca e motu, ordine et constantia mundi. At quum de his nulla sit quaestio, sed de eo, quare bonis viris mala accidunt, quum sit providentia (quae verba tituli loca posuit Lactantius V, 22. p. 495. Heumann.), querentem amicum cum Deo in gratiam reducturus respondet primo: bonos viros a Dea amari, quin eius similes esse, virtute conciliante, nec ab ea malis affici, ut puniantur, sed pro liberis haberi atque castigari. cap. 1. Deinde mala non esse, quae viris bonis accidunt, quippe quae in eos cadere non possint; mala a viris bonis vinci. Si quae tamen accidunt, ea exercitationum loco sunt habenda, quibus virtus eorum magis elucescit, athleticis similitum, qui etiam per aspera indurantur ac certantini, immo victoriae praeparantur. Exemplo est Cato, cuius laudes concelebrantur. cap. 2. Tum magis distincte procedit oratio ad demonstrandum, mala quas videantur, non esse. 1) mala, docet pro ipsis viris bonis esse, quibus accidunt, sicut medicinam pro aegris. Indurantur sic etiam a Deo, qui se dignos producit in pugnam. cap. 3. et 4. 2) Mala esse pro omnibus: ut boni viri sic a Deo habiti ac tractati clament aliis et ostendant, non esse bona aut mala, quae vulgus putet; ad vera igitur illa spectant, et illa petant, haec fugiant. Ibidem 3) addit viros bonos et volentes excipere: praebent enim se Deo et fato. 4) Fatum est, et ab aeterno constitutum, quid gaudeas doleasque. cap. 5. Denique (cap. 6.) repetit, mala non esse vera, quae viris bonis accidunt; et Deum adducit pulcherrime adhortantem et ad robur excitantem. Liber praeclarus est. Quam sententiam et Lactantii locus adductus confirmat: „Si quis autem volet scire plenius, cur malos et iniustos Deus potentes, beatos et divites fieri sinat,

fnat, pios contra humiles, miseros, inopes esse patiatum; sumat eum Senecae librum, cui titulus est: Quare bonis viris multa mala accidunt, quum sit providentia: in quo ille multa, non plane imperitia seculari, sed sapienter ac paene divinitus locutus est. Deus inquit etc.

Ceterum particula est maioris operis liber de Providentia, et, ut videtur, *Moralium*, in quibus de omni materia ad philosophiam morum spectante fusius disputaverat. (cf. Epp. 106. 108. 109. *Lactant.* I, 16. II, 2. VI, 17. 24.) Iam vero quum *Epistolae* postremis aevi sui annis conscripserit, et hunc librum saltem sub Nerone, quum opibus et potentia floretet noster, exaratum esse, nulli dubitamus. De *Lucilio Iuniore*, *Siciliae praefecto*, cui et *Epistolas* et *Nat. Quaest.* inscripsit, omnia sunt incerta. Hominem humili loco natum, ingenio, doctrina ac virtute praeditum, a Seneca adiutum et ad bonos, quos gessit, admotum esse, e *Nat. Qu.* intelligimus. Poema, cui titulus est: *Aetna*, antea *Cornel. Severo* tribui solitum, recte a *Wernsdorfio* beato huic *Lucilio* vindicatum est. Cf. *Wernsdorfii Poet. lat. minor.* T. IV. (*Altenburg.* 1785. 8.) p. 11 — 25. *Plura* dabimus in praefat. ad *Epp. Senecae*.

I.

Quaefisti a me, Lucili, quid ita, si Providentiã mundus ageretur, multa bonis viris acciderent mala? Hoc commodius in contextu operis reddetur, quum praesse universis providentiam probarem, et interesse nobis Deum: sed quoniam a toto particulam revelli placet, et unam contradictionem,

T 5

ma-

ANIMADVERSIONES.

Cap. I. Se non omnia, quae de providentia Deorum dici possunt, allaturum et inquisiturum esse monet, sed quae ad Lucilium cum diis bonorum amantissimis in gratiam reducendum sufficiant.

De *Lucilio* vid. Argumentum. — Esse hanc querelam et vetustissimam et perpe-

tuam, inde ab Homero Iobaque usque ad nostra tempora, inter omnes constat. Hac observatione nititur defensio iniustitiae, a Glaucone instituta, ap. *Platon.* de *Rey.* II, p. 209. sq. bip. T. VI. *universis*. Est decretum Stoicorum, e Socratis schola petiturum. Cf. *Tiedemann Geist der specul. Philosoph.* II, p. 553. sqq.

manente lite integra, solvere; faciam rem non difficilem,
 2 causam deorum agam. Supervacuum est in praesentia ostendere, non sine aliquo custode tantum opus stare, nec hunc siderum certum discursum fortuiti impetus esse, et quae casus incitat, saepe turbari et cito arietare: hanc inoffensam velocitatem procedere aeternae legis imperio, tantum rerum terra marique gestantem, tantum clarissimorum luminum et ex dispositione lucentium: non esse materiae errantis hunc ordinem, neque quae temere coierunt, tanta arte pendere, ut terrarum gravissimum pondus sedeat immotum, et circa se properantis coeli fugam spectet; ut infusa vallibus maria molliant terras, nec ullum incrementum fluminum sentiant; ut ex minimis feminibus
 3 nascantur ingentia. Ne illa quidem quae videntur confusa et incerta, pluvias dico nubesque, et elisorum fulminum iactus, et incendia ruptis montium verticibus effusa, tremores labantis foli, et alia quae tumultuosa pars rerum circa terras movet, sine ratione, quamvis subita sint, accidunt: sed suas et illa causas habent non minus, quam quae alienis locis inspecta miracula sunt, ut in mediis fluctibus calentes aquae, et nova
 4 insularum in vasto exsiliantium mari spatia. Iam vero si quis observaverit nudari litora pelago in se recedente,

manente — integra] de providentia, an sit?

2. *non sine aliquo custode* etc.] Epicuri sententiam tangit. cf. Tiedemann II, 372. sqq. *arietare*, temere ruere, in se. *gestantem* i. promoventem: *luminum* i. siderum, cf. Nat. Qu. I. praef. 10. sqq. *materiae errantis* i. atomorum Epicuri. *infusa* — *terras*. oceanus, qui a natura per inferiores ac profundiores

terrae partes profusus, quasi per *valles*, quatenus iuxta continentem et insulas extenditur, quibuscum aquam communicat ideoque eas *molli*, fertiles reddit. *ingentia*, ut quereus.

3. *calentes aquae*] cf. Plin. II, 106. bip. *et nova insularum — spatia*. Nat. Quaest. VI, 21. Plin. II, 89. bip.

4. *Iam vero* etc.] cf. Nat. Quaest. III, 28.

dente, eademque intra exiguum tempus operiri, credet caeca quadam volutione modo contrahi undas, et introrsum agi, modo erumpere, et magno cursu repetere sedem suam: quum illae interim portionibus crescunt, et ad horam ac diem subeunt, ampliores minoresque, prout illas lunare sidus elicit, ad cuius arbitrium oceanus^a exundat? Suo ista tempore referentur: eo quidem magis, quod tu non dubitas de providentia, sed quereris. In gratiam te reducam cum 5 diis, adversus optimos optimis. Neque enim rerum natura patitur, ut unquam bona bonis noceant. Inter bonos viros ac Deum amicitia est, conciliante virtute. amicitiam dico? immo etiam necessitudo et similitudo: quoniam quidem bonus ipse tempore tantum a Deo differt, discipulus eius, aemulatorque, et vera progenies: quem parens ille magnificus, virtutum non lenis exactor, sicut severi patres, durius educat. Ita- 6 que quum videris bonos viros acceptosque diis, laborare, sudare, per arduum ascendere, malos autem lascivire, et voluptatibus fluere; cogita filiorum nos modestiâ delectari, vernularum licentiâ: illos disciplinâ tristiori contineri, horum ali audaciam. Idem tibi de Deo liqueat! bonum virum in deliciis non habet: experitur, indurat, sibi illum praeparat.

II. „Qua-

VARIETAS LECTIONIS.

Cap. I. a. *exundat?* — Posui notam interrogandi, quum antea esset punctum: sensu exigente.

caeca volutione] motum temerum, omni ordine et regula loci et temporis carentem significat.

6. *Vernularum licentia*] Procaces vernas pasco, ait

Horat. II. Sat. VI, 66, 67. Epod. II, 65. Servis autem, domi natis, (vernīs, vernulis) multum indulgisse Romanos, et facetiis procacitateque eorum vehementer delectatos esse, constat.

II. „Quare multa bonis viris adverſa eveniunt?“
 Nihil accidere bono viro mali poteſt. Non miſcentur
 contraria. Quemadmodum tot amnes, tantum ſuper-
 ne deiectorum imbrium, tanta^a medicatorum vis fon-
 tium, non mutant ſaporem maris, nec remittunt qui-
 dem: ita adverſarum impetus rerum viri fortis non
 vertit animum. Manet in ſtatu, et quidquid evenit,
 in ſuum colorem trahit. Eſt enim omnibus externis
 potentior: nec hoc dico, non ſentit illa, ſed vincit,
 et alioquin quietus placidusque contra incurrentia at-
 tollitur. ² Omnia adverſa, exercitationes putat. Quis
 autem, vir modo, et erectus ad honeſta, non eſt la-
 boris appetens iuſti, et ad officia eum periculo prom-
 tus? cui non indultrioſo otium poena eſt? Athletas vi-
 demus, quibus virium cura eſt, cum fortiſſimis quibuſque
 conſligere, et exigere ab his, per quos certamini prae-
 parantur, ut totis contra ipſos viribus utantur. caedi
 ſe vexarique patiuntur, et ſi non inveniunt ſingulos
³ pares, pluribus ſimul obiciuntur. Marcet ſine adver-
 ſario

Cap. II. a. *medicatorum* Gruter. bene e libris aſſeruit: agitur enim de mixta aqua, e. c. acidis, ſulphuratis, ferratis. Cf. Plin. N. H. II, 104. bip. Plin. Epp. VIII, 20. Antea: *mediterraneorum*, otioſo additamento.

Cap. II. Bono viro nihil mali accidere poteſt. Malis enim omnibus ſuperior eſt, et omnia adverſa exercitatio- num loco habet. Praeclaris ſententiis caput hoc refer- tum eſt.

manet in ſtatu] locutio de gladiatore, milite certanteve quocun- que forti nec de gradu, et loco, quem obtinuit, de- moveri ſe paſſo, ſollempnis, et nota. *in ſuum colorem trahit*: i. in uſum ſuum con-

vertit. Cogitaſſe videtur de factionibus aurigarum in Cir- co: fuere autem quatuor, eaeque colore diverſae ac di- ſtinctae, alba, ruſſata, ve- neta, praſina. Qui quin omnia quamvis adverſa ad- verterint et ita convertere ſtuduerint, ut ſuae factioni (colori) prodeſſent, quis eſt, qui dubitet? Loca de factio- nibus his adnotare nihil atti- net vel in lexicis obvia. — *non ſentis*. Sibi conſtat noſter: cf. de Ira, I, 8.

fario virtus. tunc apparet quanta sit, quantum valeat, quantumque polleat, quum quid possit, patientia ostendit. Scias licet, idem viris bonis esse faciendum, ut dura ac difficilia non reformident, nec de fato querantur. quidquid accidit, boni consulant, in bonum vertant. Non quid, sed quemadmodum feras, interest. Non vides quanto aliter patres, aliter matres indulgeant? illi excitari iubent liberos ad studia obeunda mature, feriatis quoque diebus non patiuntur esse otiosos, et sudorem illis, et interdum lacrimas, excutiunt: at matres fovere in sinu, continere in umbrâ volunt; nunquam flere, nunquam tristari, nunquam laborare. Patrium habet Deus adversus bonos viros animum, et illos fortiter amat: et, „Operibus,“ inquit, „doloribus, ac damnis exagitentur, „ut verum colligant robur!“ Languent per inertiam faginata, nec labore tantum, sed ^b motu, et ipso sui onere deficiunt. Non fert ullum ictum illaesa felicitas: at ubi assidua fuit cum incommodis suis rixa, callum per iniurias ducit, nec ulli malo cedit: sed etiam si occiderit, de genu pugnat. Miraris tu, si Deus ⁵ ille bonorum amantissimus, qui illos quam optimos esse

b. *motu* vulgata lectio eaque unice praeferranda. Bonis viris mala deus tantum tribuit, quippe quibus robur inest. Ceteri inertes et deiecti non solum labore exiguo, sed parco adeo motu defatigantur. Aliquot MSS. *mole*. male, quod quemque nexus docebit. *Mole* quoque et *onere* fere idem valent. Igitur *motu* praetuli *tu* *mole*.

3. *Sudorem*] exercitatio-
nibus gymnics: opponitur
umbra, uti ap. Ciceron. Brut.
c. 9, 7.

4. *de genu pugnat*] Noster
Ep. 66. Qui succis popli-
tibus in genua se except nec
arma dimisit. In certamini-

bus gladiatorum hoc saepe ac-
cidisse, per se patet, et statuae
hodieque exstantes docent, in-
primis gladiator nobilis Borghes-
ianus, ut vocant, quem e
Corn. Nepot. Chabr. I, 1.
expressum falso putabat Les-
singius, ab Heynio meliora
edoctus.

esse atque excellentissimos vult, fortunam illis cum qua exercentur assignat? Ego vero non miror, si quando impetum capiunt diu spectandi magnos viros, colluctantes cum aliqua calamitate. Nobis interdum voluptati est, si adolescens constantis animi irrudentem feram venabulo exceptit, si leonis incursum interritus per tulit: tantoque spectaculum est gratius, quanto id honestior fecit. Non sunt ista, quae possunt deorum in se vultum convertere, sed puerilia, et humanae oblectamenta levitatis. Ecce spectaculum dignum, ad quod respiciat intentus operi suo Deus: ecce par Deo dignum, vir fortis cum mala fortuna compositus, utique si et provocavit. Non video, inquam, quid habeat in terris Iupiter pulchrius, si convertere animum velit, quam ut spectet Catonem, iam partibus non semel fractis, stantem nihilominus inter ruinas publicas rectum.

7 Licet, inquit, omnia in unius ditionem concesserint, custodiantur legionibus terrae, classibus maria, Caesarianus portas miles obsideat: Cato, qua exeat, habet. Unâ manu latam libertati viam faciet. ferrum istud, etiam civili bello purum et innoxium, bonas tandem ac nobiles edet operas. libertatem, quam patriae non potuit, Catoni dabit. Aggredere anime diu meditatam opus;

5. *honestior*] Sub principibus invaluit mos, ut equites atque senatores componerentur cum gladiatoribus. Senec. Ep. 106. Adspice illos iuvenes, quos ex nobilissimis domibus in arenam luxuria coniecit. Qu. Natur. VII, 31. fin.

6. *operi suo*] mundo regendo et conservando: *compositus*, luctans: *non semel*, Hispania subiugata, Pompeio

in Pharsalia in fugam coniecto, moxque occiso: deinde Scipione ad Thapsum in Africa ad internecionem usque deleto.

7. *Caesarianus — obsideat*] nam praemiserat Caesar Vticam cum equitatu M. Messalam ipse eodem iter faciens. Hirtius de bell. Afric. c. 86. 88. Ceterum de Catone cf. Plutarch. in eius vita.

opus; eripe te rebus humanis. Iam Petreius et Iuba 8 concurrerunt, iacentque alter alterius manu caesi. Fortis et egregia fati conventio, sed quae non deceat magnitudinem nostram! tam turpe est Catoni, mortem ab ullo petere, quam vitam. Liquet mihi, cum magno spectasse gaudio deos, quum iam ille vir, acerrimus sui vindex, alienae salutis consulit, et instruit discedentium fugam: dum etiam studia nocte ultima tractat, dum gladium sacro pectori infigit, dum viscera spargit, et illam sanctissimam animam, indignamque quae ferro contaminaretur, manu educit. 9 Inde crediderim fuisse parum certum et efficax vulnus. non fuit Diis immortalibus satis, spectare Catonem semel: retenta ac revocata virtus est, ut in difficiliore parte se ostenderet. Non enim tam magno animo mors initur, quam repetitur. Quidni libenter spectarent alumnum suum, tam claro ac memorabili exitu evadentem? mors illos consecrat, quorum exitum et qui timent, laudant.

III. Sed iam procedente oratione ostendam, quam non sint, quae videntur, mala. Nunc illud dico, ista quae

Inde — vulnus. Noli haec reicula putare: primo enim ad spectu frigere videntur. Spectant ad sententiam, quam exponit, de gaudio, quo dii retentam ac revocatam virtutem ipectaverint. Quae nisi advertas, a sciolo quopiam, nec a Seneca, haec profecta esse facile tibi persuadeas.

8. *Iam Petreius et Iuba — caesi*] Si Hirtium l. l. c. 93. 94. aliosque auctores audias, et M. Cato prius sibi ipsi manus intulit, quam Petreius et Iuba, et Petreius a Iuba, hic a ferro interfectus est. Diversa tamen narratio de his rebus fuisse videtur in antiquitate. *fortis — conventio* i. pactum inter ipsos de morte sibi invicem inferenda. *studia*, Platonis *Phaedonem*, de anima

et immortalitate; legisse dicitur Plutarcho.

9. *retenta ac revocata — ostenderet*] Vulnus, quod sibi fecerat, obligatum resolvuisse dicitur: inde *difficiliori parte* i. morte repetita.

Cap. III. Ordine dicendorum indicato, docet, quae aspera et adversa videantur pro ipsis esse, quibus accidunt.

quae tu vocas aspera, quae adversa et abominanda, primum pro ipsis esse, quibus accidunt; deinde pro universis, quorum maior diis cura est, quam singulorum: post haec, volentibus accidere; ac dignos malo esse, si nolint. His adiiciam, fato ista fieri, et recte eadem lege bonis evenire, quâ sunt boni: persuadebo inde tibi, ne unquam boni viri miserearis. potest enim 2 miser dici, non potest esse. Difficillimum, ex omnibus quae proposui, videtur quod primum dixi: pro ipsis esse quibus eveniunt ista, quae horremus ac tremimus. Pro ipsis est, inquis, in exilium proiici, in egestatem deduci liberos, coniugem efferre, ignominiam affici, debilitari? Si miraris, hoc pro aliquo esse, miraberis quosdam ferro et igne curari, nec minus fame ac siti. Sed si cogitaveris tecum, remedii causa quibusdam et radi ossa et legi, et extrahi venas, et quaedam amputari membra, quae sine totius pernicie corporis haerere non poterant: hoc quoque patieris probari tibi, quaedam incommoda pro his esse, quibus accidunt, tam mehercules, quam quaedam quae laudantur atque appetuntur, contra eos esse, quos delectaverunt, simillima cruditatibus ebrietatibusque et ceteris, quae necant per

persuadebo] Haec pars in fine deest temporum iniuria. Tractavit tamen haec saepe alias: e. c. in Consol. ad Marciam.

2. *ignominia*] cf. ad de Ira I, 16, 2. *debilitari*, debile esse, de membris vulneratis et confractis in usu est. Graev. ad Cicer. Agrar. II, 33. Hoc loco tamen de publica poena crudeli, qua quis unum alterumve corporis membrum amitteret, dictum esse puto. *extrahi venas*

e. c. in varicibus vena aut exciditur, eximitur, aut aduritur: de qua varicum curandorum ratione duplici agit Celsus VII, 31. p. 493. sq. bip. Praefero Lipsianae interpretationi: *extrahi venas* i. e. sanguinem e venis, metonymia usitata, uti *poculum obduci*. Agitur enim de duriore morbi curatione, uti de *ossibus*, scalpello purgandi causa ab inflammatione etc. *vasis*, et *lectis*, e vulnere detractis. Consol. ad Marc. 22, 1. De Benef. V, 24, 3.

per voluptatem. Inter multa magnifica Demetrii nostri, 3
 et haec vox est, a qua recens sum: sonat adhuc, et
 vibrat in auribus meis. „Nihil,“ inquit, „mihi vide-
 „tur infelicius eo, cui nihil unquam evenit adversi.“
 Non licuit enim illi se experiri. Vt ex voto illi fluxe-
 rint omnia, ut ante votum, male tamen de illo dii iu-
 dicaverunt; indignus visus est, a quo vinceretur ali-
 quando fortuna, quae ignavissimum quemque refugit,
 quasi dicat: Quid ego istum mihi adversarium assumam?
 statim arma submittet. non opus est in illum tota po-
 tentia mea: levi comminatione pelletur. non potest
 sustinere vultum meum. Alius circumspiciatur, cum 4
 quo conferre possimus manum: pudet congredi cum
 homine vinci parato. Ignominiam iudicat gladiator,
 cum inferiore componi: et scit eum sine gloria vinci,
 qui sine periculo vincitur. Idem facit fortuna, fortissi-
 mos sibi pares quaerit, quosdam fastidio transit. Con-
 tumacissimum quemque et rectissimum aggreditur, ad-
 versus quem vim suam intendat. Ignem experitur in 5
 Mucio, paupertatem in Fabricio, exsilium in Rutilio,
 tormenta in Regulo, venenum in Socrate, mortem in
 Catone. Magnum exemplum, nisi mala fortuna, non
 inve-

3. *Demetrius*] Cynicus philosophus, qui Senecae temporibus floruit, de Benef. VII, 1, 2. 2, 1, 8, 2. Ep. 20. 62. etc. *magnum* eum appellat, *etiamsi maximis comparatur*. Praeclarum eius fragmentum existat ap. Stobaeum Serm. VI. fin. p. 68. (213. Schow.). Cf. Fabricii Bibl. Graec. Vol. III. p. 515. Harl.

male — iudicaverunt] iniquam de eo tulerunt sententiam.

Vol. I.

5. *Mucio*] Scaevola: e Livio notus est, II, 12. De *Rutilio* cf. ad Consol. ad Marc. 22, 2. et Athenaeus IV, 19. p. 255. ed. Schäfer. *tormenta in Regulo*: sequitur noster vulgarem narrationem e Cic. Offic. III, 26. Finib. V, 27. cet. notam. Totam tamen hanc historiam fabulosam et commentitiam esse primus docuit Palmerius in Exercitationibus, et quidem ad Appian. p. 147 et 152, historicis argumentis nixus: V
 cui

invenit. Infelix est Mucius, quod dexterâ ignes hostium premit, et ipse a se exigit erroris sui poenas? quod Regem, quem armatâ manu non potuit, exultâ fugat? Quid ergo? felicior esset, si in sinu amicae
 6 foveret manum? Infelix est Fabricius, quod rus suum, quantum a republica vacavit, fodit? quod bellum tam cum Pyrrho, quam cum divitiis gerit? quod ad focum coenat illas ipsas radices, et herbas, quas in ^a agro triumphalis fenex vulsit? Quid ergo? felicior esset, si in ventrem suum longinqui litoris pisces, et peregrina aucupia congereret? si conchyliis superi atque inferi maris, pigritiam stomachi nauseantis erigeret? ^b si ingenti pomorum strue cingeret primae formae feras,
 7 captas multa caede venantium? Infelix est Rutilius, quod qui illum damnaverunt, causam dicent

Cap. III. a. *in agro triumphalis* — Lipsius sic repurgavit textum, eliminato τῶν *repurgando*, nonnullis MSS. adtipulantibus. Tacite probat I. M. Gesner., vir *κρητικώτατος*, ad Chrestomath. Plinian. p. 1050. (IV. edit.)

b. *si ingenti pomorum strue cingeret primae formae feras — venantium.* Lipsius intelligit de apris in convivio appositis, iisque ornatis strue pomorum, coll. ep. 110. Sed suspiciens lectionis veritatem coniecit: *opsoniorum*: me non probante. Ea enim, quae aprum cingere solent in convivio, opsonia non sunt (Horat. II, Sat. VIII, 6 — 8.). Fortasse scriptum erat: *hortorum* i. rapulorum, radicum etc. ex Horat. l. c. cf. Horat. II, Sat. IV, 16. de horti fructibus occurrit hortus. Illud: *multa caede venantium* spectat ad *primae formae* i. pulchritudinis et magnitudinis.

cui sententiae et Garvius (*Anmerkungen zum dritten Buche* Cic. de Off. p. 257. fq.) ut philosophus calculum suum recte adiecit.

6. *Fabricius — quod ad focum — vulsit*] Quae hic de F. narrat noster, alii (Cic. Caton. XVI. Plin. IX, 19, 26, 4. bip. Val. Max. IV, 3, 5. cet.) de Manio Curio tradunt:

neque inde colligas, nostrum nomina virorum illorum coaevalorum confudisse. Non enim ad historiam aliquam respexit noster, sed de tota vivendi ratione Fabricii, ut hominis, antiquos mores secuti, eisdemque pauperis, retulisse putandus est. *aucupia* i. aves captas. Celsus II, 26. ubi et venatio de feris captis occurrit. *conchyliis*, ostreas dicit.

cent omnibus seculis? quod aequiore animo passus est se patriae eripi, quam sibi exsilium? quod Sullae dictatori solus aliquid negavit, et revocatus non tantum retro cessit, sed longius fugit? Viderint, inquit, isti, quos Romae deprehendit felicitas tua. Videant largum in foro sanguinem, et supra Servilium lacum (id enim proscriptionis Sullanae spoliarium est) senatorum capita, et passim vagantes per urbem percussorum greges: et multa millia civium Romanorum, uno loco post fidem, immo per ipsam fidem trucidata. Videant ista, qui exulare non possunt! Quid ergo? felix est L. Sulla, quod illi descendentem ad forum gladio submovetur, quod capita consularium virorum patitur^d appendi, et pretium caedis per quaestorem ac tabulas publicas numerat? et haec omnia facit ille, qui

V 2

legem

c. *non tantum retro cessit* Vulgata eaque bona lectio, nec sollicitanda. Non tantum retro cessit, quaesiturus locum tutiorem, sed longius fugit a loco, ubi exulabat, in ulteriora. Mox: *viderint, inquit* (Rutilius), *isti, quos* —. E codd. recepit Gronov. Antea: *Viderint, inquit hoc*.

d. *appendi*. Lipsio interprete: supra Servilium lacum affigi. Mihi quidem videtur ad capita proscriptorum Sullae, a percussoribus traditorum, quasi per trutinam, respexisse noster. *Ostendi*, quae diversa lectio est, explicationis causa a librario quopiam adiectum puto.

7. *Videant largum — trucidata*] Lacus Servilius erat in octava regione iuxta forum Romanum ad latus partemque Capitolii, quod spoliarium erat, i. locus ad trucidandos et spoliandos cives destinatus. Cic. pro Rosc. Amerin. 32. eandem crudelitatem Sullae tangit. De Clem. I, c. 12. *caedem multorum millium civ. R.* exagitat, qui septem millia habet. Plutarch. Sulla 30. Fuerant milites Crassi,

quos etsi veniam a Sulla accepissent dedititii, tamen in Circo flaminio interfici iussit. Intelligi potest quoque de Praenestinis aliisque multis ab eo occisis. Plutarch. c. 32.

8. *gladio*] militum ante ac post comitantium *submovetur* populus: alias hoc fieri solebat a licitoribus virga. *pretium — numerat*: duo videlicet talenta (2500 thal.)

Plut. Sull. c. 31, κᾶν δ᾿ ἄλλοις δέσπο-

legem Corneliam tulit! Veniamus ad Regulum! quid illi fortuna nocuit, quod illum documentum fidei, documentum patientiae fecit? Figunt cutem clavi, et quocunque fatigatum corpus reclinavit, vulneri incumbit, et in perpetuam vigiliam suspenfa sunt lumina.

- 9 Quanto plus tormenti, tanto plus erit gloriae. Vis scire, quam non poeniteat hoc pretio aestimasse virtutem? Refice tu illum, et mitte in senatum: eandem sententiam dicet. Feliciorem ergo tu Maecenatem putas, cui amoribus anxio, et morosae uxoris quotidiana repudia deflenti, somnus per symphoniarum cantum, ex longinquo lene resonantium, quaeritur? Mero se licet sopiat, et aquarum fragoribus avocet, et mille voluptatibus mentem anxiam fallat: tam vigilet in pluma, quam ille in cruce. Sed illi solatium est, pro honesto dura tolerare, et ad causam a patientia respicit: hunc voluptatibus marcidum, et felicitate nimia laborantem, magis his quae patitur vexat causa patiendi.
- 10 Non usque eo in possessionem generis humani vitia venerunt, ut dubium sit, an electione fati data, plures Reguli nasci, quam Maecenates velint. Aut si quis fuerit, qui audeat dicere, Maecenatem se quam

δεσπότην, καὶν πατέρα υἱὸς ἀνέλη. *Legem Corneliam* de Sicariis: sive maiestatis, in eum, qui maiestatem populi Rom. minuisset. cf. Pighius in *Annal.* ad a. DCLXXII. T. III, p. 260. sqq.

9. *Maecenatem*] Plin. N. H. VII, 52. febris perpetuae hoc tribuit, quod noster (h. l. et Ep. 114. post init.) zelytypiae in uxorem Terentiam et pulcherrimam et infidam, quippe ab Augusto amatam, assignat, et a Dion. Cass. LIV. 19 et LV, 7. memoratae.

Cf. Meibomii vita Maecenatis. 1635. Lugdun. *aquarum fragoribus*: ad aquas et minutos Euripos spectat, qui per coenationes inprimis aestivos divitum et luxuriosorum deduci solebant. Quaes. Nat. III, 17. De Tranq. I. *cruce* i. machina lignea ferreis clavis praefixa et supplicio Reguli comparata; alias et *arca* Ep. 67. appellata. Hanc Gronovii explicationem praefero Lipsianae et Salmasianae (de Cruce p. 491.) de cruce sensu proprio.

quam Regulum nasci maluisse: idem iste, taceat licet, nasci se Terentiam maluit. Male tractatum Socratem iudicas, quod illam potionem publice mixtam, non aliter quam medicamentum immortalitatis obduxit, et de morte disputavit usque ad ipsam? male cum illo actum est, quod gelatus est sanguis, ac paulatim frigore inducto venarum vigor constitit? Quanto magis **II** huic invidendum est, quam illis quibus gemmâ ministratur, quibus exoletus omnia pati doctus, exsectae virilitatis, aut dubiae, suspensam auro nivem diluit? Hi quidquid biberint, vomitu remetientur tristes, et bilem suam regustantes: at ille, venenum laetus et libens hauriet. Quod ad Catonem pertinet, satis dictum est: summamque illi felicitatem contigisse, consensus hominum fatebitur. quem sibi rerum natura delegit, cum quo metuenda collideret. „Inimicitiae po- **12** „tentum graves sunt? opponatur simul Pompeio, Caesari, Crasso. Grave est, a deterioribus honore antei? Vatinio postferatur. Grave est, civilibus bellis interesse? toto terrarum orbe pro causa bona tam infeliciter, quam pertinaciter, militet. Grave est, sibi manus afferre? faciat. Quid per hoc consequar? „ut omnes sciant, non esse haec mala, quibus ego „dignum Catonem putavi.“

V 3

IV. Pro-

10. *Terentiam*] uxorem Maecenatis supra memoratam, esse maluit ob mollitiem. *Male tractatum — constitit?* Cf. Platon. Phaedon. p. 264. fqq. T. I. bip.

11. *Quanto magis — diluit*] Divites eosque luxuriosos dicit, quibus vasa e gemma facta (de Benef. VII, 9. Cic. Verr. IV, 27. vas vinarium ex una gemma praegrandi) ministrat servus: quibus in poculis, aureis quae in mani-

bus tenet puer s. eunuchus, nix diluitur vino. Ep. 78. Qu. Nat. IV, 13. *Hi quidquid — regustantes:* quum immodice biberint, evomunt, vomitu eiiciunt etc. Ep. 95. ante med. vinum omne vomitu remetiuntur.

12. P. *Vatinio* in petitione praeturae, scurrae et homini malo. cf. de Constant. Sap. c. 17, 3. Sunt haec verba rerum naturae i. Dei.

- IV. Prospera in plebem ac vilia ingenia deveniunt: at calamitates terroresque mortalium sub iugum mittere, proprium magni viri est. Semper vero esse felicem, et sine morfu animi transire vitam, ignorare est rerum naturae alteram partem. Magnus es vir: sed unde scio, si tibi fortuna non dat facultatem exhibendae virtutis?
- 2 Descendisti ad Olympia: si nemo praeter te, coronam habes, victoriam non habes. Non gratulor tanquam viro forti, sed tanquam consulatum praeturamve adepto: honore auctus es. Idem dicere et bono viro possum, si illi nullam occasionem difficilior casus dedit, in qua
- 3^a unâ vim sui animi ostenderet: miserum te iudico, quod nunquam fuisti miser; transisti sine adversario vitam. Nemo sciet, quid potueris: ne tu quidem ipse. Opus est enim ad notitiam sui, experimento. quod quisque posset, nisi tentando non didicit. Itaque quidam ultro se cessantibus malis obtulerunt, et virtuti iturae in obscurum occasionem, per quam enitesceret, quaesierunt.
- 4 Gaudent, inquam, magni viri aliquando rebus adversis, non

Cap. IV. a. unâ. ne unam quidem occasionem habuit vim sui animi ostendendi. Lipsii itaque emendationem: *viam* non admitto.

Cap. IV. Res adversae documenta sunt virtutis: nec ullus vir bonus magnusve esse aut dici potest, qui facultate aut occasione caruerit exhibendae virtutis. Quae igitur mala videntur, bona sunt, prout iis utaris.

morfu] ut Graec. *ἔγγμα* de doloribus in usu est. Confol. in Marc. 7, 1. Cic. Disp. Tusc. IV, 7. *alteram partem* i. mala et incommoda.

2. *Descendisti*] ut certaturus, *ἀγωνιστής*, ideoque co-

rona ex olea decoratus. Sed diversissimum est τὸ κότινον ἀναιρείσθαι s. ἐξελθεῖν τὰ Ὀλύμπια, victoriam olympicam adipisci: quae erat gloria apud Graecos maxima. Cic. pro L. Flacco, 31. Davif. ad Cic. Tusc. disp. I, 46. Petr. Faber Agonisticorum II, 16.

3. *virtuti iturae*] sine hac occasione se ostendendi, *in obsc.*

4. *Gaudent — adversis*] Ut ille Diogenes Cynicus, laudante Lipsio e Stobaeo (Sermon.

non aliter quam fortes milites bellis. ^b Triumpho ego mirmillonem sub C. Caesare de raritate munerum audivi querentem: „Quam bella,“ inquit, „aetas perit!“ Avida est periculi virtus, et quo tendat, non quid passura sit, cogitat: quoniam et quod passura est, gloriae pars est. Militares viri gloriantur vulneribus, laeti fluentem meliori casu sanguinem ostentant. Idem licet fecerint, qui integri revertuntur ex acie, magis spectatur qui saucius redit. Ipsis, inquam, Deus consulit, quos 5 esse quam honestissimos cupit, quoties illis materiam praebet aliquid animose fortiterque faciendi: ad quam rem opus est aliqua rerum difficultate. Gubernatorem in tempestate, in acie militem intelligas. Vnde possum scire, quantum adversus paupertatem tibi animi sit, si divitiis diffuis? unde possum scire, quantum adversus ignominiam et infamiam, odiumque populare, constantiae habeas, si inter plausus fenescis? si te inexpugnabilis, et inclinatione quadam mentium pronus favor sequitur? Vnde scio, quam aequo animo laturus sis orbis 6 tatem, si, quoscunque sustulisti, vides? Audivi te quum alios consolareris: tunc conspexissem, si te ipse consolatus

V 4. tus

b. *Triumpho ego mirm.* reduxi e codd. Triumphus enim nomen est gladiatoris, eiusque nobilioris. cf. Martialis Epigram. 20. de spectaculis, T. I. p. 10. bip. Rubenius et Gronov. emendarunt: *Triumphum ego m.*

106. p. 492.), qui quum in casus quosdam adversos incidisset, exclamavit: εὐγε, ὦ Τύχη, ὅτι με ἀρρήτως προσέηκας ἐν δὲ τοῖς τοῖς τοῖς καιροῖς καὶ τερετίζων ἀνεφώνει. Euge, o Fortuna, quod viriliter me tractasti! Idem in huiusmodi casibus alta voce cantillabat. *Mirmillo* gladiatorum genus, cum Threace et Retiario componi

solitum. Ernesti Clav. Cic. h. v. *laeti fluentem — ostentant*: i. ostentant sanguinem, ictum non mortiferum, non corpus mutilaturum, nec spem curationis haud aerumnosae adimentem: Gronovio interprete. *Meliori casu* i. e. in re gesta, quae felicitior sibi honorificentiorque quam aliis fuit; *melior* i. q. clementior. Virg. Aen. XII, 179, 296.

tus esses, si te ipse dolere vetuisses. Nolite, obsecro vos, expavescere ista, quae dii immortales velut stimulos admovent animis! Calamitas virtutis occasio est. Illos merito quis dixerit miseros, qui nimia felicitate torpescunt, quos velut in mari lento tranquillitas iners
 7 detinet. Quidquid illis inciderit, novum veniet. magis urgent saeva inexpertos. grave est ^c tenerae cervici iugum. Ad suspicionem vulneris tiro pallefcit: audaciter veteranus cruorem suum spectat, qui scit se saepe vicisse post sanguinem. Hos itaque Deus, quos probat, quos amat, indurat, recognoscit, exercet. eos autem quibus indulgere videtur, quibus parcere, molles venturis malis servat. Erratis enim, si quem iudicatis ex
 8 ceptum: veniet ad illum diu felicem sua portio. Quisquis videtur dimissus esse, dilatus est. Quare Deus optimum quemque aut mala valetudine, aut aliis incommodis, afficit? Quare in castris quoque periculosa fortissimis imperantur? Dux lectissimos mittit, qui nocturnis hostes aggrediantur insidiis, aut ^d explorent iter, aut praesidium loco deiciant. Nemo eorum qui exeunt, dicit, „Male de me imperator metuit:“ sed, „Bene „iudicavit.“ Idem dicant quicumque iubentur pati timidis ignavisque flebilis: Digni visi sumus Deo, in quibus experiretur, quantum humana natura posset pati. Fugite delicias. fugite enervatam felicitatem, qua animi permadescunt, nisi aliquid intervenit, quod humanae fortis admoneat, velut perpetua ebrietate sopiti.
 9 Quem specularia semper ab adflatu vindicarunt, cuius pedes

c. *tenerae* lectio codd. alii: *ferre*, ex quo Lipsius fecit: *ferae* i. non cicuri.

d. *explorent iter*: bene se habet. Alii: *explorent interdum*: unde Lipsius fecit: *interdiu*, ut nocturnis opponatur insidiis. Nocturnis nat. qu. I. praef. §. 8. videbis — equitem modo ulteriora

9. *Quem specularia*] fenestrae apud Veteres: Lapis specularis est nostrum *Mari-*
rien-

pedes inter ^e fomenta subinde mutata tepuerunt, cuius coenationes subditus et parietibus circumfusus calor temperavit, hunc levis aura non sine periculo stringet. Quum omnia, quae excefferunt modum, noceant; periculofissima felicitatis intemperantia est. Movet cerebrum, in vanas mentem imagines evocat, multum inter falsum ac verum mediae caliginis fundit. Quidni ¹⁰ fatius sit, perpetuam infelicitatem quae advocat ad virtutem sustinere, quam infinitis atque immodicis bonis rumpi? Levior ^f ieiunio mors est: cruditate diffiliunt. Hanc itaque rationem dii sequuntur in bonis viris, quam in discipulis suis praeceptores: qui plus laboris ab his exigunt, in quibus certior spes est. Numquid tu invisos esse Lacedaemoniis liberos suos credis, quorum experiuntur indolem publice verberibus admotis? ipsi illos

V 5

patres

explorantem. Exploratum autem eunt h. l. iter hostium, ideoque lectissimis utitur in hoc imperator.

- e. *fomenta* — *mutata*. Omnium fere codd. lectio. cf. de vita beat. C. II. Lipsius uno alterove cod. motus *tegmenta* emendat, reiectis *rois* *subinde mutata*, bene tamen a Gronovii nota ipsius Lipsii ad ep. 66., ideoque κατ' ἀνθρώπων repulsus.
- f. *ieiunio* (i. per ieiunium, inedia) e codd. Lipsius em. e *ieiunio*. Antea: *ieiuno*. mox: *cruditate diffiliunt* i. qui ex intem-

rienglas (Fraueneis) ad seleditas pertinens, qui in laminas, s. orbis diffinditur et hodieque fenestris inservit. cf. Plin. N. H. XXXVI, 22. s. 44. ibiq. Hard. quocum Gesn. ad Chrest. Plin. p. 433. sq. post Pancirollum de rebus deperditis tit. b. non amplius exstare putat. Vsum vitreorum fenestris insertorum apud Veteres incognitum fuisse satis constat. Quando vero invaluerit, nondum liquet. *cuius coenationes* — *temperavit*. Senecae temporibus tubi parie-

tibus impressi, per quos circumfunderetur calor, qui summa et ima foveret aequaliter. Ep. 90. Hodieque apparent in thermarum ruinis. Scilicet e focus subter coenationes institutis tubi s. fistulae per parietes directae calorem circumtulerunt. A Winkelmanno uberius in Epp., nisi fallor, ad Bianconum haec exposita legi, de iis differente, quae in Herculanensibus detecta sunt.

10. *Numquid* — *admoris*] ad aram Dianae Orthiae. Res est

patres adhortantur, ut ictus flagellorum fortiter perfe-
 rant, et laceros ac femianimes rogant, perseverent vul-
 nera praebere vulneribus. Quid mirum, si dure gene-
 11 rofos spiritus Deus tentat? nunquam virtutis molle do-
 cumentum est. Verberat nos et lacerat fortuna? patia-
 mur. non est saevitia: certamen est. quo saepius adie-
 rimus, fortiores erimus. Solidissima pars est corporis,
 quam frequens usus agitavit. Praebendi fortunae fu-
 mus, ut contra ipsam ab ipsa duremur. Paulatim nos
 sibi pares faciat. contemptum periculorum assiduitas pe-
 riclitandi dabit. Sic sunt nauticis corpora ferendo mari
 dura: agricolis manus tritae: ad excutienda tela mili-
 tares lacerti valent: agilia sunt membra cursoribus. Id
 12 in quoque solidissimum est, quod exercuit. Ad con-
 temnendam malorum potentiam, animus patientiâ per-
 venit: quae quid in nobis efficere possit, scies, si ad-
 spexeris, quantum nationibus nudis et inopia fortiori-
 bus, labor praestet. Omnes considera gentes, in qui-
 bus Romana pax definit: Germanos dico, et quidquid
 circa Istrum vagarum gentium occurrat. Perpetua illos
 hiems, triste coelum premit, maligne solum sterile sus-
 tentat, imbrem culmo aut fronde defendunt, super du-
 rata

perantia et filia eius cruditate pereunt, mortem sentiunt toto corpore, membris dissolutis et quasi abiunctis, h. e. diffiliunt. Bene sic inventum Lipsii: *difficilis* aut *diffimilis* emendantis e: *diffilit*, quod nusquam in codd. comparer, reiecit Gronov.

est notissima e Cic. Tusc. II, 20. Pausan. III, 16. p. 402. 403. T. I. Facii. Tertulliani (ad Martyr. c. IV.) adeo tempore adhuc floruit haec *διαμασθησις*, i. e. flagellatio, uti ille interpretatur. *ipsi patres illos* —. Tertullian. propinquos addit; et Martialis matres adhortantes.

12. *Germanos dico etc.* — *sustentat*] Sermonem esse de

iis Germanis, Dacibus etc. qui circa Danubium habitarent, manifestum est. Inprimis tractum illum circa silvam nigram hic intelligas etiamnunc horridum et incultum. Feros Americae habitatores hic descriptos putaveris. Mitiior tamen populorum ad Rhenum Visurgimque habitantium conditio fuit, Caesare et Tacito auctoribus.

rata glacie stagna perfultant, in alimentum feras captant. Miseri tibi videntur? nihil miserum est, quod **13** in naturam consuetudo perduxit. paulatim enim voluptati sunt, quae necessitate coeperunt. Nulla illis domicilia, nullae sedes sunt, nisi quas lassitudo in diem posuit; vilis, et hic quaerendus manu, victus; horrenda iniquitas coeli, intacta corpora: hoc quod tibi calamitas videtur, tot gentium vita est. Quid miraris bonos viros, **14** ut confirmentur, concuti? Non est arbor solida, nec fortis, nisi in quam frequens ventus incurfat: ipsa enim vexatione constringitur, et radices certius figit. Fragiles sunt, quae in aprica valle creverunt. Pro ipsis ergo bonis viris est, ut esse interriti possint, multum inter formidolosa versari, et aequo animo ferre quae non sunt mala, nisi male sustinenti.

V. Adice nunc, quod pro omnibus est, optimum quemque, ut ita dicam, militare, et edere operas. Hoc est propositum Deo, quod sapienti viro, ostendere haec quae vulgus appetit, quae reformidat, nec bona esse nec mala: apparebunt autem bona esse, si illa non nisi bonis viris tribuerit; et mala esse, si malis tantum irrogaverit. Detestabilis erit caecitas, si nemo oculos perdidit, nisi cui eruendi sunt. Itaque careant luce Appius et Metellus. Non sunt divitiae bonum. Itaque **2**
habeat

Cap. V. Bono viro incommoda quoque tamquam bona eveniunt, ut omnibus bonum exemplum praebat.

tribuerit — irrogaverit] sibi opponuntur: tribuo aliquid boni, et irrogo i. impono ut onus, multam, supplicium. Sub Caesaribus demum haec *tr*: irrogare vis increbuit. *Ap-*

pius Claudius re et nomine Coecus, Pyrrhi tempore. Liv. IX, 29. *L. Metellus* Pontifex, bis Consul, Dictator, triumphalis, primo Punico bello. cf. de Brevit. vit. XIV, 2. Plin. N. H. VII, 45. bip. — „Orbam luminibus exegit „senectam, amissis incendio, „quum Palladium raperet ex „aede Vestae“ —.

- habeat illas et Ellius leno: ut homines pecuniam quum in templis consecraverint, videant et in fornice. Nullo modo magis potest Deus concupita traducere, quam si illa ad turpissimos defert, ab optimis abigit. „At ini-
 „quum est, bonum virum debilitari, aut configi, aut al-
 „ligari; malos integris corporibus solutos ac delicatos
 3 „incedere.“ Quid porro? non est iniquum, fortes viros arma sumere, et in castris pernoctare, et pro vallo obligatis stare vulneribus: interim in urbe securos esse, a percisos et professos impudicitiam? Quid porro? non est iniquum, nobilissimas virgines ad sacra facienda noctibus excitari, altissimo somno inquinatas frui? Labor optimos citat. Senatus per totum diem saepe consulitur, quum illo tempore vilissimus quisque, aut in campo otium suum oblectet, aut in popina lateat, aut tempus in aliquo circulo terat. Idem in hac magna republica fit: boni viri laborant, impendunt, impenduntur, et volentes quidem: non trahuntur a fortuna, sequuntur illam, et aequant gradus. si scissent, antecessissent.
4. Hanc quoque animosam Demetrii fortissimi viri vocem audisse

Cap. V. a. *percisos* praetulit Lipsius e Martial. IV, 48. XII, 35, 2. Percidere, praecidere. percisus, praecisus secum confunduntur. Nec viris doctis satis convenit de vi usuque harum vocum in re obscuro.

2. *Ellius*] homo merito alias ignotus, quippe cuius vita et quaestus circa *fornicem* (Bordell) versabatur. *ut homines — consecraverint* de pecunia et donariis statuisque deorum dearumque ex auro argentoque confectis iisque in templis sacratis intelligas. *traducere*, contemptui et ludibrio exponere: v. ad de Ira I, 6, 1. *debilitari*, membris capi, *configi* in cruce clavis et *alligari* funibus.

3. *nobilissimas virgines*] Vestales, quibus ignis aeterni conservatio et sacra Vestae atque Bonae Deae curae erant. Legebantur autem a pontifice maxime e nobilitate, magno semper honore Romae habitae. cf. Aul. Gell. I, 12. etc. *campo* Martio, ambulando, garriendo, ludendo pila etc. *impendunt* sua, *impenduntur* id est: pro patria occiduntur.

4. De *Demetrio* consulas not. ad III, 3.

audisse me memini: „Hoc unum,“ inquit, „dii immor-
 „tales, de vobis queri possum, quod non ante mihi vo-
 „luntatem vestram notam fecistis. Prior enim ad ista
 „venissem, ad quae nunc vocatus adsum. Vultis libe-
 „ros fumere? illos vobis sustuli. Vultis aliquam par-
 „tem corporis? sumite. Non magnam rem promitto.
 „cito totum relinquam. Vultis spiritum? Quid ni?
 „nullam moram faciam, quo minus recipiatis, quod
 „dedistis. a volente feretis, quidquid petieritis. Quid
 „ergo est? maluissem offerre, quam tradere. Quid
 „opus fuit auferre? accipere potuistis. Sed ne nunc
 „quidem auferetis: quia nihil eripitur, nisi ^b retinenti.
 „Nihil cogor, nihil patior invitus, nec servio Deo,
 „sed assentio: eo quidem magis, quod scio omnia certâ
 „et in aeternum dictâ lege decurrere.“ Fata nos du- 5
 cunt, et quantum cuique restet, prima nascentium hora
 disposuit. Causa pendet ex causa, privata ac publica
 longus ordo rerum trahit. Ideo fortiter omne feren-
 dum est: quia non, ut putamus, incidunt cuncta, sed
 veniunt. Olim constitutum est, quid gaudeas, quid
 fleas: et quamvis magna videatur varietate singulorum
 vita distingui, summa in unum venit: accepimus peri-
 tura perituri. Quid ita indignamur? quid querimus? 6
 ad hoc parati sumus. Utatur, ut vult, suis natura cor-
 poribus: nos laeti ad omnia et fortes cogitemus, nihil
 perire de nostro. Quid est boni viri? praebere se fato.
 Grande solatium est, cum universo rapi. Quidquid est
 quod nos sic vivere iussit, sic mori: eadem necessitate
 et deos alligat. irrevocabilis humana pariter ac divina
 cursus vehit. Ille ipse omnium conditor ac rector scri-
 psit quidem fata, sed sequitur: semper paret, semel
 iussit. „Quare tamen Deus tam iniquus in distributione 7
 „fati

b. *retinenti*. Bene se habet. Triller tamen *Obss. II, 23. p. 140.*
 emend. non male: *renitenti*.

6. *scripsit fata*] i. *leges in aeternum dixit, scripsit.*

„fati fuit, ut bonis viris paupertatem, vulnera, et acerba funera adscriberet?“ Non potest artifex mutare materiem: haec passa est. Quaedam separari a quibusdam non possunt, cohaerent, individua sunt. Languida ingenia, et in somnum itura, aut in vigiliam somno simillimam, inertibus neſtuntur elementis: ut efficiatur vir cum cura dicendus, fortiore fato opus est. Non erit illi planum iter: sursum oportet ac deorsum eat, fluctuetur, ac navigium in turbido regat. contra fortunam illi tenendus est cursus. Multa accident dura, aspera, sed quae molliat et complanet ipse. Ignis aurum probat, miseria fortes viros. Vide quam alte ascendere debeat virtus: scies illi non per secura vadendum esse.

Ardua prima via est, et qua vix mane recentes

Emitantur equi: medio est altissima caelo:

Vnde mare et terras ipsi mihi saepe videre

Fit timor, et pavida trepidat formidine pectus.

Ultima prona via est, et eget moderamine certo.

Tunc etiam, quae me subiectis excipit undis,

Ne ferar in praeceps, Tethys solet ipsa vereri.

Haec

7. *Non potest — passa est]* Stoicum decretum: cf. Nat. Qu. I. praef. §. 2. 3. et fin. Diog. Laert. VII, 134. ubi Menag. Senec. Ep. 65. laudat: Dicunt, ut scis, Stoici nostri, duo esse in rerum natura, ex quibus omnia fiant: causam et materiam. Materia iacet iners: res ad omnia parata: cessatura, si nemo moveat. Causa autem, id est, Ratio, materiam format, et quocunque vult, versat. Plura dedit Lipsius in Physiolog. Stoic. II, 4, Tiedemann. *Geist d. spec. Philof.* II, p.

440. fqq. Materia igitur *passa est*, ut formaretur in id, quod fieri potuit. Illustratur nunc hoc dogma exemplis. *elementis.* cf. de Ira II, 18. 19. *cum cura* i. laude et gloria: de Benef. IV, 1, 1. *fortiore — est*, quod originem duxit, ex elementis melioribus.

8. Versus noti exstant ap. Ovid. Metam. II, 63. fqq. de Phaethonte. (1. *recentes* quippe Oceano loti ambrosiaque assumpta, ideoque quiete usi. 3. ex qua altitudine cunctor prae timore despiceret in m. 5. *ultima* pars viae demergit

et

Haec quum audisset ille generosus adolescens, „Placet,“ 9 inquit, „via. escendo. est tanti per ista ire casuro.“ Non desinit acrem animum metu territare:

*Vtque viam teneas, nulloque errore traharis,
Per tamen adversi gradieris cornua Tauri,
Aemoniosque arcus, violentique ora Leonis.*

Post haec ait: Iunge datos currus! his quibus deterreri me putas, incitor: libet illic stare, ubi ipse sol trepidat. humilis et inertis est, tuta sectari: per alta virtus it,

VI. „Quare tamen bonis viris patitur aliquid mali Deus fieri?“ ille vero non patitur. Omnia mala ab illis removit, scelera et flagitia, et cogitationes improbas, et avida consilia, et libidinem caecam, et alieno imminentem avaritiam: ipsos tuetur ac vindicat. Numquid hoc quoque a Deo aliquis exigit, ut bonorum virorum etiam sarcinas fervet? remittunt ipsi hanc Deo curam: externa contemnunt. Democritus divitias proiecit,

onus

et inclinat, quum sol est in occasu. 7. Ipsa Tethys Oceani uxor excipit Phoebum, i. descendit Phoebus in mare, occidit sol. Desumpta est haec fictio e vita heroum amicium convenientium aut e bello re-
gredientium ab ancillis lotorum et ministratorum.) ille generosus adolescens, Phaethon.

9. Haec quum — casuro] Senecae sunt, non Ovidii. Non desinit Phoebus acrem animum Phaethontis. Sequentes tres versus ibidem exstant 79. sq. Signa tria e Zodiaco, tauri, sagittarii (arcus sagittarii haemonii s. Centauri Thessalia (Haemonia) orti) et leonis Phaethonti obvia in

itinere suo. Post haec ait — it. Et haec Senecae, non poetae, sunt. Apud poetam enim Phaethontis responsio mittitur. Tales explicationes saepe adiiicit noster versibus, quos e poetis adduxerat.

Cap. VI. Alios pati maia, ut doceant viri boni, et ipsis discendum est, ea bene pati nati enim sunt in exemplar.

1. Omnia mala] quae proprie sic dici merentur. avida consilia, avidam cupiditatem, de Brevit. vit. III, 3. sin. ambitionem etc. Sarcinas, externa illa, opes, divitias, honores etc. vocat. Democritus Abderita ille celeberrimus Antiquitatis philosophus, qui flor.

onus illas bonae mentis existimans: quid ergo miraris, si id Deus bono accidere patitur, quod vir bonus al-
 2 quando vult sibi accidere? „Filiis amittunt viri boni.“ quid ni, quum aliquando et ipsi occidant? „In exilium „mittuntur.“ quidni, quum aliquando ipsi patriam non repetituri relinquunt? „Occiduntur.“ quidni, quum aliquando ipsi sibi manus afferant? „Quare quaedam „dura patiuntur?“ ut alios pati doceant: nati sunt in
 3 exemplar. Puta itaque Deum dicere: „Quid habetis, quod de me queri possitis vos, quibus recta placuerunt? Aliis bona falsa circumdedi, et animos inanes velut longo fallacique somnio lusi. auro illos argento et ebore ornavi: intus boni nihil est. Isti, quos pro felicibus aspicitis, si non, quâ occurrunt, sed quâ latent, videritis, miseri sunt, sordidi, turpes, ad similitudinem parietum suorum extrinsecus culti. Non est ista solida
 4 et sincera felicitas: crusta est, et quidem tenuis. Itaque dum illis licet stare, et ab arbitrium suum ostendi, nitent et imponunt: quum aliquid incidit, quod disturbet ac detegat, tunc apparet, quantum altae ac verae foeditatis alienus splendor absconderit. Vobis dedi bona certa, mansura: quanto magis versaveritis, et undique inspexeritis, meliora maioraque. Permissi vobis, me-
 tuen-

flor. post Ol. 72. Quae hic noster tradit, a P. Baylio (Diction. hist. et crit. T. II. Art. Démocrite, p. 269 sq.) neglecta esse miror. Fuit autem diversa traditio de hac re: aliis Democritum referentibus utcumque patrimonium suum neglexisse; (Cic. de finib. V, 29. Horat. Epp. I, 12, 12. Athenaeus IV, 20. p. 254. ed. Schäfer. Mitto plures.) aliis diviso cum fratribus pa-

trimonio exiguum sibi partem elegisse (Diog. Laert. IX, 35. Aelian. V. H. IV, 20.): a quibus noster prorsus discessit, nescio quem secutus.

3. *crusta — tenuis*] manet in similitudine a parietibus desumpta, quos marmore vario etc. distinctos ornatosque fuisse constat. conf. Athenaeum IV, 13. p. 226. Schäfer.

tuenda contemnere, cupiditates fastidire. non fulgetis extrinsecus: bona vestra introrsus obversa sunt. Sic mundus exteriora contemnit, spectaculo sui laetus. Intus omne posui bonum: non egere felicitate, felicitas vestra est. „At multa incidunt tristitia, horrenda, dura 5 „toleratu!“ Quia non poteram vos istis subducere, animos vestros adversus omnia armavi. Ferte fortiter: hoc est, quo Deum anteceditis. ille extra patientiam malorum est, vos supra patientiam. Contemnite paupertatem: nemo tam pauper vivit, quam natus est. Contemnite dolorem: aut solvetur, aut solvet. Contemnite fortunam: nullum illi telum quo feriret animum, dedi: Contemnite mortem: quae vos aut finit, aut transfert. Ante omnia cavi, ne quis vos teneret invitos: patet exitus. Si pugnare non vultis, licet fugere. Ideoque ex omnibus rebus, quas esse vobis necessarias volui, nihil feci facilius, quam mori. Prono animam loco posui: trahitur. Attendite modo, et videbitis, quam brevis ad libertatem, et quam expedita ducat via. Non tam longas in exitu vobis, quam intransibus, moras posui: alioqui magnum in vos regnum fortuna tenuisset, si homo tam tarde moreretur, quam nascitur. Omne tempus, omnis vos locus doceat, quam facile sit renuntiare naturae, et munus suum illi impingere. Inter ipsa altaria et solemnes sacrificantium ritus, dum optatur vita, mortem condiscite. Corpora opima taurorum exiguo concidunt vulnere, et magnarum virium animalia humanae

4. *mundus* — *contemnit*] *aut transfert* in altum manufiros.

5. *quo Deum anteceditis*] *6. trahitur*] lapsuram sponte, nisi idemdem trahatur. Hoc fit, quum reciprocamus. Acumen in hoc loco facile intelliges. Ceterum cf. de Ira III, 15.

nae manus ictus impellit. tenui ferro commissura cervicis abrumpitur: et quum articulus ille, qui caput columque connectit, incisus est, tanta illa moles corrui-
8 Non in alto latet spiritus, nec utique ferro eruendus est: non sunt vulnere impresso penitus scrutanda praecordia: in proximo mors est. Non certum ad hos ictus destinavi locum: quacun- que pervium est. Ipsum illud quod vocatur mori, quo anima discedit a corpore, brevius est, quam ut sentiri tanta volocitas possit. Sive fauces nodus elisit; sive spiramentum aqua praeclusit; sive in caput lapsos subiacentis foli duritiâ comminuit; sive haustus ignis cursum animae remeantis intersecidit: quidquid est, properat. Ecquid erubescitis? quod tam cito fit, timetis diu?



D E

TRANQVILLITATE ANIMI

LIBER VNVS

AD ANNAEVM SERENVM.

A R G V M E N T V M.

Epistola Sereni praemittitur ad Senecam, cui statum animi sui queruli et morosi vacillantem, ideoque a tranquillitate quam maxime alienum queritur: petit deinde, ut sibi succurrat laboranti. C. 1. Cui proinde suadet Seneca, ut quum satis sanus sit, sed sanitati parum assueto similis, fidem sibi ipsi habeat, et recta ire via se credat, siquidem ad veram animi tranquillitatem, εὐδαιμόνιαν pervenire velit. Iam ut ostendat in universum, quomodo eam consequi quis possit, describit vitium, de quo questus erat Serenus. C. 2. Contra hoc taedium sive fastidium (hic enim morbus ille est) consilium dat, ut actione rerum et Republicae tractatione hoc morbo laborantes utantur, saltem otium rebus misceant, sive, si quando tempora turbulentiore incidant, plus otio ac literis vindicent; quânvīs Athenodoro contra nitente. C. 3. Necessarium tamen ante omnia est ad negotia euntibus, primum ut nosmetipsos noscamus, deinde negotium, denique homines, quorum causa, aut quibuscum agendum est. In nobis aestimandae sunt vires, quid et quatenus possimus, neque ultra tendamus. Deinde in negotiis consideremus, an nos iis pares simus gerendis. Tandem in hominibus, an digni sint labore nostro atque temporis impendio. C. 4. 5. 6. Ad tranquillitatem porro animi multum valet amicitia fidelis et dulcis, quae oblectamento sit: vitetur tamen amicus morosus, ingenio tristi, omnia accusans. Altera tamen parte sunt, quae hanc tranquillitatem impediunt: ac primum quidem patrimonium, quae si modica sint, virtuti et vitae tranquillae sufficiunt, ampla officiant: quapropter ea intra certum modum sunt coercenda, ut tranquillius et securius vivas. Mediocritas autem est optima. C. 8. Verae divitiae tantummodo parsimonia et continentia acquiruntur: ideoque luxui resistendum, etiam in utilibus vitae instrumentis, ut bibliotheca et libris. C. 9. Deinde et incommodum vitae genus tole-

randum est, ne officiat tranquillitati: molestiae enim in omni vita interveniunt, quae tamen tum labore et consuetudine molliuntur et vincuntur, tum aspectu alienae sortis saepe tua deterioris. Accedit, quod cuique vitae generi suae voluptates et incommoda sint. Tum cupiditates non longe mittendae sunt, sed ad propinqua, quae ad pedes sunt et facilia ad prebendendum. C. 10. Iam sequitur praeclava disputatio de aequanimitate et constantia sapientis in usum proficientis et tironis. Summa capita sunt haec: Sapientem contemnere mortem, vel sultem pro re indifferenti habere: ei nihil inopinati accidere debere nec posse, ideoque in eum non cadere illud: hoc non putavi. Sapientis esse, omnia praecipere et praevidere quasi futura, tam mala quam bona. Exempla virorum illustrium et excellentium ex alto cadentium et a fortuna desertorum. C. 11. Ideoque in supervacuis non est laborandum, neque, quantum potest, in alienis, quorum nimia curiositas et πολυπραγμοσύνη est vitanda. Multa enim agenti et agere captanti tum inconstantia rerum cogitanda, tum pertinacia atque levitas evitanda est: h. e. nec assidue in vita mutes, nec si male elegeris, praefraete inhaereas. Si tamen adversa incidant, ea benigne interpreteris et aequo ac paene hilari oculo adspicias. Exempla. C. 12. 13. 14. Quum denique nihil proficiat, privatae tristitiae causas abiicisse, nisi et publicae removeris, odium generis humani abiiciendum est, et fastidium rerum humanarum fugiendum. Iccirco vanitates humanae neque irrideri, neque fieri, sed potius aequo animo ferri debent, nec nos bonorum exitus mali contristare. Alia sollicitudinum non mediocris materia est simulatio et anxia sui observatio: Solitudo et conversatio sunt prudenter miscendae. Otium sapientis et vita privata. C. 15.

Liber hic non dubie utilis et tum materia tum tractatu insignis est, etsi ordinem universi labare putat Lipsius idque iniuria temporum aut exscriptorum. Sed si cogitasset, esse magis epistolam, quam tractationem sive disputationem artificiosam et eam continuam, atque e Rhetoricae regulis elaboratam, fortasse sententiam suam mitigasset. Vbi enim ordinem migrasse nobis videtur Seneca, ibi vero poetarum quasi lyricorum more quaedam negligit, quaedam leviter perstricta, ut notiora, omittit, abreptus studio graviora, quae animum eius pungunt, effeendi, quaedam verbo tantum et obiter attingit, sive quod alias iam tractaverit, sive quod per transfennam et strictim erant percurrenda. Accedit, quod particulas transitus et nexus parum curat. Praefraete tamen haudquaquam obnitur Lipsii iudicio, postremis serme verbis Senecae mixi, ideoque putantis: in fine claudere, et partitionem, qua se probaturum promiserat, quae iveri tranquillitatem possint et resitnere, interisse.

Liber scriptus est ad Annaeum Serenum, praefectum vigilum Neronis, quem nuper interentum esse esu fungorum tradit Plin. Nat. Hist. XXII, 47. bip. Certe inter amicos interiores Senecae fuit et Tacito teste, Annal. XIII, 13. ubi Senecae familiaris audit. Ante Senecam obiisse, Ep. 63. fin. docet, et eum Seneca multo minorem. cf. de eo Harduin. ad Plin. l. l. T. IV. p. 209. Singularem autem et παραδόξῳ modo libri introitus et occasio exponitur, epistola Sereni ad Senecam praemissa. Dialogum enim hunc esse, quod voluit Gronovius, mihi persuadere non possum, tenere orationis repugnante. Vnicum, ut opinor, exemplum hac in re est; nec, quod Lipsio placuit iam a Gronovio recte ideo representari, familiare est Senecae, πρόσθετον sive occasionem scripti interdum figurate proponere, et dilatare, atque ita ad rem venire. Vellem hoc docuisset Vir doctissimus. Ceterum nec mirus videbitur hic tractationis modus, quod epistola amici, sive vera sive ficta sit, foras data, consilium suum de Tranquillitate Animi comparanda cum hominibus communicet: si modo primum reputemus, Serenum eius amicum fuisse, et eum multo minorem, deinde honori esse debuisse ei, a Viro summopere aestimato in viam rectam deduci et immortalitate donari. Nec refragabor, si quis contendat, post Sereni demum mortem hunc librum editum fuisse: etsi hoc mirationem certe facere potest, quod ne minime quidem militaris vitae, quam agebat Serenus, mentio iniecta sit. Saltem nullum satis certum vestigium temporis, quo scriptus sit liber, mihi comparuit. Quamquam Lipsio secus videbatur, ut qui primo capite libri semetipsum alloqui Senecam putans initio reditus eius ab exilio, quum ad aulam et Neroni instituendo admotus esset, librum assignabat.

Primus de Tranquillitate Animi non scripsit Seneca, quandoquidem iam ante eum exstiterunt, qui hoc caput e philosophia morali desumptum singularibus commentariis pertractandum sumsisserunt. Ac primo quidem loco memorandus est hoc nomine Democritus, Abderita: cf. ad II, 5. Non ita longe post secutus est deinde Hipparchus, Pythagoricus, Lysidis coaevus, circa Epaminondae tempora; scripsit librum περί εὐθυμίας, e quo fragmentum praeclarum occurrit apud Stobaeum Serm. 106. cf. Fabricii Bibl. Gr. Vol. I. p. 847 sq. Harl. Ut omnia porro scripta Panaetii, Stoici, magni aestimata sunt in antiquitate, ita liber eius περί εὐθυμίας a Diog. Laert. IX, 20. (Panaetius tradidit quoque in hoc libro, et Xenophanem, ut sapientem, propriis manibus suis filios suos sepelivisse, et Anaxagoram) haud minor, honore dignus habitus est. Cf. Fabric. Vol. III. p. 567 sqq. Exstat etiam nunc ex iis, qui post Senecam scripsere, potissimum Plut-

archi liber de Tranquillitate animi, dignus qui contendatur. Multi praeterea fuerunt, qui et hunc locum philosophiae moralis in libris suis de fato, de casibus, περὶ τῆς ἀπάθειας etc. ut Teles, pythagoreus, al. tractarent.

I.

Inquirenti mihi in me quaedam vitia apparebant, ^a Seneca, in aperto posita, quae manu prenderem: quaedam obscuriora, et in recessu: quaedam non continua, sed ex intervallis redeuntia, quae vel molestissima dixerim, ut hostes vagos, et ex occasionibus affilientes, per quos neutrum licet, nec tanquam in bello paratum esse, nec tanquam in pace securum. Illum tamen habitum in me maxime deprehendo (quare enim non verum, ut medico, fatear?) nec bona fide liberatum iis, quae timebam et oderam, nec ^b rursus obnoxium.

2 In statu ut non pessimo, ita maxime querulo et moroso positus sum: nec aegroto, nec valeo. Non est quod dicas, omnium virtutum tenera esse principia, tempore ipsis duramentum et robur accedere. Non ignoro, etiam

VARIETAS LECTIIONIS.

Cap. I. a. *Seneca*. Fere omnium est librorum ap. Gruter. lectio. Erasinus e suo, ut videtur, dedit: *Serene*. Muretus vero, nescimus, e libro siculo, an e coniectura, fecit: *resecta*, quod non multum abest Casp. Barthius in Adversar. 32, 7. p. 1474. quin probet. Gronovius tandem nostram lectionem bene reduxit, quippe qui hunc librum in Dialogis a Quintiliano attributis Senecae esse putavit. Cf. Argumentum.

b. *rursus*. Lipsius emendare voluit: *prorsus*, contra sententiam Sereni, qui media conditione se uti queritur.

ANIMADVERSIONES.

Cap. I. Annaeus Serenus amicū Senecam consulit de animi sui statu, quem explicat, inquieto, moroso ac fluctuanti, sibi que ut consilio succurrat, petit.

§. 1. *Illum tamen — obnoxium*] Fluctuantem illum

statum, quem proxime descriperat. *nec bona fide*, ita ut vitiis funditus deletis curatio sincera ac perfecta sit. *nec rursus* i. altera ex parte expositum.

2. *Non ignoro* etc.] Respondet proxima obiectiōni:

non

iam quæ .c in speciem laborant, dignitatem dico, et eloquentiæ famam, et quidquid ad alienum suffragium venit, morâ convalescere: et quæ veras vires parant, et quæ ad placendum fuco quodam subornantur, expectant annos, donec paulatim colorem diuturnitas ducat: sed ego vereor, ne consuetudo, quæ rebus affert constantiam, hoc vitium in me altius figat. Tam 3 bonorum quam malorum longa conversatio amorem induit. Haec animi inter utrumque dubii, nec ad recta fortiter, nec ad prava vergentis, infirmitas qualis sit, non tam semel tibi possum quam per partes ostendere. Dicam quæ accidant mihi: tu morbo nomen invenies. Tenet me summus amor parcimoniae, fateor. placet non in ambitionem cubile compositum, non ^d ex arcula prolata vestis, non mille ponderibus aut tormentis splen-

X 4

dere

c. *in speciem laborant.* Omnium codd. ap. Grut. lectio, praeter unicum Colon. cod., qui habet: *in spem*; e compendio scribendi ortum. *Dignitas*, eloquentiæ fama etc. *laborant in speciem*, omnia agunt, ut quando splendescant, atque in oculos hominum incurrant. Sic bene locum expedit Gron., Lipsium et Casp. Barthium refutans, locis multis ad usum *τὸ laborare in aliquid* adductis, Quinct. 8, 2. Seneca de Ira III, 41, 2. de brev. vit. c. 19, 3. etc.

d. *arcula*, i. cista vestimentis forensibus ideoque elegantibus condendis apta. Cic. de Offic. II, 7, 13. Columella XII, 45. fin. Martial. II, 46, 4. Casp. tamen Barth. l. I. de praelis in-

non esse virtutes, sed vitia, quæ longa consuetudine crescant: distare itaque ab iis virtutibus et bonis, quibus quis ad altiora sensum evehat, quæ quidem initio parvae sint, temporis tamen successu maiores fiant. *Dignitatem* explico de auctoritate publica, e. c. senatoris, quæ initio parva sit, et omne id, quod e favore et assensu hominum pendeat. Lipsius et Gronovius (qui multis exem-

plis usu phrasim illustrato explicat *τὸ laborare in speciem*: omnia agere ad ostentationem, ad pompam, ut conspiciantur, ut conspecta sint, atque in oculos hominum incurrant,) de labore, quem ambitio consumat in dignitate acquirenda, interpretantur. et quæ — parant virtutes, et quæ — subornantur eloquentia etc. de *fuco* supra monuimus: hinc *colorem* — ducat explices.

dere cogentibus pressa: sed domestica et vilis, nec servata, nec fumenda sollicitate. Placet cibus, quem nec parent familiae, nec spectent: non ante multos imperatus dies, nec multorum manibus ministratus, sed parabilis facilisque, nihil habens arcessiti pretiosive, ubilibet non defuturus, nec patrimonio gravis, nec corpori, nec rediturus quâ intraverat. Placet minister incultus et rudis vernula: argentum grave e rustici patris, sine ullo opere et nomine artificis; et mensa non varietate macularum

CON-

telligere mavult, sub quibus vestimenta pressari sueta sunt, ut formam acciperent. Proinde praefert *expressa* loco τῦ̄ *pressa*, e libris aliquot. Male. Confundit ille praela et arculam, nec docet: *expressam* vestem esse i. q. variegatam atque figuris inpietam. Mox quum *parent*, *imperatus*, *parabilis* iterantur, mendum suspicatur Barthius, quod quaerit, et, ut fit, facile invenit in voce: *parent*, emendans infeliciter: *rap- tent*; vel *portent*. *Spectent* Gruterus e libris recte defendit contra Pinciani lect. *exspectent*; sermo enim est de apparatu coenae magnifico. *arcessiti* reduxi: antea: *accessiti*. Cf. Gronov. ad Liv. XXXVI, 7, 2. et Cellarii Orthograph.

e. *rustici patris*: qui semper rusticari, quam in urbe degere mavult. Quod quum Barthius l. l. non intelligeret, emendavit *rusticis patris*.

3. *placet non in ambitionem — sollicitate*] coenationes, parietibus marmore et purpura distinctis, alto toro, lecto argenteis, aureis, eburneis pedibus, laqueari aurato, pavimento tessellato exornatas divitum et luxuriosorum dicit: et *vestem* purpuream, quae pressorio instrumento subiici solebat, ut splendorem ac laevitatem ostenderet. *domesticam* domi geri solita: opp. vestis forensis: *sollicitate*, ut sinus latiores faceret, diffunderet et splenderet.

4. *familiae*] servorum, nec *spectent* mensae adstanto ac

ministrando. *imperatus* servis, ut peregrinae aves piscesque ad coenam ambiciosam quaererentur. *Imperata* enim voc. *solenne* de coena ordinanda, e. c. Cic. Rosc. Amerin. 21. Orat. II, 7. *nec rediturus* — alludit illud, quod in Conf. ad Helv. c. 9. fin. vomunt ut edant, edunt ut vomant: ubi vide. *minister* puer vini, *incultus*, sine veste pretiosa, *et rudis*, parum expolitus, quippe domi, ruri natus et educatus. *argentum gr.* vasa, pondere solum aestimanda, non arte: pura alias vocata. *macularum*, venarum et naevorum in mensis citreis magui apud Rom. aesti-

conspicua, nec per multas elegantium dominorum successiones civitati nota: sed in usum posita, quae nullius convivae oculos nec voluptate moretur, nec accendat invidiâ. Quum bene ista placuerunt, praefringit animum apparatus alicuius paedagogii, diligentius quam in ^f tralatu vestita et auro culta mancipia, et agmen fervorum niterentium. Iam domus, etiam quâ calcatur, pretiosa, et divitiis per omnes angulos dissipatis, tecta ipsa fulgentia, et affectator comesque patrimoniorum pereuntium populus. Quid perlucentes ad imum aquas, et circumfluentes ipsa convivia, quid epulas loquar scenâ suâ dignas? Circumfudit me ex longo frugalitatis situ ⁶ venientem multo splendore luxuria, et undique circumsonuit. Paulum titubat acies: facilius adversus illam animum, quam oculos attollo. Recedo itaque non peior, sed tristior: nec inter illa frivola mea tam

X 5

altus

f. *diligentius quam in tralatu vestita*: e Iureti libro, possessore et Grutero probantibus reduxit Gronov. *tralatu* i. pompa. Val. Max. II, 4. ubi *translatum* occurrit, i. personas pompam ferentes, in pompa ludorum ornatos incedentes. Rem illustrat, ut nemo melius, Seneca Ep. 110. Haec lectio haud dubie praeferranda est aliis reliquis: *intra latus*: *intra lacum*: *intra lavem*: *intra privatum vestita*: *in privato lave*: quae nullum sensum praebent.

aestimatum. Cf. ad de Ira III, 35, 3. de Benef. 7, 9. Plin. N. H. XIII, 29. bip. de his successionebus quaedam huc spectantia tradidit. *Paedagogia*, in quibus pueri servi, interdum et ingenui, ad diversa potentiorum et principum ministeria plerumque illicita educabantur. Cf. Lipsii Excurs. B. ad Tacit. Annal. XV, 69. T. I. p. 1221 sq. ed. Elsevir. 1672. Totum hunc locum illustrat Senec. ep. 110. *quâ calcatur* solum et

pavimentum marmore, auro et gemmis mixtis exornatum, opere tessellato s. vermiculato, de quo cf. Ernesti in Clav. Cic. *tecta* laqueata, auro gemmisque distincta. *circumfluentes*, quas iam in ipsas coenationes perduxerant, cf. ad Provid. 3. §. 9.

6. Si ex vita mea et frugali et fordida, quam supra declaravi, in hanc luxuriam interdum veniam etc. Ne cogites de Seneca ab exilio modo reverso, adeas Argumen.

6 altus incedo, tacitusque morsus subit, et dubitatio, num-
 quid illa meliora sint. nihil horum me mutat, nihil ta-
 men non concutit. Placet vim praeceptorum sequi, et
 in mediam ire Rempubicam: placet honores fascesque,
 non purpurâ aut virgis adductum capeffere, sed ut ami-
 cis propinquisque, et omnibus civibus, omnibus deinde
 7 mortalibus paratior utiliorque sim. ^h Propius composi-
 tus sequor Zenonem, Cleanthem, Chrysippum: quo-
 rum tamen nemo ad Rempubicam accessit, nemo non
 misit. ⁱ Vbi aliquid animum, insolitum arietari, per-
 cussit, ubi aliquid occurrit, aut indignum (ut in omni
 vitâ humanâ multa sunt) aut parum ex facili fluens, aut
 multum temporis res non magno aestimandae poposce-
 runt, ad otium convertor, et quemadmodum pecoribus,
 fatigatis quoque, velocior domum gradus est: placet
 8 intra parietes suos vitam coërcere. Nemo ullum au-
 ferat diem, nihil dignum tanto impendio redditurus.
 sibi ipse animus haereat, se colat, nihil alieni agat,
 nihil

g. *altus* Erasim. et plurimi codd. ap. Grut. *laetus* Muretus induxe-
 rat, nescio unde: nam in margine Erasim. non est.

h. *Propius compositus sequor Zenonem* — sensu postulante et Eras-
 mo annuente dedi. Antea: — *sim*, *propius compositus*. *Se-*
quor —. *Compositus* e codd. et Erasim. antea: *positus*.

i. *ubi aliquid animum, insolitum arietari, percussit* e libris MSS.
 praetulit Lipsius et Gron. Antea: *Ad quam quum* —.

mentum. *frivola mea*, angustas
 meas res. *vim praeceptorum*
 stoicorum, quae ad Remp.
 capeffendam affectas suos mo-
 nuerunt, quippe quae mun-
 danum praecipiebant esse ho-
 minem, uti iam antea saepe
 vidimus. *placet* — *capeffere*
 non ambitione et splendore
 motum.

7. *Propius — misit*] Prin-
 cipes sectae stoicae esse Zeno-
 nem Citieum, Cleanthem Ly-
 cium, et Chrysippum Solen-

sem, illum quidem Zenonis,
 Chrysippum vero Cleanthis
 discipulum, quis ignorat? Qui
 plura tamen de iis edoceri
 velit, is consulat Tiedemann.
 II, 427—432. et de eorum
 scriptis, quae quidem multa
 fuere, at omnia fere perierunt,
 Fabricii Bibl. Graec. Tom. III,
 579 sqq. 550 sq. 546 sq.
 Harles. Cur autem ad Remp.
 non accesserint, causam vide
 in Senecae libro: de Otio Sa-
 pientis. *placet* animo.

nihil quod ad iudicem spectet: ametur expers publicae privataeque curae tranquillitas. Sed ubi lectio fortior erexit animum, et aculeos subdiderunt exempla nobilia: profilire libet in forum, commodare alteri vocem, alteri operam, etsi nihil profuturam, tamen conaturam prodesse: alicuius coërcere in foro superbiam, male secundis rebus elati. ^k In studiis, puto mehercule, me- 9
lius esse, res ipsas intueri et harum causa loqui, ceterum verba rebus permittere, ut quâ duxerint, hâc inelaborata sequatur oratio. Quid opus est seculis duratura componere? Vis tu ^l nunc id agere, ne te posteritaceant? morti natus es. minus molestiarum habet funus tacitum. Itaque occupandi temporis causa, in usum tuum, non in praeconium, aliquid simplici stylo scribe. minore labore opus est studentibus in diem. Rursus, ubi se animus cogitationis magnitudine levavit, 10
ambitiosus in verba est, altiusque ut spirare, ita eloqui gestit, et ad dignitatem rerum exit oratio: oblitus tum
legis

k. *In studiis.* Lipsius, defectum aut confusionem subesse statuens, asteriscum apposuit. Sed oratio bene cohaeret: modo, ait, oratio neglecta, modo culta placet. Describit, autem animi sui vacillantis statum.

l. *nunc* e margine Erasmi redixi, Lipsio suafore. Tu nunc capere animi vis posteritatem, quum sis mortalis et brevis aevi. Barthii argutias, captantis emendationem, lubens mitto.

8. *nihil quod ad iudicem spectet*] i. nihil quod litigationem ac rixam cum aliquo coram iudice moveat, ut causam agere, accusando aut se defendendo, cogatur. *lectio fortior* i. sublimes sententias ad agendum excitantes fuggerens.

9. *In studiis* etc.] Nexus sententiarum hicce esse videtur: Interdum et ut patronus,

et ut advocatus, profilio in forum ideoque parum paratus, putans causam perspectam, provisam, (Horat. Art. poet. 311. Verbaque provisam rem non invita sequentur;) verba secutura esse sua sponte. Proinde mihi ipse dico: Quid opus etc. Altera vero ex parte (10. Rursus) etc. *In studiis* de eloquentia forensi intelligas.

10. Mox vero et hac in re mutò sententiam, quam sequi

legis pressiorisque iudicii, sublimis feror, et ore iam non meo. Ne singula diutius perfequar, in omnibus rebus haec me sequitur bonae mentis infirmitas: cui ne paulatim defluam vereor, aut quod est sollicitius, ne semper casuro similis pendeam, et ^m plus fortasse fit, quam quod ipse provideo: familiariter enim do-
II mestica aspiciamus, et semper iudicio favor officit. Puto, multos potuisse ad sapientiam pervenire, nisi putassent se pervenisse, nisi quaedam in se dissimulassent, quaedam apertis oculis transiluissent. Non est enim, quod nos magis alienâ iudices adulatione perire, quam nostrâ. Quis sibi verum dicere ausus est? quis non inter ⁿ laudantium blandientiumque positus greges,
12 plurimum tamen sibi ipse assentatus est? Rogo itaque, si quod habes remedium, quo hanc fluctuationem meam sistas, dignum putes me, qui tibi tranquillitatem debeam. Non esse periculosos motus animi, nec quidquam tumultuosi asserentes, scio. ut verâ tibi similitudine id de quo queror exprimam, non tempestate vexor, sed nausâ. Detrahe ergo quidquid hoc est mali, et succurre in conspectu terrarum laboranti.

II. Quae-

^m. plus fortasse fit. Nonnullae membranae praestant: plus fortasse in me fit: Vnde Barthius l. l. fecit: ruinae fit, quam q. i. provideo. Equidem το. in me a glossatore quodam adiectum putem, ideoque nihil muto.

ⁿ. laudantium: e codd. bona lectio et in marg. Erasim. notata. Erasmus in textu habet: adulantium.

qui constitueram; stylum altiore ac grandiore quam pro mea natura ac indole captans, in orationibus forensibus: verbis exquisita venando atque enthusiasmum exprimendo et excitando. *ad dignitatem* in comparatione cum dignitate rerum oratio exit

modum, *oblitus* legis ingenii mei et *pressioris* i. angusti: sive, legibus publicis et iudicio, loco ubi causa agitur, male congruentibus meae sublimitati. *defluam*, contingam, ei subiectus sim. *favor*, amor sui nimius, Φιλαντία.

II. Quaero mehercule iamdudum, Serene, ipse tacitus, cui talem affectum animi similem putem: nec a ullius propius admoverim exemplo, quam eorum qui ex longa et gravi valetudine expliciti, motiunculis levisque interim offensis perstringuntur, et quum reliquias effugerint, suspicionibus tamen inquietantur, medicisque iam sani manum porrigunt, et omnem calorem corporis sui calumniantur. Horum, Serene, non parum sanum est corpus, sed sanitati parum affluevit: sicut est quidam tremor etiam tranquilli maris, aut lacus, quum ex tempestate requievit. Opus est 2 itaque non illis durioribus, quae etiam transcurrimus, ut alicubi obstes tibi, alicubi irascaris, alicubi infestis gravius; sed b illud, quod ultimum venit, ut fidem tibi habeas, et rectâ ire viâ te credas, nihil avocatus transversis multorum vestigiis, passim discurrentium, quorundam circa ipsam errantium viam. Quod desideras autem, magnum et summum est Deoque vicinum, non concuti. Hanc stabilem animi sedem Graeci *Εὐδουλίαν*

Εὐδουλίαν

Cap. II. a. *ullius*. Sic Erasim. et al. praefero quoque ob sequens: *eorum*. Lipsius et Gron. praetulerunt: *ulli*.

b. *illud*. Bene se habet. Est nominativ. quocum opus quoque coniungitur. Lipsius coni. *illo*.

Cap. II. Respondet Sereno Seneca. Suadet autem, ut sibi ipsi fidem habeat, constetque, et Tranquillitatem animi (*Εὐδουλίαν* Democriti) sibi acquirat. Deinde indicaturum se promittit, quomodo ad eam perveniri possit, effectu et origine huius antea expositis.

1. Comparat hos inquietos cum iis, qui convaluerint ex morbo, sed infirmitates subinde sentiant, iis *perstringuntur*, moveantur, eamque ob causam fluctuant, et quemcunque corporis sui calorem, febrim esse opinentur, manumque ideo medico porrigant, ut venas tentet: etsi non parum i. satis sani sunt.

2. duriora remedia transcurrit, praetermittit. Ut medici ibi asperiora remedia respuunt, ita hic ea nobis transmittenda sunt.

3. non concui] est Horatianum (Epp. I, 6, 1.) nil ad-

mirac-

Ἐὐθυμίαν vocant, de qua Democriti volumen egregium est: ego Tranquillitatem voco. nec enim imitari, et transferre verba ad illorum formam necesse est: res ipsa, de qua agitur, aliquo signanda nomine est, quod appellationis Graecae vim debet habere, non faciem. Ergo quaerimus: quomodo animus semper ^c aequali secundoque cursu eat, propitiusque sibi fit, et sua lae-
 4 tus adspiciat: et hoc gaudium non interrumpat, sed placido statu maneat, nec attollens se unquam, nec deprimens. Id Tranquillitas erit. Quomodo ad hanc perveniri possit, in universum quaeramus: fumes tu ex publico remedio, quantum voles. Totum interim vitium in medium protrahendum est, ex quo ^d cognoscet quisque partem suam: simul tu intelliges, quanto minus negotii habeas cum fastidio tui, quam hi quos ad

c. *aequali secundoque cursu eat.* Recepti e Lipsii coniectura: *εὐροία* Stoicorum expressa est. Idem dixit de Const. Sap. VIII, 2. aequali et concordi cursu fluentia. De Otio Sap. XXVIII, 1.

d. *cognoscet* ex edd. priscais et omnibus MSS. Gruteri reduxit Gron. Antea: *agnoscet.*

mirari, et pertinet ad *ἀπάθειαν* Stoicorum. *Democriti* Abderitae. cf. ad de Ira II, 10, 2. Cic. de fin. V, 29. Quam laudat h. l. Lipsius descriptionem Democriti, ea ap. Diogen. Laert. IX, 45. afferitur. Verba sunt: *Εὐθυμίαν — κατ' ἣν γαληνῶς καὶ εὐσαθῶς ἢ ψυχῇ διάγει, ὑπὸ μηδενὸς ταραττομένη φόβος, ἢ δεισιδαιμονίας, ἢ ἄλλο τινὸς πάθους.* Ceterum hanc *εὐθυμίαν* Democriti attingit quoque Meiners, (*Geschichte der Wissenschaften* etc. I, p. 728. sq.) cuius tamen eruditionem alioquin praecla-

ram et nostrum locum, nisi fallor, eximium in hac re, et de Ira III, 6, 2. et infra 12, 4. praeteriisse miror. *secundoque cursu* — stoicorum vox *εὐροία*, de prospero vitae cursu usitata, de qua post alios Wesseling. ad Diod. Sic. p. 156. Valcken. ad Eurip. Phoeniss. p. 652. Lennep. ad Phalarid. Ep. 16. p. 86. docte egerunt. *gaudium*: in hoc discedit noster a Democrito, qui ap. Diog. Laert. l. l. hanc tranquillitatem (*εὐθυμίαν, ἀθαμβίαν*) distinxerat a gaudio, *τῆ ἡδονῆ.*

ad professionem speciosam alligatos, et sub ingenti titulo laborantes, in sua simulatione pudor magis, quam voluntas tenet. Omnes in eadem causa sunt, et hi 5 qui levitate vexantur, ac taedio, assiduaeque mutatione propositi, quibus semper magis placet quod reliquerunt: et illi, qui marcent et oscitantur. Adice illos, qui non aliter, quam quibus difficilis somnus est, versant se, et hoc atque illo modo componunt, donec quietem lassitudine inveniunt: statum vitae suae formando subinde, in eo novissime manent, in quo illos non mutandi odium, sed senectus ad novandum pigra deprehendit. Adice et illos, qui non e constantiâ in vita parum leves sunt, sed inertiâ. Vivunt, non quomodo volunt, sed quomodo coeperunt. Innumerabiles deinceps proprietates sunt, sed unus effectus vitii, displicere sibi. Hoc oritur ab intemperie animi, et 6 cupiditatibus timidis, aut parum prosperis, ubi aut non audent, quantum concupiscunt, aut non consequuntur, et in spem toti prominent, semper instabiles mobilesque: quod necesse est accidere pendentibus ad vota sua. Omni vitâ pendent, et inhonesta se ac difficilia docent, coguntque: et ubi sine praemio labor est, torquet illos irritum dedecus, nec dolent, prava sed frustra voluisse. Tunc illos et poenitentia coepti tenet, et incipiendi 7 timor, subrepique illa iactatio animi, non invenientis exitum, quia nec cupiditatibus suis imperare, nec obse-

e. non constantia in vita parum l. Debetur haec lectio Lipsio. Antea: *inconstantiae vitio*, ap. Erasim. al.: *qui non constantia, in vitio*, Pincianus.

4. Priusquam quaerat, quomodo ad hanc Tranquillitatem perveniatur, vitium, de quo questus est Serenus, describit, originemque eius docet. *ad professionem — la-*

borantes ad eos refero, qui magnos honores gerebant.

6. *Omni vitâ pendent*, fluctuant — *coguntque* colligunt, captant.

obsequi possunt; et cunctatio vitae parum se explicantis, et inter destituta vota torpentis animi situs. Quae omnia graviora sunt, ubi odio infelicitatis operosae ad otium perfugerunt, et ad secreta studia, quae pati non potest animus ad civilia erectus, agendique cupidus, et naturâ inquietus, parum scilicet in se solatiorum habens: ideoque detractis oblectationibus, quas ipsae occupationes discurrentibus praebent, domum, solitudinem, parietes non fert, invitus adspicit se sibi
 8 relictus. Hinc illud est taedium, et displicentia sui, et nusquam residentis animi volutatio, et otii sui tristis atque aegra patientia: utique ubi causas fateri pudet, f tormenta introrsus egit verecundia, in angusto inclusae cupiditates, sine exitu, se ipsae sfrangulant. Inde moeror marcorque, et mille fluctus mentis incertae, quam inchoata habent suspensam, deplorata tristem: inde ille affectus otium suum detestantium, querentiumque nihil ipsos habere quod agant, et alienis incrementis inimicissima invidia. Alit enim livorem infelix inertia: et omnes destrui cupiunt, quia se non potuerunt provehere: et ex hac deinde averfatione alienorum processuum, et suorum desperatione, obirascens fortunae animus, et de seculo querens, et in angulos se retrahens, et poenae incubans suae, dum taedet sui, pigetque. Naturâ enim humanus animus agilis est, et pronus ad motus: grata omni illi excitandi se abstrahendique materia est, gratior pessimis
 9 qui-

f. tormenta introrsus e. v. Lipsius: et torm. fortasse, ut rotundior exiret oratio.

7., et cunctatio — se explicantis i. in ordinem se redigentis, ideoque firmum certumque cursum tenentis. destituta a successu et fortuna. situs, quies inhonesta atque iners. Quae omnia — reli-

ctus. Confert Lipsius nostri ep. 2. primum argumentum est compositae mentis, posse consistere et secum morari; et Horatii locum egregium, II Serm. VH, 111. sqq.

quibusque ingeniis, quae occupationibus libenter de-
 teruntur. Vt ulcera quaedam nocituras manus appe- ¹⁰
 tunt, et tactu gaudent, et foedam corporum scabiem
 delectat, quidquid exasperat: non aliter dixerim his
 mentibus, in quas cupiditates velut mala ulcera eru-
 perunt, voluptati esse laborem vexationemque. Sunt
 enim quaedam, quae corpus quoque nostrum cum
 quodam dolore delectant: ut, versare se, et mutare
 nondum fessum latus, et alio atque alio & positu ven-
 tilari. Qualis ille Homericus Achilles est, modo pro- ¹¹
 nus, modo supinus, in varios habitus se ipse com-
 ponens: quod proprium aegri est, nihil diu pati, et
 mutationibus ut remediis uti. Inde peregrinationes
 suscipiuntur vagae, et litora pererrantur, et modo ma-
 ri se, modo terra experitur semper praesentibus infesta
 levitas. Nunc Campaniam petamus! iam delicata fa-
 stidio sunt: inculta videantur: Bruttios et Lucanos
 saltus: persequamur! Aliquid tamen inter deserta amoe-
 ni requiratur, in quo luxuriosi oculi longo locorum
 horrentium squalore releventur. Tarentum petatur, ¹²
 lauda-

g. *positu* Gruterus intulit. Antea: *positum* ut ap. Erasm. et
 Lipsium.

11. *Qualis ille — Achilles*] alludit ad Il. ω, 10 sqq. ἄλ-
 λοτ' ἐπὶ πλευρὰς κατα-
 κείμενος, ἄλλοτε δ' αὖτε
 Ὕπτιος, ἄλλοτε δὲ πρηγής
 τότε δ' ὀρθὸς ἀναστὰς δι-
 νέυσοκ' ἀλύων παρὰ θῖν'
 ἄλός. *Campaniam — sunt*:
 et Plin. N. H. III, 9. p. 226.
 bip. T. I. laudat Campaniam
 felicem et delicatam. *inculta*
 si comparaveris cum Campa-
 nia. *saltus* inpr. Apennini,
 e quibus silva Sila (a. Plin.
 III, 11. p. 230. et Cic. Brut.

XXII. Silva Sila vocatur:
 obiter moneo, ne dubites,
 an Sila etiam silva appellata
 fit) notior est. Virgil. Georg.
 III, 219. ibique Heyne et
 Voss. Pascuis autem totae
 ferè haec regiones abunda-
 bant: cf. post Geographos
 Böttiger. ad Horat. Epod. I,
 25. p. 285. sq. Huc spectat
 quoque *squalor* mox memo-
 ratus regionum quippe silvo-
 sarum carundemque monta-
 narum, quae sordidos et pau-
 ciores aleret habitatores.

laudatusque portus, et hiberna coeli mitioris, et tecta vel antiquae fatis opulenta turbae. Iam flectamus cursum ad urbem. nimis diu a plausu et fragore aures vacaverunt: iuvat iam et humano sanguine frui. Aliud ex alio iter suscipitur, et spectacula spectaculis mutantur: ut ait Lucretius,

Hoc se quisque modo semper fugit.

- 13 Sed quid prodest, si non effugit? sequitur se ipse, et urget gravissimus comes. Itaque scire debemus, non locorum vitium esse quo laboramus, sed nostrum. Infirmi sumus ad omne tolerandum, nec laboris patientes, nec voluptatis, nec nostrae, nec ullius rei diutius. Hoc quosdam egit ad mortem, quod proposita saepe mutando, in eadem revolvebantur, et non reliquerant novitati locum. Fastidio illis esse coepit vita, et ipse mundus: et ^h subit illud rabidorum deliciarum: Quousque eadem?

III. Adversus hoc taedium quo auxilio putem utendum, quaeris. „Optimum erat (ut ait Athenodorus) „actio-

h. et subit illud rabidorum deliciarum. Antea: *rabidarum delic.* nullo sensu. Proinde con. Lipsius: *subiit — tabidarum.* Vna vocula mutata bonus sensus prodit: *rabidorum* i. furore voluptatis aetorum.

12. *Tarensum — turbae]*
cf. Intpp. ad Florum I, 18. init. *plausu* theatri et fragore circensi. *humano sanguine*, damnatorum et tum secum pugnantium, tum bestiarum obiectorum. Versus exstat ap. Lucret. III, 1081. qui totus locus inde a versu 1066. usque ad finem dignus est qui conferatur. *Semper* in versu a Seneca additum est: non est in Lucretio, et versus respicit.

13. *gravissimus comes]* quis non recordabitur praeclarum Horatii (Od. III, 1, 37. sq.) locum: timor et minae scandunt eodem quo dominus — et Post equitem sedet atra Cura! Cf. ibi Böttigeri doctam notam. *Quousque eadem* int. habebimus, aut simile quid. Vox vulgi, quam repetit ep. 24. fin. 89. fin.

Cap. III. Adversus hoc taedium, docet, optimum esse reme-

„actione rerum et Reipublicae tractatione, et officiis
 „civilibus se detinere. nam ut quidam sole, et exer-
 „citatione, et curâ corporis, diem a educunt, athle-
 „tisque utilissimum est, lacertos suos, roburque cui
 „se uni dicaverunt, maiore temporis parte nutrire:
 „ita nobis animum ad rerum civilium certamen paran-
 „tibus, in opere esse, non longe pulcherrimum est?
 „Nam quum utilem se efficere civibus mortalibusque
 „propositum habeat, simul et exercetur et proficit, qui
 „in mediis se officiis posuit, communia privataque pro
 „facultate administrans. — Sed quia in hac,“ inquit,²
 Y 2 „tam

Cap. III. a. *educunt* antiqua lectio edd. antiquarum et multo-
 rum codd. Itaque reduxit Gronov. Antea: *ducunt*. Cete-
 rum ducere et educere diem promiscuo sensu dicitur, ab-
 sumere, consumere diem.

remedium rerum actionem et
 Reipublicae tractationem.

1. *Optimum erat*] i. esset.
Athenodorus. Quum plures, ii-
 que celebres, Athenodori fue-
 rint, (cf. Fabric. Bibl. Graec.
 Vol. III, p. 542. sqq.) hoc
 loco tamen Solensem, Zeno-
 nis discipulum, dici putavit
 Lipsius in *Manuduct. ad phi-
 los. Stoic.* I, 127 p. 40. nulla
 opinionis ratione adiuncta.
 Veri similis referam ad Athe-
 nodorum Cordylionem, qui
 et Tarsensis audit. Is maio-
 rem haud dubie auctoritatem
 nactus est in antiquitate,
 quippe qui quum regum et
 principum plurium amicitiam
 aut contubernia refugisset, in-
 tensus studio literarum et
 bibliothecae, cui Pergami
 praeerat, a M. tandem Ca-
 tone Vticensi sibi persuaderi

passus est senior, ut eum Ro-
 mam comitaretur. (Plutarch.
 vit. M. Caton. min. Vol.
 IV. p. 377. sqq. Reisk.) Vbi
 composuisse videtur librum
 satis celebrem, nunc deper-
 ditum: *περί σπουδῆς καὶ
 παιδείας* (de studio et vitae
 ratione). Inde etiam quae
 noster h. l. et ep. X. aliasque
 affert, deprompta videri pos-
 sunt: saltem hominem Ro-
 mae commoratum sequentia
 magis arguunt, quam grae-
 cum. cf. et infra c. 6, 1.
 Ceterum quod h. l. Atheno-
 dorus pronuntiat, Stoicorum
 fuit decretum. cf. Diog.
 Laert. VII, 121. ib. Menag.
se detinere i. occupari.

2. *inquit*] i. pergit Athe-
 nod. alias in libro memora-
 to. Proinde lineolam ante:
Sed apponi iussi. Tempora
 vero

- „tam infana hominum ambitione, tot calumniatoribus
 „in deterius recta torquentibus, parum tuta simplici-
 „tas est, et plus futurum semper est quod obstet,
 „quam quod succedat, a foro quidem et publico rece-
 „dendum est: sed habet, ubi se etiam in privato lare
 „explicet magnus animus. nec, ut leonum anima-
 „liumque impetus caveis coërcetur, sic hominum,
 3 „quorum ^b maxime in seducto actiones sunt. Ita ta-
 „men delituerit, ut, ubicunque otium suum abscon-
 „derit, prodesse velit et singulis et universis, inge-
 „nio, voce, consilio. Nec enim is solus Reipublicae
 „prodest, qui candidatos extrahit, et tuetur reos, et
 „de pace belloque censet: sed qui iuventutem exhor-
 „tatur, qui in tanta bonorum praeceptorum inopia,
 „virtute instruit animos, qui ad pecuniam luxuriamque
 „curfu ruentes prensat ac retrahit, et si nihil aliud,
 „certe moratur, in privato publicum negotium agit.
 4 „An ille plus praestat, qui inter peregrinos et cives,
 „aut urbanus praetor adeuntibus assessoris verba pro-
 „nun-

b. *quorum maxime in seducto* a. e. codd. recepit Gronov. Antea: *in seductu*.

vero turbulenta Reipublicae, c. c. Clodii, et leonum etc. caveis coercitio et pugna, et omnia, quae deinceps attinguntur, c. c. candidatorum extractio, querela quod boni praeceptores desint, mentio praetoris urbani et peregrini etc. faciunt, ut Athenodorum Tarsensem haec dixisse putemus.

3. *Nec enim is solus Reip. etc.* —] Quum haec tempore Reip. liberae scripta sint, explico de dignitate praestantiore, e. c. senatoris aliorumque

honoribus et gratia florentium, quorum esse solebat, ut candidatos gratia sua in petitione iuarent, *extraherent*, i. suffragarentur, commendando et producendo, ut *de pace belloque censerent* tanquam senatores —. *nihil aliud* sc. proficit, agit.

4. Primum praetorem *urbanum*, qui Romae inter cives ius diceret a. V. C. 398. *peregrinum* vero, qui multitudine peregrinorum influente in urbem creatum esse a. V. C. 510. ut ius diceret inter cives

„nuntiat: quam ^c qui docet quid sit iustitia, quid pie-
 „tas, quid patientia, quid fortitudo, quid mortis con-
 „temptus, quid deorum intellectus, quam gratuitum bo-
 „num sit bona conscientia? Ergo si tempus in stu-
 „dia conferas, quod subduxeris officiis, ^d non dese-
 „rueris, nec munus detrectaveris. Neque enim ille 5
 „solus militat, qui in acie stat, et cornu dextrum lae-
 „vumque defendit: sed et qui portas tuetur, et sta-
 „tione minus periculosa, non otiosa tamen fungitur,
 „vigiliasque fervat, et armamentario praeest. quae
 „ministeria quamvis incruenta sint, in numerum sti-
 „pendiorum veniunt. Si te ad studia revocaveris,
 „omne vitae fastidium effugeris: nec noctem fieri
 „optabis taedio lucis, nec tibi gravis eris, nec aliis
 „supervacuis: multos in amicitiam attrahes, affluet-
 „que ad te optimus quisque. Nunquam enim quam- 6
 „vis obscura virtus latet, sed mittit sui signa. quis-
 „quis dignus fuerit, vestigiis illam colliget. Nam si
 „omnem conversationem tollimus, et generi humano
 „renuntiamus, vivimusque in nos tantum conversi; se-
 „quetur hanc solitudinem, omni studio carentem, ino-

Y 3

„pia

c. *qui docet*. Lipsius: absunt haec duo verba omnibus libris, tamen apta et tenenda. Retinui: sunt enim apud Erasm. Mox *quam gratuitum bonum* e Pinciani et quibusdam Gruteri codd. bene recepit Lipsius. Antea: *quantum bonum*. Hoc bonum ultro et voluntate sola paratur,

d. *non deserueris* sc. te. Hoc: te Lipsii Codex intulerat explicative.

cives et peregrinos, est res nota. Plura dabit Guasto Dif- fert. della Acadèmia di Cortona T. V. Sub Caesaribus tamen praetoris peregrini muneribus functus est praefectus urbi a Principe creatus. *affessoris*, cuius, ut iuris periti, officium erat, verba dictandi, quibus

formulam iuris (writ dicitur ap. Anglos), ex qua de causa proposita et iudices et arbitri a praetore dati decernerent, concepisset. *non deserueris* sc. Rempublicam.

5. *armamentario*] armis omnis generis conservandis destinato.

- „pia rerum agendarum. Incipiemus aedificia alia ponere, alia subvertere, et mare submovere, et aquas contra difficultates locorum ducere, et male dispensare tempus, quod nobis natura consumendum dedit.
- 7 „Alii parce illo utimur, alii prodige: alii sic impendimus, ut possimus rationem reddere: alii, ut nullas habeamus reliquias. Quare nihil turpius est, quam grandis natu senex, qui nullum aliud habet argumentum, quo se probet diu vixisse, praeter aetatem.“ Mihi, carissime Serene, nimis videtur submisisse temporibus se Athenodorus, nimis cito refugisse. Nec ego negaverim, aliquando cedendum; sed sensim relato gradu, et salvis signis, salva militari dignitate. Sanctiores tutioresque sunt hostibus suis, qui
- 8 in fidem cum armis veniunt. Hoc puto virtuti faciendum, studiosoque virtutis. si praevalebit fortuna, et praecidet agendi facultatem; non statim aversus inermisque fugiat, latebras quaerens, quasi ullus locus sit, in quo non possit fortuna persequi: sed parcius se inferat officiis, et cum dilectu inveniat aliquid, in quo utilis civitati sit. Militare non licet? honores spectet. privato vivendum est? sit orator. silentium indictum est? tacita advocatione cives iuvet. periculosum etiam ingressu forum est? in domibus, in spectaculis, in convivis, bonum contubernalem, amicum fidem, temperantem convivam agat. Officia si civis amiserit, hominis exerceat. Ideo magno animo nos non unius urbis moenibus clausimus, sed in totius orbis
- com-

6. *Incipiemus — dedit*] Haec ad luxum in villis, turribus aliisque aedificiis extruendis, mutandisve, in piscinis fodiendis etc. conspicuum pertinent, qui inde a Luculli, (cuius luxuria et hac in re constat e Plutarch.

Vit. Lucull. c. 39. p. 389. sq. Leopold.) temporibus effluit, ab Horatio saepissime reprehensum, e. c. Od. III, I, 53. sq.

9. *nos*] ad Stoicos spectat, ut saepe iam vidimus.

commerciū emissimus, patriamque nobis mundum professi sumus: ut liceret latiore virtuti campum dare. Praeclusum tibi tribunal est, et rostris prohiberis, aut comitiis? respice post te, quantum latissimarum regionum pateat, quantum populorum! nunquam tibi ita magna pars obstruetur, ut non maior relinquatur! Sed vide, ne totum istud vitium tuum **10** fit. non vis enim nisi consul, aut prytanes, aut ceryx, aut sufes administrare Rempublicam. Quid si militare nolis, nisi imperator, aut tribunus? etiam si alii primam frontem tenebunt, te fors inter triarios posuit: inde voce, adhortatione, exemplo, animo milita. Praecisis quoque manibus ille in proelio invenit, quod partibus conferat: qui stat tantum, et clamore iuvat. Tale quiddam facies, si a prima te Reipublicae parte fortuna submoverit; stes tamen, clamore iuves: si quis fauces opprefferit; stes tamen, et silentio iuves. Nunquam inutilis est opera civis boni. **11**

Y 4

audi-

10. Sed vereor, ut facultate una utilem te reddendi Reip. contentus sis, sed vana ambitione ducaris. *Prytanes* (*Πρυτάνεις*) summi magistratus nomen in nonnullis antiquitatis civitatibus: ap. Athenienses fuere Senatus praesides: cf. Corsini F. Attic. III, 4 et 6. Et apud Rhodios summus magistratus Prytanis vocabatur. Cf. Liv. XLII, 45. Io. Meursii Rhodus I, 19. Familiam *Cerycum* una cum Eumolpidis mysteria Cereris administrasse, nota res est. Casaubou. ad Athen. XIV, 23. Sed illos *κέρυκας* in hunc locum non convenire, nexus docet, quippe qui Remp. non administrarunt. Quum tamen

sacerdotes praestantiores sciam in nonnullis antiquitatis civitatibus et ipsos magistratus summos fuisse, e. c. τὸν Ἀσιάρχην, τὰς σεΦανηΦόρους etc. (cf. post van Dale Dissertat. VI. aliosque Eckelii Doctrina numorum Veterum T. IV. p. 183. sqq.) cerycum nomine et summus magistratus, praefertim in iis urbibus, quae religione Cereris florent, fuisse insignitos putaverim. *Sufes* Poenorum summus magistratus. Liv. XXVIII, 37. init. *Praecisis* — iuvat ad modum Aminiae et Cynaegyri, fratrum Aeschyli tragici. Aelian. V. H. V, 19. ib. Periz. Iustin. II, 9.

auditu enim, visu, vultu, nutu, obstinatione tacita, incessuque ipso prodest. Ut salutaria quaedam, citra gustum taetumque, odore proficiunt: ita virtus utilitatem etiam ex longinquo et latens fundit, ^e sive spatiatur et se utitur suo iure; sive precarios habet accessus, cogiturque vela contrahere; sive otiosa mutaque est, et angusto circumscripta, sive adaperata; in quocunque habitu est, prodest. Quid? tu parum
 12 utile putas exemplum bene quiescentis? Longe itaque optimum est miscere otium rebus, quotiens actiosa vita impedimentis fortuitis, aut civitatis conditione prohibetur. Nunquam enim usque eo interclusa sunt omnia, ut nulli actioni honestae locus sit. Numquid potes invenire urbem miseriorem, quam Atheniensium fuit, quum illam triginta tyranni divellerent? mille trecentos cives, optimum quemque, occiderant: nec
 13 finem ideo faciebat, sed irritabat se ipsa saevitia. In qua

e. sive spatiatur et se utitur suo iure. E codd. reduxit Gron. Antea ap. Erasim.: *sive potitur et fruitur suo iure*: ap. Lipsium: *sive expatiatur et fruitur suo iure*. Sensus: diffundit se, et plena propriaque libertate utitur, ut sui aliis quamplurimis copia fiat. Exempla phrasidis attulit plura Gron. nunc satis nota.

12. *Longe itaque* —] redit ad reprehensionem Athenodori. *Atheniensium* — Socratis tempore. Incepit autem haec triginta tyrannorum dominatio Ol. XCIV, 1. ante Christ. nat. 403. in quorum locum insequenti anno X. tyrannis substitutis resp. mox meliore conditione gavisa est. (Dodwell. Chronol. Xenophont. Schneideri ed. Xenophontis Hist. Gr. praemissa.) *mille trecentos cives.* Ifoocrates tamen Areopag. p. 224.

ed. Hieron. Wolf 1500 cives indicta causa, et in his ipsum Theramnem, unum eumque optimum ex hoc collegio, (Xenoph. II, 3, 15. sq.) interemptos a XXX. tyrannis tradidit: secuta est haec caedes magna civium fuga, unde *ὀλιγανθρωπλαν* exortam queritur Aristarchus ap. Xenoph. Memor. II, 7, 2. Xenophon H. G. II, 4, 21. numerum occisorum per hos octo dominationis menses non definit.

qua civitate erat Ariopagos, religiosissimum iudicium, in qua fenatus populusque fenatui similis: coibat quotidie carnificum triste collegium, et infelix curia tyrannis angusta. Poteratne illa civitas conquiescere, f in quâ tot tyranni erant, quot satellites essent? Ne spes quidem ulla recipiendae libertatis animis poterat offerri: nec ulli remedio locus apparebat, contra tantam vim malorum. unde enim miserae civitati tot Harmodios? Socrates tamen in medio erat, et lu- 14
gentes patres consolabatur, et desperantes de Republica exhortabatur, et divitibus, opes suas metuentibus, exprobrabat feram periculosa avaritiae poenitentiam; et imitari volentibus magnum circumferebat exemplar, quum inter triginta dominos liber incederet. Hunc

Y 5

tamen

f. in qua tot tyranni erant, quot satellites essent? Lipsius proposuit e suo et aliis codd. Recte: fuerunt enim his XXX. tria millia satellitum, Iustino docente. Antea ap. Erasim.: in qua tot tyranni, quot satellites erant?

13. *Ariopagum*] et hanc dominationem sibi opponi, atque ostendi, Ariopagum officio suo fungi perrexisse, etiam si illi tyranni furerent, in propatulo est. Cf. Ep. 104. De Ariopago, iudicio antiquissimo, quod novimus, cf. post Meursium et Potterum, Pauw Recherches sur les Grecs II, 34. sqq. qui tamen caute legendus est. Primitus in Ariopago de caedibus (*περὶ Φόνος ἐνουσίου*) ius dicebatur: et Heliaeis iudicio criminali iam constitutis causae criminales certae ad Ariopagum relatae: Hoc tempore, de quo sermo est, primum iudicium Athenis idque

maximae auctoritatis erat (Xenoph. Mem. Socr. III, 5, 2.), ad quod causae, quae ad politiam spectant, censura morum etc. pertinebant: omnibus tamen iis, quae sacra religionesque attingerent, nisi cum politia coniuncta essent, exclusis. *Satellites* triginta tyrannorum. *Ne spes — offerri*, quia Lacedaemonii tyrannis hisce favebant. *Harmodios*: i. tyrannicidas. Harmodius enim et Aristogiton interfecere Hipparchum, Pisistrati filium, Hippiae fratrem. cf. ad de Ira II, 23, 2.

14. *Socrates*] Confirmantur haec a Xenoph. Memor. S. multis locis, s. c. II, 7.

III,

tamen Athenae ipsae in carcere occiderunt: et qui tuto insultaverat agmini tyrannorum, eius & libertatem libertas non tulit: ut scias et in afflictâ Republica esse occasionem sapienti viro ad se proferendum, et in florenti ac beata, ^h pecuniam, invidiam, mille alia vitia inermia regnare. Utcunque ergo se Respublica dabit, utcunque fortuna permittet, ita aut explicabimus nos, aut contrahemus: utique movebimus, nec alligati metu torpebimus. Immo ille vir fuerit, qui periculis undique imminentibus, armis circa et catenis frementibus, non alliserit virtutem, nec absconderit. ⁱ Non enim debet; servare se voluit, nec obruere. Ut opinor,

g. *libertatem libertas.* Omnium MSS. et impressorum lectio. cf. Gruter. et praetulit recte Gronov. Muretus dederat: *libertatem libera civitas n. t.* Illa civitas, quae liberam se iactabat, libertatem eius ferre non poterat. Similis lusus occurrit ap. Nostrum: de Constant. Sap. 2, 4. de Benefic. V, 6, 6. ex quo loco suam hausit Muretus lectionem.

h. *pecuniam bene se habet: spectat enim ad divites (§. 14.). impotentiam* e Pinciani con. Muretus dederat, quae lectio aequè nihili est ac Lipsii con. *petulantiam.*

i. *Non enim debet; servare se voluit, nec obruere.* Ap. Erasim. al. est: *Non enim debet servantem se obruere.* E codd. a Lipsio adductis feci lectionem, quam dedi, sensu adeo postulante. Antea suadet noster, ut temporibus servias, virtute tamen nec allisa, i. fracta, deleta, per ambitionem aut perviciam praeposteram, nec turpiter subducta, remota. Prudenter enim agere decet; id agit sapiens, ut se servet, nec obruat i. se ipse debeat. Lipsius coniectura dederat: *cernulare* (abiciere se primum ac praecipitem) *se voluit nec obruere.* Vir doctus ille lubentissime archaismos atque raras verbo

III, c. 1 — 7. Cic. Epp. ad Attic. VIII, 2, fin. Socrates — quum XXX. tyranni essent, pedem portâ non extulit. Plutarch. an seni sit gerenda resp. Vol. IX. p. 180. eadem in re docenda adhibuit exemplum Socratis perquam egregie. *insultaverat*, ut ap. Xenoph. Memor. I, 2. et Platon. Apolog. Socr. I.

p. 75. bip. Vol. I. ubi XXX. tyrannis eum una cum aliis quatuor Leontem Salaminium ex Salamine adducere, ut necaretur, iubentibus, non audiens dicto fuisse narratur Socrates. Diog. Laert. II, 24. *inermia* tyrannidi armatae opponit.

15. *explicabimus* —] metaphora a velis desumpta.

opinor, Curius Dentatus aiebat, Malle esse se mor- 16
 tuum, quam vivere. Vltimum malorum est, ex vivo-
 rum numero exire, antequam moriaris. Sed facien-
 dum erit, si in Reipublicae tempus minus tractabile
 incideris, ut plus otio ac literis vindices: nec aliter
 quam in periculosa navigatione, subinde portum petas:
 nec expectes donec res te dimittant, sed ab illis te ipse
 disiungas.

IV. Inspicere autem debemus primum nosmetipfos,
 deinde quae aggredimur negotia, deinde eos quorum
 causa, aut cum quibus agendum est. Ante omnia ne-
 cesse est se ipsum aestimare, quia fere plæ nobis vide-
 mur posse, quam possimus. Alius eloquentiae fiducia
 prolabitur: alius patrimonio suo plus imperavit, quam
 ferre possit: alius infirmum corpus laborioso oppressit
 officio. Quorundam parum idonea est verecundia re- 2
 bus civilibus, quae firmam frontem desiderant: quo-
 rundam contumacia non facit ad aulam. quidam non
 habent iram in potestate: et illos ad temeraria verba
 quaelibet indignatio effert. quidam urbanitatem ne-
 sciunt continere, nec periculosis abstinent salibus.
 Omnibus his ntior negotio quies est. ferox im-
 patiensque natura, irritamenta nociturae libertatis
 evitet.

V. Ae-

rum formas captabat: quae quidem cupido et hoc loco sur-
 repisse ei videtur. Mirarer Gronovii silentium, nisi et illum
 hoc morbo criticorum interdum laborasse recorderar.

16. *Curius Dentatus*] Conf. sine literis mors est et vivi
 qui de rege Pyrrho triumphavit: homo notissimus est. hominis sepultura.
 Quae hic afferuntur, e Livii Cap. IV. Primum noscere
 libris XI. f. seq. nunc deperditis defuncta esse videntur. nosmet ipsos debemus, ne,
 vivere intell. mortuum. Se- nos parum aptos esse rebus
 neca ipse alibi ait: Otium iis, quibus operam demus, ex-
 perti in illud taedium inci-
 damus. Cf. de Ira III, 7, 2.

V. Aestimanda sunt deinde ipsa, quae aggredimur, et vires nostrae cum rebus, quas tentaturi sumus, comparandae. Debet enim semper plus esse virium in a actore, quam in onere. necesse est opprimant onera, quae ferente maiora sunt. Quaedam praeterea non tam magna sunt negotia, quam fecunda, 2 multumque negotiorum ferunt: et haec refugienda sunt, ex quibus nova occupatio multiplexque nascetur. Nec accedendum eo, unde liber regressus non fit: his admovenda manus est, quorum finem aut facere, aut certe sperare possis. Relinquenda, quae latius actu procedunt, nec ubi proposueris, desinunt.

VI. Hominum utique delectus habendus est: an digni sint, quibus partem vitae nostrae impendamus, an ad illos temporis nostri iactura perveniat. Quidam enim ultro officia nostra nobis imputant. Athenodorus ait: „ne ad coenam quidem se iturum ad „eum, qui sibi nil pro hoc debiturus sit.“ Puto intelligis, multo minus ad eos iturum, qui cum amicorum

Cap. V. a. *actore*: bona lectio, quae in omnibus MSS. et impressis comparet. Pincianus e coniectura dederat *latore*. Quem quum Gron. reprehendit, ipse coniecturam sequitur et emendat: *vektore*. Si tamen de Ira III, 7, 1. comparasset, non dubito, quin vulgatum defendisset. *Agere onus* non occurrere putans *vektore* intulit. Onus est autem h. l. negotium grave. Occurrit de Clem. I, 19, 1. Mox sequitur quoque *latius actu*.

Cap. V. Deinde opus est negotia nosse, quae suscipienda sint. Cf. de Ira III, 6 et 7.

Cap. VI. Hominum quoque delectus habendus est. Cf. de Ira III, 8.

1. *imputant*] nobis affignant, quasi honori nobis sit,

iis officia haec praestitisse. *Imputare* autem esse i. q. in rationibus alicuius ponere, inscribere, iam supra vidimus de Ira III, 33. not. b. et in bonis Lexicis obvium. *Athenodorus* Tarsensis, cf. ad c. III, 1.

corum officiis ^a parem mensam faciunt, qui fercula pro congiariis numerant: quasi in alienum honorem intemperantes sint. Deme illis testes spectatoresque, non ² delectabit popina secreta. Considerandum est, utrum natura tua agendis rebus, an otioso studio contemplationique aptior sit: et eo inclinandum, quo te vis ingenii ^b defert. Isocrates Ephorum iniecta manu a foro subduxit, utiliore componendis monumentis historiarum ratus. Male enim respondent coacta ingenia. reluctante naturâ irritus labor est. * * c

VII. Nihil tamen aequè oblectaverit animum, quam amicitia fidelis et dulcis. Quantum bonum est, ubi sunt praeparata pectora, in quae tuto secretum omne descendat, quorum conscientiam minus quam tuam timeas, quorum sermo sollicitudinem leniat, sententia consilium expediat, hilaritas tristitiam dissipet, conspectus ipse delectet? Quos scilicet vacuos, quantum fieri poterit,

â cu-

Cap. VI. a. *parem mensam faciunt* i. mensam, s. coenam suam tanti aestimare, quanti amicorum officia. Sic pares rationes facere significat: acceptis expensa aequare. E codd. et editis ante Erasim. reduxit Gronov., doctè comparata hac locutione cum adducta.

b. *defert*. Sic in codd. nonnullis et Erasim. est. Gronov. itidem e codd. et edd. reduxit in textum: *refert*; hoc verbum proprium esse docens in vi aestus marini aut ventorum explicanda. Haud nego: sed eadem vis est quoque τῶν *deserre*. Iam quum hic non de reditu, sed de vitae ratione incipienda sermo sit, praeruli: *defert*.

c. Hic quaedam excidisse puto cum Lipsio.

2. *Deme illis*] convivii. *popina secreta* opp. publicae: utraque non gratuita est. *Isocrates Ephorum*: cf. de his Fabric. Bibl. Gr. Vol. II. p. 777 sqq. 800 sq. Harl. de hoc posteriore Historico, cuius opera historica, philosoph. et rhetorica egregia in deperditis sunt, doctè differit Bayle Di-

ctionii. hist. et crit. T. II. p. 361 sqq.

Cap. VII. Amicos fideles et dulces eligamus ad tranquillandam mentem.

1. Laus amicitiae, quae hic adumbratur, ap. Ciceronem de amicitia fusius pertractatur. *praeparata amicitia p. consilium expediat*, maturet.

- 2 a cupiditatibus, eligemus. Serpunt enim vitia, et in proximum quemque transfiliunt, et contactu nocent. Itaque, ut in pestilentia curandum est, ne corruptis iam corporibus et morbo flagrantibus affideamus, quia pericula trahemus, afflatuque ipso laborabimus: ita in amicorum legendis ingeniis dabimus operam, ut quam minime inquinatos assumamus. Initium morbi est, aegris sana miscere. Nec hoc praeceperim tibi, ut neminem nisi Sapientem sequaris, aut attrahas: ubi enim istum invenies, quem tot seculis quaerimus? pro optimo est
- 3 minime malus. Vix tibi esset facultas delectus felicioris, si inter Platonas et Xenophontas, et illum Socratici fetus proventum bonos quaereres: aut si tibi potestas Catonianae fieret aetatis, quae plerosque dignos tulit, qui Catonis seculo nascerentur, sicut multos peiores, quam unquam alias, maximorumque molitores scelerum. Vtraque enim turba opus erat, ut Cato posset intelligi. habere debuit et bonos, quibus se approbaret:
- 4 et malos, in quibus vim suam experiretur. Nunc vero in tanta bonorum egestate, minus fastidiosa fiat electio. Praecipue tamen vitentur tristes, et omnia deplorantes, quibus nulla non causa in querelas placet. Constat illi licet fides et benevolentia, tranquillitati tamen inimicus est comes perturbatus, et omnia gemens.

VIII. Transeamus ad patrimonia, maximam humanarum aerumnarum materiam. Nam si omnia alia, quibus angimur, compares, mortes, aegrotationes, metus, desideria, dolorum laborumque patientiam, cum his quae nobis mala pecunia nostra exhibet; haec pars mul-

2. *Serpunt*] cf. de Ira III, 8.

Cap. VIII. Modicum porro patrimonium virtuti et vitae tranquillae sufficit: amplum officit. In hisce, quae hoc

capite tractantur, Teletem, Pythagoricum, de quo supra monuimus, nostro ante oculos fuisse; putavit Wesseling. Probabil. p. 248. coll. Stobaei Serm. 93.

multum praegravabit. Itaque cogitandum est, quanto levior dolor sit, non habere, quam perdere: et intelligemus, paupertati eo minorem tormentorum, quo minorem damnorum esse materiam. Erras enim, si putas animosius detrimenta divites ferre: maximis minimisque corporibus par est dolor vulneris. Bion eleganter ait: „Non minus molestum esse calvis, quam comatis, pilos revelli.“ Idem scias licet de pauperibus locupletibusque, par illis esse tormentum. utrisque enim pecunia sua obhaesit, nec sine sensu revelli potest. Tolerabilius autem est, ut dixi, faciliusque, non acquirere, quam amittere: ideoque laetiores videbis, quos nunquam fortuna respexit, quam quos deseruit. Vidit hoc Diogenes, vir ingentis animi, et effecit ne quid sibi eripi posset. Tu istud paupertatem, inopiam, egestatem voca, et quod voles ignominiosum securitati nomen impone: putabo hunc non esse felicem, si quem mihi alium inveneris, cui nihil pereat. Aut ego fallor, aut regnum est, inter avaros, circumscriptores, latrones, plagarios, unum esse, cui noceri non possit. Si quis de felici-

2. *Bion*] Philosophus Cynicus, ingeniosus et mordax: Borysthenites. Vixit circa Ol. 120. inter familiares Antigoni, regis Macedoniae. Sermones eius ap. Horat. Epp. II, 1, 59. memorantur. Et Strabo I, p. 39. Siebenk. eius cum laude meminit. Quae noster affert, eadem fere iam ap. Cic. Tusc. Dissp. III, 26. occurrunt: Hinc ille Agamemno Homericus, et idem Attianus, Scindens dolore identidem intonsam comam. In quo facetum istud Bionis, perinde stultissimum regem in

luctu capillum sibi evellere, quasi calvitio moeror levaretur. Haec Seneca suam iram convertit. Cf. Fabric. Bibl. Gr. Vol. II, p. 653. ubi tamen Biones confunduntur ab Harlesio. Melius de nostro Bione Petr. Bayle Dict. hist. et crit. Vol. I. Bion. ubi nostrum locum cum Menag. ad Diog. Laert. IV, 52. praeterit: et ipse Harles Bibl. Gr. III, p. 616.

3. *Diogenes*] Sinopensis, Cynicus. Cf. Meiners II, p. 677., qui nec nostrum locum neglexit. Si quis etc. Jam

licitate Diogenis dubitat, potest idem dubitare et de deorum immortalium statu, an parum beate degant, quod illis non praedia, nec horti sint, nec alieno co-
 4 lono rura pretiosa, nec grande in foro foenus. Non te pudet, quisquis divitiis adstupes? respice agedum mundum: nudos videbis deos, omnia dantes, nihil habentes. Hunc tu pauperem putas, an diis immortalibus similem, qui se fortuitis omnibus exuit? Feliciorem tu Demetrium Pompeianum vocas, quem non pudit locupletio-
 rem esse Pompeio? Numerus illi quotidie fervorum, velut imperatori exercitus, referebatur, cui iam dudum divitiae esse debuerant duo vicarii, et
 5 cella laxior. At Diogeni servus unicus fugit, nec eum reducere, quum monstraretur, tanti putavit. „Turpe „est,“ inquit, „Manen sine Diogene posse vivere, Diogenem sine Mane non posse.“ Videtur mihi dixisse: Age tuum negotium, fortuna: nihil apud Diogenem iam tuum est! Fugit mihi servus? immo liber abiit. Familia vestiarius petit, victumque: tot ventres avidissimorum animalium tuendi sunt: emenda vestis, et custodiendae rapacissimae manus, et flentium detestantiumque ministeriis utendum. Quanto ille felicior, qui nihil ulli debet, nisi, cui facillime negat, sibi? Sed quoniam non est tantum roboris nobis, angustanda certe sunt

ap. Xenoph. Mem. I, 6, 10. ubi Ruhnck., occurrit praeclara haec Socratis sententia: Deos nullius rei indigere: quam quidem h. l. ut Stoicum decet, allatam et amplificatam vides. *nec alieno colono — pretiosa, latifundia.*

4. *Demetrium Pompeianum*] Cn. Pompeii Magni libertum. cf. Plutarch. in vita Pompeii c. 40. p. 787. sq. Vol. III. Reisk. *vicarii δέλου δοῦλοι;*

fervi inferioris noxae et ipsius ordinarii servi servus, vocabatur, vicarius. *cella* habitatio servi.

5. *Manen*] Idem tradit Diogen. Laert. VI, 55. ubi Menag. nostrum locum advertit. Aelian. V. H. XIII, 28. *vestiarius*, servi petunt pecuniam ad vestem sibi parandam. De Benef. III, 21. *detestantium* fervorum.

sunt patrimonia, ut minus ad iniurias fortunae simus expositi. Habiliora sunt corpora ^a pusilla, quae in arma sua contrahi possunt, quam quae superfunduntur, et undique magnitudo sua vulneribus obiecit. Optimus pecuniae modus est, qui nec in paupertatem cadit, nec procul a paupertate discedit.

IX. Placebit autem haec nobis mensura, si prius parcimonia placuerit: sine qua nec ullae opes sufficiunt, nec ullae non satis patent: praesertim quum in vicino remedium sit, et possit ipsa paupertas in divitias se, advocata frugalitate, convertere. Assuescamus a nobis removeere pompam, et usus rerum, non ornamenta metiri. Cibus famem domet, potio sitim, libido quam necesse est fluat. Discamus membris nostris inniti: cultum victumque non ad nova exempla componere, sed ut maiorum suadent mores. Discamus continentiam agere, luxuriam coercere, gulam temperare, iracundiam lenire, paupertatem aequis oculis adspicere, frugalitatem colere, ^a (etiamsi nos pudebit desideriiis naturalibus parva remedia adhibere) spes effrenatas, et animum in futura eminentem velut sub vinculis habere, id agere, ut divitias a nobis potius quam a fortuna

na

Cap. VIII. a. *pusilla*. Reduxi e codd. et Erasmo. In plerisque MSS. erat *imbecilla*, contra sententiam auctoris. *Pusillus homo* opponitur *grandi*, sine notione contemptus. Quod quum Pincianus et Lipsius non advertissent, ille mutavit: *in bello*, hic male recepit. Sensus et nexus postulant: *pusilla*.

Cap. IX. a. *etiamsi* — *adhibere*. Haec verba parenthesi inclusi, ut sensus manifestior esset, media interpunctione post *adhibere* sublata: infirmivi modi dependent a: *discamus*.

6. *in arma sua contrahi*] int. in clipeum, quo texit se, subsidendo, miles. Sic ap. Virgil. e. c. Aen. XII, 491. et se collegit in arma.

Vol. I.

Cap. IX. Parcimoniâ et continentia verae divitiae acquiruntur, ideoque res nostrae in arctum sunt cogendae et luxus diversa genera, e. c.

Z sum-

na petamus. Non potest, inquam, tanta varietas et iniquitas casuum ita depelli, ut non multum procellarum irruat magna armamenta pendentibus: cogendae in ar-
 3 ctum res sunt, ut tela in vanum cadant. Ideoque exilia interim calamitatesque in remedium cessere, et levioribus incommodis graviora sanata sunt, ubi parum audit praecepta animus, nec curari mollius potest. Quid ni consulitur, si et paupertas et ignominia, et rerum everfio adhibetur? malo malum opponitur. Assuescimus ergo coenare posse sine populo, et servis paucioribus ferviri, et vestes parare in quod inventae sunt, habitare contractius. Non in cursu tantum circique certamine, sed in his spatiis vitae interius flectendum est.
 4 Studiorum quoque, quae liberalissima impensa est, tamdiu rationem habebō, quamdiu modum. Quo mihi innumerabiles libros et bibliothecas, quarum dominus vix totā vitā suā indices perlegit? Onerat discentem turba, non instruit: multoque satius est paucis te auctoribus tra-

fumtus immodicos in Bibliothecas librosque vitanda.

2. *Non potest* —.] Si a nobis, ab animo potestateque nostra, non a fortuna felicitatem et tranquillitatem petamus, consequamur necesse est, ut ictibus fortunae, quibus divites et potentiores subiecti sunt, nos subducamus. Hi similes sunt gubernatoribus navium, qui magna *armamenta* (vela) pandunt, extendunt ventorum furori magis exposita, quam si contractiora essent. *vela* Fortunae.

3. *Non in cursu — flectendum est.*] Qui in his certaminibus curulibus vincere vellet,

eius currus circa metam (connum imum in spina Circi, τὴν ἐσχάτην σήλην, ap. Sophocl. mox laudandum, ib. Schol.) flectendus erat, ne, qui sequeretur, inter priorem illum et metam currum dirigendo praeverteret. Hinc interior, ratione metae habita, cursus vocatur. Res ex Homer. II. ψ, 321 sq. Sophocl. Electra 720 sq. Brunk. Theocrit 24, 117 sq. Horat. Od. I, 1, 4. nota est. Translatis inde locutionibus saepe usi sunt veteres: cf. Torrent. ad Horat. I. Epp. 16, 79.

4. *indices*] quos alias titulos librorum vocabant, e. c. Ovid.

tradere, quam errare per multos. Quadringenta milia librorum Alexandriae arserunt, pulcherrimum regiae opulentiae monumentum. alius laudaverit, sicut Livius, qui elegantiae regum curaeque egregium id opus ait fuisse. Non fuit elegantia illud, aut cura, sed studiosa luxuria: immo ne studiosa quidem, quoniam non in studium, sed in spectaculum comparaverunt; sicut plerisque, ignaris etiam servilium literarum, libri non studiorum instrumenta, sed coenationum ornamenta sunt. Paretur itaque librorum quantum satis sit, nihil in apparatus. Honestius, inquis, in hos impensas, quam in Corinthia pictasque tabulas effuderim. Vitiosum est ubique, quod nimium est. ^b Quid habes, cur ignoscas homini armarium cedro atque ebore captanti, corpora conquirenti aut ignotorum auctorum, aut improbatorum, et inter tot millia librorum oscitanti, cui

Z 2

volu-

b. *Quid habes, cur ignoscas homini armarium cedro atque ebore captanti* — Sic dedit codex Lipsii, a quo alii non multum abluunt. Erasim. *quid h. c. i. nomen marmore atque ebore captanti* — Lectionem codicis cum Lipsio praetuli, nisi quod *armarium* refinxit, quod codex habuit. mox *corpora* e codd. recepit Lipsius: *Artea: opera*, e. c. ap. Erasim.

Ovid. IV. ex Pont. 13, 7. Sic et Schwarzius, Altdorfin. olim professor, in opere suo de Ornamentis libror. interpretatus est. Etiam de catalogo librorum intelligas. *paucis — multis*. Cf. ep. 2. *Quadringenta — fuisse*. Intelligit incendium bibliothecae in oppugnatione Alexandriae a Iulio Caesare facta. Dio Cass. XLII, 38. ib. Intpp. Magna pars arsit: reliqua post Christ. nat. 640. cf. Tiedemann. IV, p. 7 sqq. *Livius* hoc incendium enarraverat lib. 112.

nunc deperdito: cf. Flori Epit. tom. et Freinsheim. Supplem.

5. *servilium lit.*] quas vel servi sciunt, ut legere, scribere etc. liberalibus manifesto opponit. Spectat autem ad homines infimo loco natos summosque honores nactus.

6. *Corinthia*] vasa, ideoque antiquissima, confici iam desita aliquot seculis ante Corinthum captam i. a. V. C. 608. f. Ol. 161, 3. Ob vetustatem imprimis aestimata esse magni, apparet e Plin. N. H. XXXIV, 3. bip. T. V. Senec.

voluminum suorum frontes maxime placent, titulique?
 7 Apud defidiosissimos ergo videbis, quidquid orationum
 historiarumque est, et tecto tenus exstructa loculamenta.
 iam enim inter balnearia et thermas bibliotheca quoque,
 ut necessarium domus ornamentum, expolitur. Ignos-
 cerem plane, si e studiorum nimia cupidine oriretur:
 nunc ista exquisita, et cum imaginibus suis descripta sa-
 crorum opera ingeniorum, in speciem et cultum parietum
 comparantur.

X. At in aliquod genus vitae difficile incidisti, et
 tibi ignorantem vel publica fortuna vel privata laqueum
 impegit, quem nec solvere possis, nec abrumpere.
 Cogita compeditos primo aegre ferre onera, et impe-
 dimenta crurum: deinde, ubi non indignari illa, sed
 pati proposuerunt, necessitas fortiter ferre docet, con-
 suetudo facile. Invenies in quolibet genere vitae ob-
 lectamenta, et remissiones, et voluptates, ^a si nolueris
 malam

Cap. X. a. *Si nolueris malam putare vitam potius, quam invidiosam
 facere.* Scriptorum codd. lectio. Lipsius fatetur, se haec non
 capere: at Gronov. sensum bene explicuit. Si malueris ma-
 lam vitam, quae nempe talis existimatur vulgo, putare non

nec. de brev. vitae c. 12.
 Plura de his vasis corinthijs,
 quae et thericlea vocabantur,
 a Thericle, figulo, Socratis co-
 aevo, quem cum Anglo Wed-
 gwood conferas, inventa, et
 deinde ab insequentibus arti-
 ficibus in diversa materia ex-
 pressa, dabunt Bentleius Dis-
 sertation upon the epistles of
 Phalaris, et Martini Exc. XX.
 ad Ernesti Archacolog. *fron-
 zes*, bases cylindri, s. teretis
 baculi (umbilici), cuius emi-
 nentes utrimque partes auro,
 argento vel alio metallo prae-
 muniri solitae et varie pictae,
 dicta cornua, inter quae fron-

tes erant mediae, circumci-
 fae et punice politae. Cf.
 Heyne ad Tibull. III, 1, 13.

7. *cum imaginibus*] Tradit
 idem Plin. N. H. XXXV, 2.
 bip. T. V. p. 275. Non est
 praetereundum et novitium in-
 ventum. Siquidem non so-
 lum ex auro argentove, aut
 certe ex aere dicantur —
 quin etiam quae non sunt,
 finguntur etc. Afinii Pollio-
 nis hoc Romae inventum —

Cap. X. Incommodo vitae
 generi assuescendum est, in-
 primis consuetudine, nec
 quidquam de sorte sua queren-
 dum est.

malam putare vitam potius, quam invidiosam facere. Nullo melius nomine de nobis natura meruit, quam quod quum sciret, quibus aerumnis nasceremur, calamitatum mollimentum, consuetudinem, invenit, cito in familiaritatem gravissima adducens. Nemo duraret, si rerum adversarum eandem vim assiduitas haberet, quam primus ictus. Omnes cum fortuna copulati sumus. aliorum aurea catena est et laxa: aliorum arcta et sordida. Sed quid refert? eadem custodia universos circumdedit: alligatique sunt etiam qui alligaverunt, nisi tu forte leviozem in sinistra catenam putas. Alium honores, alium opes vinciunt: quosdam nobilitas, quosdam humilitas premit: quibusdam aliena supra caput imperia sunt, quibusdam sua: quosdam exilia uno loco tenent, quosdam sacerdotia. Omnis vita servitium est. Assuetudinem itaque conditioni suae, et quam minimum de illa querendum: et quidquid habet circa se commodi, apprehendendum est. Nihil tam acerbum est, in quo non aequus animus solatium inveniat. Exiguas saepe

Z 3

areae

esse malam, quam ei invidiam consciscere, de ea queri ut indigna et mala. Occurrit haec sententia Ep. IX. Non est beatus, esse se qui non putat. Si nexum ac verba attenderis, non putares, hic esse difficultatem. Causa autem difficultatis apostolus ipsum fuit, qui doctrina sua, quae certe magna erat, praepeditus raviora ac doctiora simplicioribus praefere maluit. *Facere vitam* explicavit h. l. *agere vitam*, e sermone Ictorum: ideoque nullum idoneum sensum elicere potuit.

2. *omnes cum fortuna copulati*] i. *coniuncti sumus*. cf. ad De Ira III, 8, 4. Ep. 6. quemadmodum eadem catena et custodiam (i. eum, qui custoditur) et militem copulat; sic ista etc.

3. *Sed quid refert? eadem custodia — putas*] Romae triplex ratio erat asservandi captivos: carcer, ubi servitia et

capita viliora iaciebant, sine ullo custode, deinde aedes magistratum, tum custodia militaris, quae et Romae et in provinciis frequentissima erat: qui in noxae esset, catenam manui dextrae alligatam habuit, quae eadem militis sinistram vinceret custodiae rei praefecti. Cf. Lipsii Excurs. B. ad Taciti Annal. III, 22. p. 1178 sq. T. I. Ed. Elzevir.

areae in multos usus, describentis arte, patuere, et quamvis angustum pedem dispositio fecit habitabilem. Adhibe rationem difficultatibus: possunt et dura moliri, et angusta laxari, et gravia scite ferentes minus
 5 premere. Non sunt praeterea cupiditates in longinquum mittendae, sed in vicinum illis egredi permit-
 tamus, quoniam includi ex toto non patiuntur. Relictis his, quae aut non possunt fieri, aut difficulter
 possunt, prope posita speique nostrae alludentia sequamur: sed sciamus, omnia aequae leviae esse, extrinsecus
 diversas facies habentia, introrsus pariter vana. Nec invidiamus altius stantibus: quae excelsa vide-
 6 bantur, praerupta sunt. Illi rursus, quos fors iniqua
 in ancipiti posuit, tutiores erunt superbiam detrahendo rebus per se superbis, et fortunam suam quam
 maxime poterunt, in planum deferendo. Multi quidem sunt, quibus necessario haerendum sit in fastigio
 suo, ex quo non possunt, nisi cadendo descendere: sed hoc ipsum testentur, maximum onus suum esse,
 quod aliis graves esse cogantur, nec sublevatos se, sed suffixos iustitiâ: mansuetudine, ^b humana lege,
 et benigna manu praeparent multa ad ^c secundos casus

b. *humana lege*. Sic Erasim. et Gruteri codd. Alii *large*, unde Pincian. *humana, larga* —. Sed *lege* est: formula, modo imperii, conditione.

c. *secundos*. Sic MSS. i. casus, calamitates, quae proximo loco sunt, mitiores ac minus graves. Antea: *sequentes* e. con. Pincian.: *sequiores* i. *tristiores*, Gruterus.

4. *pedem*] mensuram: ut ap. Plin. N. H. XVIII, 31. iustus pes.

5. *Non sunt* etc.] cf. de Ira III, 7, 2. *alludentia*, quae velut se offerunt blande, ideoque vicina sunt: attamen omnia quamvis diversa facie levis et exigui momenti sunt,

atque vana; itaque cave, ne magni res externas facias.

6. *in planum deferendo*] i. splendorem adimendo, atque faciles aliis se exhibendo, ne ab aliis hominibus diversi ac disiuncti esse videantur. *Multi quidem sunt* — e. c. reges, principes. De Clement. I, 8.

7
 fus praefidia, quorum spe securius pendeant. Nihil
 tamen aequae hos ab his animi fluctibus vindicaverit,
 quam semper aliquem incrementis terminum figere:
 nec fortunae arbitrium desinendi dare, sed se ipsos,
 multo quidem citra extrema, hortentur consistere.
 Sic et aliquae cupiditates animum acuent, sed finitae:
 non in immensum incertumque producent.

XI. Ad ^a imperfectos et mediocres et male sanos
 hic meus sermo pertinet, non ad sapientem. Huic
 non timide, nec pedetentim ambulandum est; tanta
 enim fiducia sui est, ut obviam fortunae ire non du-
 bitet, nec unquam loco illi cessurus sit: nec habet
 ubi illam timeat, quia non mancipia tantum possessio-
 nesque et dignitatem, sed corpus quoque suum, et
 oculos et manum, et quidquid est cariorem vitam fa-
 cturum, seque ipsum, inter precaria numerat, vivit-
 que ut commodatus sibi, et repositus sine tristi-
 tia redditurus. Nec ideo est vilis sibi, quia scit se ²
 suum non esse: sed omnia tam diligenter faciet, tam
 circumspicte, quam religiosus homo sanctusque so-
 let tueri fidei commissa. Quandocumque autem red-
 dere iubebitur, non queretur cum fortuna, sed dicet:
 „Gratias ago pro eo quod possedi, habuique. Magna
 „quidem res tuas mercede colui, sed quia imperas,
 Z 4 „cedo

Cap. XI. a. *imperfectos*. Nonnulli: *impevitos, imperf.* Imperitū
 i. *imperfecti, ἀπαιδευτοι*, stoica lingua sunt *plebei nec sapientes*.
 Το *impevitos* additum esse viderur explicacionis causa a glos-
 fatore.

Cap. XI. Sapienti contra
 iam aequanimitatem docet et
 constantiam adesse, ut in omni
 re, sic in morte: quippe cui
 nihil inopinato accidere de-
 beat, omnia praevidenti. Ha-
 bes hic descriptionem sapien-
 tis Stoici, quae saepe ite-
 ratur.

1. *vivitque — redditurus*]
 cf. de Provid. V. Consol. ad
 Marc. 10.

2. *mercede*] i. magna mea
 impensa ac cura. Similia sunt
 ap. Plutarch. De Tranquill. p.
 474. D. ἡδὺ μὲν, ἀν τὶ Φέ-
 ρης· ἀλίγον δ' ἄχος, ἣν ἀπο-
 λείπης, e poeta.

„cedo gratus libensque. si quid habere me tui volueris, etiamnunc servabo: si aliud placet, ego vero factum signatumque argentum, domum, familiamque ³ „meam reddo, restituo.“ Appellaverit natura, quae prior nobis credidit; et huic dicemus: „Recipe animum meliorem quam dedisti: non tergiverfor, nec refugio. paratum habes a volente, quod non sentienti dedisti: aufer!“ Reverti unde veneris, quid grave est? male vivet quisquis nesciet bene mori. Huic itaque primum rei pretium detrahendum est, et spiritus ^b inter servitia numerandus. Gladiatores, ait Cicero, invisos habemus, si omni modo vitam impetrare cupiunt: favemus, si contemptum eius prae se ferunt: idem evenire nobis scias. saepe enim causa ⁴ moriendi est, timide mori. Fortuna illa quae ludos sibi facit, „Quo,“ inquit, „te reservem, malum et „trepidum animal? eo magis convulneraberis et confodieris, quia nescis praebere iugulum. At tu et vi- „ves diutius, et morieris expeditius, qui ferrum non „subducta cervice, nec manibus oppositis, sed animo- „se recipis!“ Qui mortem timebit, nihil unquam ^c pro homine vivo faciet; at qui scit, hoc sibi quum con-
conci-

b. *inter servitia* ex Erasmo. reduxi. Omnes MSS. habent: *in servitia*, unde Lipsius coniecit: *in vilia*. Sumus servitia i. servi naturae.

c. *pro homine vivo* i. dignum homine. *Vivo* tamen displicet, nec succurrit, quomodo medicinam adhibeam.

3. *Spiritus*] vita. Cicero in Oratione pro Milone c. 34. Etenim si in gladiatoris pugnis, et in infirmi generis hominum conditione atque fortuna, timidos et supplices, et ut vivere liceat, obsecrantes, etiam odisse solemus: fortes et animosos et se acri-

ter ipsos morti offerentes, servare cupimus. Locum iam adduximus ad de Ira I, 2, 3.

4. *Fortuna — facit*] Ple- rumque antiqui mutabilem vitae humanae statum hac ratione depingunt, inde ab Herodoti tempore. Cf. Horat. Od. III, 29, 30, ib. Böttiger, Lucian.

conciperetur, statim conditum, vivet ad formulam, et simul illud quoque eodem animi robore praestabit, ne quid ex his quae eveniunt, subitum sit. Quid-⁵ quid enim fieri potest, quasi futurum prospiciendo, malorum omnium impetus molliet. qui ad praeparatos expectantesque nihil afferunt novi, securis et beata tantum spectantibus graves eveniunt. Morbus enim, captivitas, ruina, ignis, nihil horum repentinum est. Sciebam in quam tumultuosum me contubernium natura clusisset. totiens in vicinia mea conclamatum est, totiens praeter limen immaturas exsequias fax cereusque praecessit: saepe altius ruentis aedificii fragor sonuit: multos ex his quos forum, curia, sermo mecum contraxerat, nox abstulit, et vincetas ad sodalium manus copulatas intercudit. Mirer aliquando ad⁶ me pericula accessisse, quae circa me semper erraverunt? Magna pars hominum est, quae navigatura de tempestate non cogitat. Nunquam me in bona re mali pudebit auctoris. Publius tragicis comicisque vehe-

Z 5

mentior

cian. Nocyomant. c. 16. p. 19. T. III. bip. Bayle, Timoleon Not. k. *conditum*, constitutum. *ad formulam* i. regulam: metaphora ducta est a formula cognitionis (writ) a praetore iudicibus et arbitris data: quam ad III, 4, attigimus.

5. *Quidquid enim fieri etc.*] Haec hauserunt Stoici e Schola Socratis. Ὡσπερ οἱ ἐν εὐδία πλείοντες καὶ τὰ πρὸς τὸν χειμῶνα ἔχουσιν ἔτοιμα, οὕτως οἱ ἐν εὐτυχία φρονεῦντες καὶ τὰ πρὸς τὴν ἀτυχίαν ἠτοιμάσασιν βοηθήματα. Stobaei Serm.

(III. Schow. p. 87.) I. p. 26. Gesn. Aliud praeclarum Socratis dictum eodem pertinet (ap. Stob. I. p. 44. Schow.) οὔτε ναῦν ἐξ ἐνός ἀγκυρίου, οὔτε βίον ἐκ μιᾶς ἐλπίδος ὀρμίσσον. Epicharmus secundum Stobaeum sub initiam dixerat. Οὐ μετανοεῖν, ἀλλὰ προνοεῖν χρὴ τὸν ἀνδρα τὸν σοφόν, Sciebam etc. Cf. Consol. ad Marc. c. 9. fax cereusque sc. funis: pueros et acerba funera ad faces efferebant, cereis immixtis, et ut veri simile est, noctu.

6. *Publius*] de hoc mimographo diximus ad Consol. ad Marc.

mentior ingeniis, quotiens mimicas ineptias, et verba ad summam caveam spectantia reliquit, inter multa alia cothurno, non tantum sipario, fortiora et hoc ait:

Civis potest accidere, quod cuiquam potest.

7 Hoc si quis in medullas demiserit, et omnia aliena mala, quorum ingens quotidie copia est, sic adspexerit, tanquam illis liberum et ad se iter sit; multo ante se armabit, quam petatur. Sero animus ad periculorum patientiam post pericula instruitur. „Non putavi hoc futurum: nunquam hoc eventurum credididissim!” Quare autem non? Quae sunt divitiae, quas non egestas, et fames, et mendicitas a tergo sequatur? Quae dignitas, cuius non praetextam et augurale et lora patricia et sordes comitentur, et exportatio, et notae, et mille maculae, et extrema contentio? Quod regnum est, cui non parata sit ruina,

d. *exportatio* i. exsilium. Quum tamen adiuncta hoc fulmen sibi miseri non patiantur, Lipsius con. *expulatio*, contemptus exremi signum: Gronov. *exhaeredatio*. Sed *exportatio* sana mihi videtur esse lectio. Refero ad exsilium, etsi intelligo, malum minoris momenti meliorem locum hic tenere.

Marc. c. 9. fin. ubi idem versus occurrit. cf. ad de Ira II, 11, 4. Lipsius laudat Phocylid. 25. ed. Brunk. Gnom. poet. graec. p. 113. Κοινὰ πάντα πάντων ὁ βίος τροχός: ἀστατος ὄλβος: parum cogitans, hoc carmen νοσητικὸν esse fetum Christiani alicuius. *caveam* theatri, ubi minutae plebis sedes erat. *sipario*, velo in mimis usitato.

7. *Quae dignitas — contentio*] Iungit magistratum, (cuius proprium erat toga prae-

texta, scil. purpura) sacerdotes (augurale i. insigne et ornamentum, sive trabeam, sive lituum intelligas) et nobiles (propter bullam auream, loro in collo gestari solitam a pueris praefertim patriciis: cf. Macrob. Saturn. I, 6. p. 221 sq. bip. Vol. I. Inter amuleta erat haec bulla. Lipsius intelligit mulleos s. lunatos patriciorum calceos; usu tamen loquendi non adstructo. *et sordes* tum paupertas — tum *notae*, ignominiae —

na, et proculcatio, et dominus, et carnifex? nec magnis ista intervallis divisa, sed horae momentum interest inter folium et aliena genua. Scito ergo, omnem conditionem versabilem esse; et quidquid in ullam incurrit, posse in te quoque incurrere. Locuples es? numquid ditior Pompeio? cui quum Caius vetus cognatus, hospes novus, aperuisset Caesaris domum, ut suam cluderet, defuit panis et aqua: quum tot flumina possideret in suo orientia, et suo cadentia, mendicavit stillicidia: fame ac siti periit, in palatio cognati, dum illi heres publicum funus esurienti locat. Honoribus summis functus es? numquid aut tam magnis, aut tam insperatis, aut tam universis, quam Seianus? Quo die illum senatus deduxerat, populus in frustra divisit: in quem quidquid congeri poterat, dii hominesque contulerant, ex eo nihil superfuit, quod carnifex traheret. Rex es? non ad Croesum

8. *dominus*] tyrannus. *genua*, ad quae provolvat, qui modo rex fuerat. *Pompeio*. Noster hanc rem unus perfequitur: ceteris omnibus auctoribus, qui de Caio Caligula exposuerunt, silentibus. Fuit haud dubie hic Pompeius filius Scauri Pompeii, filii Cn. Pompeii Magni, qui a. 767. consul erat cum Sexto Appuleio. Dio Cass. LVI, 29. 38 et 45. Augusti, ideoque et Caii cognatus. Plura de Pompeiis dat Spanhem. de usu et praest. numism. T. II. p. 66. *hospes novus* ironice dictus, quatenus in palatium suum (*aperuisset Caes. dom.*) receperat eum Caius: ut (Pompeius) suam domum clauderet tan-

quam postremus stirpis. *quum tot flumina* etc. cf. Ep. 89. fin. de Ira I, 16, 32. De Benef. 3, 8. *dum heres*, Caius, libitiniarius *publ. fun. locat illi*, Pompeio, quasi fato suo functo.

9. De *Seiano*, qui Senatuum laetus intrans tribunicia potestate i. consortio et successione imperii a Tiberio donandus in vincula coniectus, (*Senatus eum deduxerat*) deinde in frustra discerptus est a populo, cf. Dio Cass. LVIII, 10. 11. *quod carnifex traheret*, unco ulterius in Tiberim, quia populus eius cadaver frustatim in fluvium iam coniecerat.

sum te mittam, qui rogam suum et descendit iussus, et
 extingui vidit, factus non regno tantum, sed etiam
 morti suae superstes: non ad Iugurtham, quem po-
 pulus Romanus intra annum quam timuerat, specta-
 10 vit. Ptolemaeum Africae regem, Armeniae Mithri-
 datem, inter Caianas custodias vidimus. alter in ex-
 filium missus est: alter ut meliori fide mitteretur,
 optabat. In tanta rerum, sursum ac deorsum eun-
 tium, versatione, si non quidquid fieri potest, pro
 futuro habes, das in te vires rebus adversis, quas in-
 11 fregit, quisquis prior vidit. Proximum ab his erit, ne
 aut in supervacuis, aut ex supervacuo laboremus: id
 est, ne aut quae non possumus consequi, concupiscamus;
 aut adepti, cupiditatum vanitatem nostrarum se-
 ro, post multum pudorem, intelligamus: id est, ne
 aut labor irritus sine effectu sit, aut effectus labore in-
 dignus. Fere enim ex his tristitia sequitur, si aut non
 successit, aut successus pudet.

XII. Circumcidenda est concursatio, qualis est
 magnae partii hominum, domos, et theatra, et fora
 perer-

Bellum jugurthinum] quod
 Sallustium exposuisse constat,
 coepit a. V. C. 637. et quin-
 to anno post debellatum est.
 Noster igitur non omnino ac-
 curate rem tradidit.

10. De *Ptolemaeo*, Iubae
 filio, et M. Antonii ex Sele-
 na filia nepote, ideoque Caio
 consobrino, qui a Caio pro-
 pter eius divitias a. V. C.
 793. interfici iussus est. Sueton.
 Calig. c. 26. Dio Cass.
 LIX, 25. Augustus ei a. V.
 C. 724. Cleopatram, (Dione
 auctore LI, 15. fin.) cuius

cognomen fuit Selena (Suet.
 l. l.) nuptum locaverat, *Mithridates*
 a Tiberio Armenia
 donatus, sed post a Cal-
 ligula in vincula coniectus:
 mox vero in regnum, Clau-
 dio monente, remeavit, Tacit.
 Annal. XI, 8. Dio Cass.
 LVIII, 27. LX, 8. Alter
 (Ptolemaeus) in exsilium mis-
 sus et in via occisus est: pro-
 inde alter (Mithrid.) optabat
 etc.

Cap. XII. Actiones inutil-
 les sunt ideo vitandae, nec
 exprimendum vitae genus co-
 rum,

pererrantium. Alienis se negotiis offerunt, semper aliquid agentibus similes. Horum si aliquem exeuntem de domo interrogaveris: Quo tu? quid cogitas? respondebit tibi: „Non mehercule scio, sed „aliquos videbo, aliquid agam.“ Sine proposito vagantur, quaerentes negotia: nec quae destinaverunt, agunt, sed in quae incurrerunt. Inconsultus illis vanusque cursus est, qualis formicis, per arbuta repentibus; quae in summum cacumen, deinde in imum inanes aguntur. His plerique similem vitam agunt, 2 quorum non immerito quis inquietam inertiam dixerit. Quorundam, quasi ad incendium currentium, miseris: usque eo impellunt obvios, et se aliosque praecipitant: quum interim cucurrerint, aut salutari aliquem non resalutaturum, aut funus ignoti hominis profecuturi, aut iudicium saepe litigantis, aut sponsalia saepe nubentis, et lecticam affectati, quibusdam locis et ipsi tulerint. deinde domum cum supervacua redeuntes lassitudine, iurant nescisse se ipsos, quare exierint, ubi fuerint, postero die erraturi per eadem illa vestigia. Omnis itaque labor aliquo referatur, aliquo respiciat. Non industria, inquietos et 3 insanos a falsae rerum imagines agitant. nam ne illi quidem

Cap. XII. a. *falsae rerum imagines*. Gronov. exclusit recta *• sed ante *falsae*: e codd.

rum, qui aliena negotia captantes (Satagios noster, *πολυπράγμωνας*, Ardeliones appellat Phaedrus II, 5. al.) nihil agunt et deridentur.

1. *formicis — aguntur*] Haec contra historiam naturalem dicta esse, vix quemquam huius historiae curiosum fugiet. Iam Plinius XI, 36. bip. alicuique ante eum et

Senecam hoc docuerunt. Horat. I. Sat. I, 33. Formica magni laboris — exemplo est.

2. *Salutaturi*] Spectat hoc ad officia, quae honoris causa patronis aliisque praestantioribus praestabantur matutina salutatione, saepe ne admissa quidem a nomenclatore i. servo, cuius et erat, salutantes excipere (§. 5.). Et sequen-

quidem sine aliqua spe moventur, proritat illos alicuius rei species, cuius vanitatem capta mens non coarguit. Eodem modo unumquemque ex his, qui ad augendam turbam exeunt, inanes et leves causae per urbem circumducunt, nihilque habentem in quo laboret, lux orta expellit: et quum multorum frustra liminibus illisus nomenclatores per salutavit; a multis exclusus, neminem ex omnibus difficilius domi, quam
4 se, convenit. Ex hoc malo dependet illud teterrimum vitium, auscultatio, et publicorum secretorumque inquisitio, et multarum rerum scientia, quae nec tuto narrantur, nec tuto audiuntur. Hoc secutum puto Democritum, ita coepisse: „Qui tranquille vo-
„let vivere, nec privatim agat multa, nec publice!“ ad supervacua scilicet referentem. Nam si necessaria sunt, et privatim et publice non tantum multa, sed innumerabilia agenda sunt: ubi vero nullum officium solemne nos citat, inhibendae actiones sunt.

XIII. Nam qui multa agit, saepe fortunae potestatem sui facit: quam tutissimum est raro experiri, ceterum semper de illa cogitare, et sibi nihil de fide eius promittere. Navigabo, nisi si quid inciderit: et praetor fiam, nisi si quid obstiterit: et negotiatio mi-
2 hi respondebit, nisi si quid intervenerit. Hoc est, quare sapienti nihil contra opinionem dicamus accidere. non illum casibus hominum excepimus, sed erroribus: nec illi omnia, ut voluit, cedunt, sed ut cogitavit. inprimis autem cogitavit, aliud posse propositis suis resistere. Neesse est autem levius ad animum pervenire destitutae cupiditatis dolorem, cui successum non utique promiseris.

XIV.

sequentia, ut funus quis prosequatur, amico in iudicio adsit tanquam testis aut advocatus etc. ad officia pertinent.

4. *Democritum*] Locum e Stobaeo adduximus ad de Ira III, 6, 2. cf. supra ad 2, 3.

Cap. XIII. Democriti dictum explicare pergit.

XIV. Faciles etiam nos facere debemus, ne nimis destinatis rebus indulgeamus. transeamus in ea, in quae nos casus deduxerit: nec mutationes aut consilii aut status pertimescamus: dummodo nos levitas, inimicissimum quieti vitium, non excipiat. Nam et pertinacia necesse est anxia et misera sit, cui fortuna saepe aliquid extorquet: et levitas multo gravior, nusquam se continens. Vtrumque infestum est tranquillitati, et nihil mutare posse, et nihil pati. Vti-² que animus ab omnibus externis in se revocandus est: sibi confidat, se gaudeat, sua suspiciat, recedat, quantum potest, ab alienis, et se sibi applicet, damna non sentiat, etiam adversa benigne interpretetur. Nuntiato naufragio, Zeno noster, quum omnia sua audiret submersa, iubet, inquit, me fortuna expeditius philosophari. Minabatur Theodoro philosopho tyrannus mortem, et quidem insensitam. Habes, inquit,

Cap. XIV. Et pertinacia et levitas vitandae sunt: ut tranquillitas animi conferretur.

1. *Transeamus* — *excipiat*] Laudat ad haec Lipsius (e Stob. I, 9. et p. 16. Gesn. III. Serm. p. 83 et 79. Schow.). Ἀριστοτέλης εἶπεν „Ἐπειδὴ μὴ γίνεται „τὰ πράγματα, ὡς βεβλόμεθα, „δα, δεῖ βούλεσθαι, ὡς „γίνεται.“ Deinde: Ἐν τομαρίων τῷ Ἀριστωνύμου Κυβερνήτου μὲν ἔργον ἀγαθοῦ εἰς τὰς τῶν πνευματων μεταβολὰς ἀρμόσασθαι, ἀνδρὸς δὲ σοφοῦ πρὸς τὰς τῆς τύχης (antea hic legebatur: ψυχῆς: τύχης recept Schow. e codd.).

2. *Zeno*] Citicius. Mercator purpuram Tyro venalem in Graeciam advehi iubens navis iuxta Pyraeeum fregit; atque annos XXX. natus ad Cratetem se applicavit. Cf. Diogen. Laert. VII, 4 et 5. ibiq. Menagius et Casaub. qui nostrum locum non neglexerunt. *Theodoro*, philosopho Platónico et Cyrenaico; vixit circa Ol. 120. praeceptor Bionis. Cf. Fabric. Bibl. gr. Vol. III. p. 189. 615. Cic. Tusc. Disp. I, 43. Quid? Cyrenaeum Theodorum, philosophum non ignobilem, nonne miramur? cui quum Lysimachus rex crucem minaretur, illis quaeso, inquit, ista horri-

quit, cur tibi placeas: hemina sanguinis in tua potestate est. nam quod ad sepulturam pertinet, o te ineptum, si putas interesse, supra terram, an infra putrescam. Canus Iulius, vir inprimis magnus, cuius admirationi ne hoc quidem obstat, quod nostro seculo natus est, cum Caio diu altercatus, postquam abeunti, ^a Phalaris ille dixit: „Ne forte ineptâ spe „tibi blandiaris, duci te iussi!“ „Gratias,“ inquit, „ago, optime princeps!“ Quid senserit, dubito: multa enim occurrunt mihi. Contumeliosus esse voluit, et ostendere quanta crudelitas esset, in quâ mors beneficium erat? An exprobravit illi quotidianam dementiam? agebant enim gratias, et quorum liberi occisi, et quorum bona ablata erant. An tanquam libertatem libenter accepit? Quidquid est, magno animo respondit. Dicit aliquis: Potuit post hæc iubere illum Caius vivere. Non timuit hoc Canus: nota erat Caii in talibus imperiis fides. Credisne, illum decem medios usque ad supplicium dies sine ullâ sollicitudine exegisse? verisimile non est, quae vir ille dixerit, quae fecerit, quam in tranquillo fuerit? Ludebat

Cap. XIV. a. *Phalaris ille dixit.* Bene tyrannus ille Agrigeninus (ad de Ira II, 5, 1.) cum Caligula comparatur. Hinc facile *fallevis*, quod vulgatos libros obtinet, e. c. Erasmi otiri poruit. Regulâ tamen critica quodque tyrannum Siculum hic tuetur, qua difficiliorem librarii doctrinae lectio-nem faciliori praeferre iubemur. Lipsio igitur accedo.

horribilla minitare purpuratis tuis! Theodori quidem nihil interest, humine an sublime putrescat. Tuse. Disp. V, 40. extr. Theodorus Lysimacho, mortem minitanti: magnam vero, inquit, effecisti, si cantharidis vim asscurus es! Hoc nostri be-

mina sanguinis i. dimidius sextarius exprimit.

4. *decem — dies*] Ex Tiberiano Senatusconsulto cautum erat, ut poena damnatorum in decimum diem semper differretur. Sueton. Tib. 75. cf. Lipsium ad Tacit. Annal. III, 51. *veris-*

debat latrunculis, quum centurio, agmen periturorum trahens, ^b illum quoque excitari iubet. Vocatus numeravit calculos, et sodali suo: „Vide,“ inquit, „ne post mortem meam mentiaris te vicisse!“ Tum annuens centurioni, „Testis,“ inquit, „eris, uno me antecedere.“ Luffisse tu Canum illâ tabulâ putas? il-
lufit. Triftes erant amici talem amiffuri virum. „Quid moefti,“ inquit, „eftis? Vos quaeritis, an immortales animae fint: ego iam fciam.“ nec defuit in ipfo veritatem fine scrutari, et ex morte fua quaefionem habere. Profequebatur illum philofophus fuus: nec iam procul erat tumulus, in quo Caefari Deo noftro fiebat quotidianum facrum. „Quid,“ inquit, „Cane, nunc cogitas? aut quae tibi mens eft?“ „Obfer-
vare,“ inquit „Canus, propofui illo velociffimo momento, an fenfurus fit animus, exire fe.“ promiffitque, fi quid exploraffet, circumiturum amicos, et indicaturum quis efferet animarum ftatus. Ecce in me-
6
dia

b. *illum quoque excitari.* Gron. e codd. et edd. prifcis dedit. Antea: *et illum citari.* Parum tamen refert, utrum praeferas.

rifimile non eft, pro iis, quae — fi ex iis coniecturam ceperis, quae —? *latrunculis* f. duodecim fcriptis. Erat genus noftri ludi, qui hodie Schach, des échecs vocatur. In ludo tamen fchachico noftro non tam id quaeritur, quot latrones (officiers et pions) tibi refent, fed quinam fit ludi ftatus etc. igitur de numerandis calceis fermo eſſe ibi nequit. Convenit proinde melius in noſtrum Damenspiel (jeu de dames), in quo numeri maior
Vpl. I.

ſaltem ratio haberi folet. cf. Gesner. ad Chreſtom. Plin. XV, 23. p. 153. fq. inprimis Erneſti Clav. Cic. voc. Scriptorum ludus, ubi faniora traduntur.

5. *philofophus fuus*] De hoc more romano quaedam adnotavimus ad Conſol. ad Marc. c. 4, 1. Lineas diſputationis de hac re ducere, poſthac memini Erneſtium Exc. XV. ad Sueton. Tiber. c. 46. *Caefari* Caligulae. Dio Caſſ. LIX, 26 et 28. *promiffitque — ftatus.* Vanum

dia tempestate tranquillitas! ecce animus aeternitate dignus, qui fatum suum in argumentum veri vocat, qui in ultimo illo gradu positus exeuntem animam percontatur, nec usque ad mortem tantum, sed aliquid etiam ex ipsa morte discit! Nemo diutius philosophatus! sed non raptim relinquetur magnus vir, et cum cura dicendus: dabimus te in omnem memoriam, clarissimum caput, Caianae cladis magna portio!

XV. Sed nihil prodest privatae tristitiae causas abiectione. Occupat enim nonnunquam odium generis humani, et occurrit tot scelerum felicitum turba, quum cogitaveris, quam sit rara simplicitas, quam ignota innocentia, et vix unquam, nisi quum expedit, fides, et libidinis lucra damnaque pariter invisa, et ambitio usque eo iam se suis non continens terminis, ut per turpitudinem splendeat. Agitur animus in noctem, et velut everfis virtutibus, quas nec sperare licet, nec
2 habere prodest, tenebrae oboriuntur. In hoc itaque
flecten-

num non fuisse hoc promissum, narrat Plutarch. ap. Syn-cellum p. 330. (qui tamen locus fugit P. Bayle Dict. hist. et crit. I. p. 603. a.) Antiocho enim Seleucienfi (fortasse suo philosopho) de nocte per somnium apparuisse Canum eique exposuisse τὰ περὶ διαμονῆς τῆς ψυχῆς καὶ καθαρωτέρου Φωτός μετὰ τὴν ἔξοδον.

6. *Caianae cladis* — *portio*] ingentium damnorum, quae Caligula orbi intulit, tu unus magna pars!

Cap. XV. Odio generis humani abiectione et fastidio rerum humanarum evitato, vanitates aequo animo sunt fe-

rendae: nec bonorum exitu malo contristemur. Deinde continua simulatio et observantia sua vitanda. Otium, somnus, festi dies etc. refectioni adhibeantur.

1. *et vix unquam*] occurrit *fides*, nisi cum utilitate sit coniuncta: tum occurrunt *libidinis lucra damnaque* i. homines, qui voluptatibus illicitis divitias sibi pepererint profuderintve. *Agitur animus* eorum, qui haec viderint et cogitaverint, *in noctem*, sit moestus et exosus genus humanum. Poetice haec expressa sunt, nisi e poeta quodam desumpta. *Sperare* in aliis, *habere* in se ipso.

flectendi fumus, ut omnia vulgi vitia non invisâ nobis, sed ridicula videantur: et Democritum potius imitemur, quam Heraclitum. Hic enim quoties in publicum processerat, flebat: ille ridebat. huic omnia quae agimus, miseriae; illi ineptiae videbantur. Elevanda ergo omnia, et facili animo ferenda: humanius est deridere vitam, quam deplorare. Adice, 3 quod de humano quoque genere melius meretur qui ridet illud, quam qui luget. Ille et spei bonae aliquid relinquit: hic tamen stulte deslet, quae corrigi posse desperat; et universa contemplatus, maioris animi est, qui risum non tenet, quam qui lacrimas, quando levissimum affectum animi movet, et nihil magnum, nihil severum, nec ferium quidem, ex tanto apparatu putat. Singula, propter quae laeti ac tristes fumus, sibi quisque proponat, et sciat verum esse, quod Bion dixit: „Omnia hominum negotia similia „a mimicis esse, nec vitam illorum magis sanctam aut „severam esse, quam conceptus inchoatos.“ Sed fa- 4 tius est, publicos mores et humana vitia placide accipere, nec in risum, nec in lacrimas excidere. Nam alienis malis torqueri, aeterna miseria est: alienis delectari malis, voluptas inhumana. sicut illa inutilis humanitas, flere, quia aliquis filiam efferat, et

A a 2

fron-

Cap. XV. a. *mimicis*. Haec lectio debetur Pinciano, cui et Lipsius et Gataker ad Antonin. p. 389, 10. assentiuntur. Plerique MSS. *initis*: alii *nuptiis*. Reliqua tamen sensu idoneo carent: *quam conceptus inchoatos*: quae quidem lectio facta est e scriptura codd. *conceptus nichilo natos*: aut: *conceptum nichilo natum*. Hariolationibus non indulgeo, expectans meliores codd.

2. *Democritum* — *Heraclitum*] cf. ad de Ira II, 10, 2.

3. *Bion*] cf. ad VIII, 2. Vbi tamen haec comparatio scriptoris aestimati in anti-

quitate occurrerit, e fragmentis eius colligi nequit: neque haec ipsa, quantum sciam, usquam graece nunc exstat. Ceterum cf. Var. lect.

frontem suam fingere. In tuis quoque malis id agere te oportet, ut dolori tantum des quantum poscit ratio, non quantum consuetudo. Plerique enim lacrimas fundunt, ut ostendant, et toties ficos oculos habent, quoties spectator defuit: turpe iudicantes, non flere, 5 quum omnes faciant. Adeo penitus hoc se malum fixit, ex aliena opinione pendere, ut in simulationem etiam simplicissima res, dolor, veniat! Sequitur pars, quae solet non immerito contristare, et in ^b solitudinem adducere, ubi bonorum exitus mali sunt. Vt Socrates cogitur in carcere mori, Rutilius in exilio vivere, Pompeius et Cicero clientibus suis praebere cervicem: Cato ille, virtutum viva imago, incumbens gladio, simul de se ac de Republica palam fa- 6 cere. Necessè est torqueri, tam iniqua praemia fortunam persolvere. et quid sibi quisque nunc speret, quum videat pessima optimos pati? Quid ergo est? vide quomodo quisque illorum tulerit: et si fortes fuerunt, ipforum illos animos desidera; si muliebriter et ignave periere, nihil periit. Aut digni sunt, quorum virtus tibi placeat: aut indigni, quorum desideretur ignavia. Quid enim est turpius, quam si maximi viri timidos fortiter moriendo faciunt? Laudemus toties dignum laudibus, et dicamus: Tanto fortior, tanto felicior! humanos effugisti casus, livorem, morbum: existi ex custodia: non tu dignus malâ fortuna

b. *solitudinem* dedit Gronov. e codd. ap. Grut. recte. Antea: *solitudinem*. inepte.

4. *frontem suam fingere*] Pompeio in regnum restituto. Lipsius intelligit de Septimio, qui olim ordines sub eo duxerat.

5. *Rutilius*] vid. ad Consol. ad Marc. XXII, 2. *Pompeius* Ptolemaeo puero tradidit, qui cliens eius erat, patre per Gabinium auctore periisse. Cf. Ep. 104.

nâ diis visus es, sed indignus in quem iam aliquid fortuna posset! Subducentibus vero se, et in ipsa 7 morte ad vitam respectantibus manus iniiciendae sunt. Neminem flebo laetum, neminem flentem. ille lacrimas meas ipse absterfit: hic suis lacrimis effecit, ne ullis dignus sit. Ego Herculem fleam, quod vivus uritur, aut Regulum, quod tot clavis configitur, aut Catonem, quod c vulnere sua fortiter tulit? Omnes isti levi temporis impensâ invenerunt, quomodo aeterni fierent: ad immortalitatem moriendo venerunt. Est et illa sollicitudinum non mediocris materia, si te 8 anxie componas, nec ulli simpliciter ostendas: qualis multorum vita est, ficta, et ostentationi parata. Torquet enim assidua observatio sui, et deprehendi aliter, ac solet, metuit: nec unquam curâ solvimur, ubi toties nos aestimari putamus, quoties aspici. Nam et multa incidunt, quae invitos denudent: et ut bene cedat tanta sui diligentia, non tamen iucunda vita, aut secura est, semper sub persona viventium. At illa 9 quantum habet voluptatis sincera et per se ornata simplicitas, nihil obtendens moribus suis? Subit tamen et haec vita contemptus periculum, si omnia omnibus

A a 3

patent.

c. *vulnera sua fortiter tulit.* Lectio est bona MSS. et edd. fere omnium. Muretus dederat e con. *quod vulnus suum iteraverit?* (respiciens ad Senec. ep. 24. post init. et Plutarch.). Lipsius emendat: *quod vulnera sibi fortiter intulit?* Trillerus (Obsl. crit. p. 140.) proponit: — *fortiter rupit?* Sed his meris coniectaneis superfedebimus, lectione vulgata et salva et bonum sensum fundente. Nonne enim is, qui vulnus, quod sibi ipse intulerat, et deinde a medico obligatum ruperat, *fortiter tulisse* dicendus est?

7. *manus iniiciendae sunt]* vi abigendi s. poena afficiendi sunt illi timidi homines. *Herculem — uritur* in monte Oeta. Cf. Apollod. II, 7, 7. *impensâ*, quatenus sibi ipsi mortem conseiverunt, ideo-

que vitae sibi reliquae iacturam fecerunt.

8. *sub persona]* ut histrio, quocum saepe homines comparantur. Cf. Gataker. ad Antonin. p. 389. sq. 438.

patent. sunt enim qui fastidiant, quidquid propius adierunt. Sed nec virtuti periculum est, ne admota oculis revilescat: et fatius est simplicitate contemni, quam perpetua simulatione torqueri. Modum tamen rei adhibeamus, multum interest, simpliciter vivas, an negligenter. Multum et in se recedendum est; conversatio enim dissimilium bene composita disturbat, et renovat affectus, et quidquid imbecillum in animo, nec percuratum est, exulcerat. Miscenda tamen ista, et alternanda sunt, solitudo et frequentia. Illa nobis faciet hominum desiderium, haec nostri: et erit altera alterius remedium. odium turbae sanabit solitudo, taedium solitudinis turba. Nec in eadem intentione aequaliter retinenda mens est, sed ad iocos revocanda. Cum pueris Socrates ludere non erubescibat; et Cato vino laxabat animum, curis publicis fatigatum: et Scipio triumphale illud et militare corpus movit ad numeros, non molliter se infringens, ut nunc mos est etiam incessu ipso ultra muliebrem molliem fluentibus; sed ut illi antiqui viri solebant, inter lusum ac festa tempora, virilem in modum tripudare,

9. *conversatio — disturbar*] consilia bona corrumpuntur conversatione malorum hominum. Cf. de Ira III, 8.

10. *Socrates*] Narrat etiam Valer. Max. VIII, 8. ib. Intpp. *Cato*; de Catone Uticensi intelligas nostrum, Plutarcho narrante fretus. Locus Horatii Od. III, 21, 11. huc non spectat, sed ad Cato-nem maiorem.

11. *Scipio*] Africanus. Quaedam de hac re attigit Liv. XXIX, 19. sq. *ut nunc mos — fluentibus*: attigit Nat.

Q. VII, 31. Cantandi et saltandi obscœna studia effeminatos tenent, ait Seneca pater, et mollietie corporis certare cum feminis, nostrorum adolescentium specimen est. Jam Horatii tempore hic mos saltationibus ionicis, i. obscœnis, ad libidines excitandas aptis delectandi, ex quo puellae ionicae Romanis proceribus in deliciis esse coepere, Romae invaluit. Mox eas imitatae sunt romanae puellae et ipsi viri. Horat. Od. III, 6, 21. ib. Intpp. in primis Böttiger.

diare, non facturi detrimentum, etiam si ab hostibus suis spectarentur. Danda est remissio animis: meliores acrioresque requieti surgent. Vt fertilibus agris non est imperandum, cito enim exhauriet illos nunquam intermissa fecunditas: ita animorum impetus assiduus labor frangit. Vires recipient paulum resoluti et remissi. Nascitur ex assiduitate laborum, animorum 12 hebetatio quaedam, et languor: nec ad hoc tanta hominum cupiditas tenderet, nisi naturalem quandam voluptatem haberet lusus iocusque, quorum frequens usus, omne animis pondus omnemque vim eripiet. Nam et somnus refectioni necessarius est: hunc tamen si per diem noctemque continues, mors erit. Multum interest, remittas aliquid, an solvas. Legum conditores festos instituerunt dies, ut ad hilaritatem homines publice cogentur: tanquam necessarium laboribus interponentes temperamentum. Et magni, ut 13

^d didici, viri quidam sibi menstruas certis diebus ferias dabant: quidam nullum non diem inter et otium et curas dividebant; qualem Pollionem Asinium, oratorem magnum, meminimus, quem nulla res ultra decimam retinuit. ne epistolas quidem post eam horam legebat, ne quid novae curae nasceretur: sed totius diei lassitudinem duabus illis horis ponebat. Quidam medio die interiunxerunt, et in postmeridianas

A a 4

horas

d. *didici*. recepi in textum hanc Lipsii coniecturam. Antea: *dixit*: at nusquam dixerat.

12. *Nam et somnus — mors erit*] Lipsius laudat Platon. de legg. VII. p. 361. b. Tom. VIII. bip. ubi eadem sententia occurrit. *cogentur* congregarentur.

13. *Pollionem Asinium*] Cf. ad de Ira III, 23, 3. *decimam*, quartam horam postmeridianam, ex nostro more loquendi, coenae et curae corporis ap. Romanos destinata. *interiunxerunt* sc. se a gravioribus laboribus: ab aurigis metaphora sumpta est; qui interiungunt; quum quiescunt

- 14 horas aliquid levioris operae distulerunt. Maiores quoque nostri novam relationem, post horam decimam, in senatu fieri vetabant. Miles vigilias dividit, et nox immunis est ab expeditione redeuntium. Indulgendum est animo: dandumque subinde otium, quod alimenti ac virium loco fit: et in ambulationibus apertis vagandum, ut coelo libero et multo spiritu augeat attollatque se animus. Aliquando vectatio iterque et mutata regio vigorem dabunt, convictusque et liberalior potio: nonnunquam et usque ad ebrietatem veniendum, non ut mergat nos, sed ut deprimat. Eluit enim curas, et ab imo animum movet: et ut morbis quibusdam, ita tristitiae medetur: Liberque non ob licentiam linguae dictus est inventor vini, sed quia liberat servitio curarum animum, et afferit, vegetatque et audaciorem in omnes conatus facit. Sed ut libertatis, ita vini salubris moderatio est. Et Solonem, Arcefilaumque indulgisse vino credunt. Catoni ebrietas obiecta est: facilius efficiet, quisquis obiecerit, hoc crimen honestum, quam turpem Catonem. Sed nec saepe faciendum est, ne animus malam consuetudinem ducat: et aliquando tamen in exultationem libertatemque extrahendus, tristisque sobrietas removenda paulisper. Nam, sive Graeco poetae cre-

fcunt leviter et pausant. Senec. Ep. 83.

14. *Maiores nostri — vetabant*] vel ut corpora curarent, vel quia Senatusconsultum post occasum solis factum nec ratum quidem erat. Aul. Gell. Nat. Att. 14, 7. *vigilias* in quaternas: et eas singulas trium horarum, *deprimat*, avocet animum ab intentione nimia et curis altioribus.

15. *Solonem*] Ipse de se canit: Ἔργα δὲ Κυπριογενούς νῦν μοι Φίλα, καὶ Διονύσου, καὶ Μουσέων, ἀτίθησ' ἀνδράσιν εὐφροσύνας. Brunk. Gnomici poet. graec. p. 73, 11. *Arcefilaumque* Academicum. Diog. Laert. IV, 41. sq.

16. *Graeco poetae*] Lipsius laudat illud Anacreontis: Θέλω, θέλω μανῆναι. Horat.

credimus, „aliquando et insanire iucundum est:“ five Platoni, „frustra poëticas fores compos sui pe- „pulis:“ five Aristoteli, „nullum magnum inge- „nium sine mixtura dementiae fuit.“ Non potest grande aliquid et supra ceteros loqui nisi mota mens. Quum vulgaria et solita contemnit, instinctuque sacro surrexit excelsior, tunc demum aliquid cecinit grandius ore mortali. Non potest sublime quidquam et in ¹⁷ arduo positum contingere, quamdiu apud se est. Desciscat oportet a solito, et efferatur, et mordeat frenos, et rectorem rapiat suum: eoque ferat quo per se timuisset escendere. Habes, Serene carissime, quae possint tranquillitatem tueri, quae restituere, quae sur- repentibus vitiis resistant. Illud tamen scito, nihil horum fati esse validum, rem imbecillam servantibus, nisi intenta et assidua cura circumeat animum labentem.

III. Od. 19, 18. *Platoni.* Locus exstat in Phaedro (T. X. p. 317. a. bip.) ὁς δ' ἄν ἄνευ Μοῦσων ἐπὶ ποιητικὰς θύρας ἀφίκηται, πεισθεὶς ὡς ἄρα ἐκ τέχνης ἱκανῶς ποιητῆς ἐσόμενος, ἀτελής αὐτός τε καὶ ἡ ποιησις ὑπὸ τῆς τῶν μαινομένων ἢ τῆς σωφρονοῦντος ἡφάνθη. *Aristoteli.* Lipsius laudat Problem. §.

30. Quaest. 1. Cur homines, qui ingenio claruerunt, vel in studiis Philosophiae, vel in republica, vel carmine pangendo, melancholici omnes fuerunt? Quo respexit Cic. Tusc. Dispp. I, 33. ubi cf. Intpp. *Quum vulgaria — mortali.* Cic. N. D. II, 66. Nemo vir inagnus sine aliquo afflatu divino unquam fuit.

D E
CONSTANTIA. SAPIENTIS

S I V E

QVOD IN SAPIENTEM NON CADIT INIVRIA

LIBER VNVS

A D

ANNAEVM SERENVM.

A R G V M E N T V M.

A Laudibus Stoicorum orditur, quos eo nomine praefert ceteris omnibus Philosophis, quod non molliter et blande, sed viriliter agunt, et nos eo ducere tentant, ut supra omnem fortunam emineamus. Iam mentione M. Catonis facta et obiectione iniecta, nonne Cato contumeliis affectus verberibus et sputis? transit ad paradoxon Stoicorum tractandum: sapientem non affici iniuria. C. 1 et 2. Ab hac obiectione tam adversus hoc dogma, quam adversus reliqua Stoicorum decreta vigidiora, ingreditur in materiam, et docet, Catonem iniuriis non esse affectum: fuit enim sapiens, in quem nulla iniuria cadit. Quod tamen ea mente dici ait noster, non ut omnino non fiat, sed ut eam non admittat. Feritur quidem sapiens, sed non laeditur, quippe qui intactus et impenetrabilis est iniuriis et contumeliis — IV, 4. Dividit deinde dicenda in duas partes, idque a discrimine Inivriae et Contumeliae. Priore autem negat illam cadere in sapientem, posteriore nec hanc. Quod ad inivriam attinet, 1) ea malum est, quod in sapientem cadere nequit. 2) Inivria detrahit et deminuit: sapienti autem nihil eripitur, quippe qui in se habet omnia reposita, ideoque extra inivriam et fortunae ludibria positus est, ut Stilpo philosophus. IV, 4 — VII, 2. 3) Fortis ab infirmo non laeditur: non ergo a malitia virtus. Resellit deinceps obiectionem: atqui Socrates nonne iniuria damnatus est, ita ut dicat, hoc sine iniuria factum esse. Inimici quidem intulerunt iniuriam, sed ille non accepit, sapientia eius reiecit. Qua in re similis est eius, qui veneni ipsi dati vim antidoto infringit, sive, qui scelus non patitur, quod alius

ei facere tentat. VII, 2 — VIII. 4) Iniuria cum iniustitia mixta est, e quibus neque haec, neque illa in sapientem cadit. 5) Sapienti nemo prodest, ergo non laedit. 6) Quum Iniuria aut a spe aut a metu proficiscatur, sapiens neutro eorum tangitur. 7) Iniuriam denique nemo immota mente accipit: quae quum sine perturbatione et ira esse nequit, et illa caret sapiens, ut qui tam ira, quam perturbatione caret. Vt sui autem est sapienti iniuria, per quam experimentum sui capit et virtutem tentat. Concludit hanc priorem tractationis partem adhortatione ad dogma hoc animis accipiendum. VIII — X. Altera pars circa contumeliam tota versatur. Ac primum explicat, quid proprie sit calumnia, quam a sapiente alicuiam esse, docet, s. a sapiente aroet. C. X. 1) quia sapiens magnitudinem suam novit, ideo contumelia ad eum non pertinet, quippe quam nomen et rem a contentu habere putat. C. XI. 2) Quum nemo nisi, superbus et insolens contumeliam infert, sapiens tales spernit. 3) Nemo maiorem atque meliorem se contemnit: is autem est sapiens. Ergo in se dicta videt, ut in convivis ioculos puerorum. Sed quid? fert igitur haec omnia sapiens? non castigat aut compefcit? imo facit interdum, sicut illos ipsos pueros castigare solemus: non quia malum ille sapiens acceperat ab iis, sed quia fecerunt, et ut desinant facere. C. XI. XII. Neque tamen hanc animi firmitatem alienam a vivo sapiente esse credere licet, quum et in aliis eam animadvertamus: e. c. in medico, qui pbreneticis non irascitur. Scit enim sapiens, omnes alios homines, qui non e praeceptis Philosophiae vivant, insanire, et ideo esse aegros. Iccirco nec irascitur, nec moxetur contumeliis potentiorum, ditiorumque, altorumque, e. c. mulieris, luxu et mollitie diffusentis eiusdemque imprudentis. C. XIII. XIV. Iam mixtimum utramque, et iniuriam et contumeliam, refutat. Nam quum securitas propria est sapientis, illa carere debet, si alterutram accipit aut accipere potest. Simile et Epicurei praeceperant, sed minus fortiter: Raro sapienti intervenit Fortuna. C. XV. Haec naturae non repugnant: sensus enim doloris non detrahatur iniuriis, sed nomen. Denique levia pleraque, quibus vulgus offenditur, reicienda sunt et ridenda, ne ipse ridearis. — C. XVIII. Concludit admonitione, quomodo et tironi et qui iam ad philosophiam pervenit, iniuriae sint ferendae. Illi cum morsu aliquo animi et colluctatione: huic sine alterutro: victor enim iam agit ante se utramque et triumphat.

Quo tempore scriptus sit hic liber, satis certo desiniri nequit, Si Lipsii iudicium sequaris, editus est sub tempus libri De Tranquillitate. An. cui vulgo etiam ante Lipsium innoxerant: fortasse magis propterea, quod ad eundem Serenum missus erat, quam quod

pro secunda parte istius libri haberi debeat. Nam volumen per se efficere manifestum est.

Quam dogmata, quae noster in hoc libro exposuit, potissima sunt in iis, quae ad philosophiam moralem Stoicorum pertinent, non opus est, ut ii hic adducantur, quorum scripta eiusdem argumenti laudari possent. Cf. Fabric. Bibl. Graec. Vol. III. in Catalogo Stoicorum Chrysippus p. 546. Cleanthes p. 551. sqq. Panaetius p. 569. al.

I.

Tantum inter Stoicos, Serene, et ceteros sapientiam professos interesse, quantum inter feminas et mares, non immerito dixerim: quum utraque turba ad vitae societatem tantundem conferat, sed altera pars ad obsequendum, altera imperio nata sit. Ceteri sapientes molliter et blande, ut fere domestici et familiares medici aegris corporibus, non quâ optimum et celerrimum est, medentur, sed quâ licet: Stoici virilem ingressi viam, non ut amoena ineuntibus videatur curae habent, sed ut quamprimum nos eripiant, et in illum editum verticem educant, qui adeo extra omnem teli iactum surrexit, ut supra fortunam emineat. At ardua per quae vocamur, et contra-

ANIMADVERSIONES.

Cap. I. Stoici praestant quos Stoici pro cognatis et omnes ceteros philosophos suae partis addictis habuere. virili, quam ingrediuntur. Cf. ap. Diog. Laert. VII, 121. via, quae initio quidem aspera, sed mox plana fit. Nec Apollodorus ἐν τῇ ἡθικῇ. officit, quod sapienti mala Lipsii Manuduct. ad Stoic. phil. I, 13. p. 42. sq. turba accident.

1. Ceteros — professos] i. emineat. Pro vulgata opinione de philosophis haec eadem philosophos. Cynicos certe venditat Hermotimus ap. Lucian. T. IV. p. 21. bip. — excipias, ait Lipsius, qui ἡκουον ἀπάντων λεγόντων duritiae et robore super ipsos Stoicos: etsi dogmate fere conveniebant. At h. I. Cynicos ipse excepit, quippe ὡς οἱ μὲν Ἐπικύραιοι γλυκόθυμοι, καὶ Φιλύδονοι εἰσιν.

fragosa sunt. Quid enim plano aditur excelsum? Sed ne tam abrupta quidem sunt, quam quidam putant: prima tantum pars saxa rupesque habet, et invii speciem, sicut pleraque ex longinquo speculantibus * abscisa et connexa videri solent, quum aciem longinquitas fallat. Deinde propius adeuntibus eadem illa, quae in unum congefserat error oculorum, paulatim adaperiuntur: tum illis, quae praecipitia ex intervallo apparebant, redit lene fastigium. Nuper ³ quum incidisset mentio M. Catonis, indigne ferebas (sicut es iniquitatis impatiens) quod Catonem aetas sua parum intellexisset, quod supra Pompeios et Caesares surgentem infra Vatinios posuisset: et tibi indignum videbatur, quod illi dissuasuro legem, toga in foro esset

VARIETAS LECTIONIS.

Cap. I. 2. *abscisa*: omnes MSS. dant. Haec forma verbi, *abscidere* nostro familiarior est quam altera, *abscindere*: e. c. de Ira I, 15, 2. De Clement. I, 14, 3. *abscidat*, non: *abscindat*. ib. 19, 5. *abscidere*, non: *abscindere*. Gronovium secutus sum: quem et cf. ad Liv. XLIV, 5. ubi aut abolendum censet το' *abscissus*, aut non tam membranas, quam rationem aliquam et aurem decernere oportere, ubi sit hoc aut illud ponendum.

είσω· οἱ Περιπατητικοὶ δὲ καὶ Φιλόπλεστοι καὶ ἐριστικοὶ τινες· οἱ Πλατωνικοὶ δὲ τετύφωνται καὶ Φιλόδοξοι εἰσι. περὶ δὲ τῶν Στωϊκῶν πολλοὶ ἔφασκον, ὅτι ἀνδράδεις, καὶ πάντα γιγνώσκουσι· καὶ ὅτι ὁ ταύτην ἰὼν τὴν ὁδὸν μόνος βασιλεὺς, μόνος πλούσιος, μόνος σοφός καὶ συνόλως ἅπαντα. *Medicos* plerumque hac aetate fervos aut libertos fuisse, res nota vel e Cilani Antt. Rom.

2. Explicat, quae de Ira II, 13, 3. nude posuerat. *adaperiuntur*, separata in conspectum veniunt. Eundem loquendi usum iam ap. Virg. Aen. III, 275. 531. invenies, explicatum ab Heynio ad III, 410.

3. De *M. Catone* Uticensi agi constat. Omnis historia testatur, e. c. Dio Cass. XXXVII, 22. XXXVIII, 3. Senec. Ep. 14. De lege tamen ambigi potest: utrum Metelli trib. pl. fuerit de Pom-

esset erepta, quodque a Rostris usque ad arcum Fabianum per seditiosae factionis manus tractus, voces improbas, et sputa, et omnes alias insanae multitudinis contumelias pertulisset. Tunc ego respondi habere te quod Reipublicae nomine movereris, quam hinc P. Clodius, hinc Vatinius, ac pessimus quisque venundabat, et caeca cupiditate corrupti, non intelligebant, se, dum vendunt, et venire.

II. Pro ipso quidem Catone securum te esse iussit: nullum enim sapientem nec iniuriam accipere, nec contumeliam posse; Catonem autem certius exemplar sapientis viri nobis deos immortales dedisse, quam Vlysses et Herculem prioribus seculis. Hos enim Stoici nostri sapientes pronuntiaverunt, invictos laboribus, contemptores voluptatis, et victores omnium
2^a terrorum. Cato cum feris manus non contulit, quas
con-

Cap. II. a. *terrorum*. Lipsium sequor. Antea: *terrarum*: *Terrores* vicisse, non *terras* constat, et nexus postulat.

Pompeio in Italiam cum copiis vocante, an Caesaris, de agro Campano dividendo. *arcum Fabianum*. Cic. Verr. Act. I, 7. ibi Aseonius haec habet: Arcus est iuxta Regiam in sacra via, a Fabio Censore constructus, qui a devictis Allobrogibus Allobrox-cognominatus est: ibique statua eius posita propterea est.

Cap. II. Nullus enim sapiens nec iniuriam accipere nec contumeliam potest.

1. *Vlysses et Herculem — terrorum*] iam antea monuimus, Stoicis fuisse propriam.

fabulas allegorice interpretandi: quem morem etiam in Vlysses et Hercule ut sapientibus extollendis adhibuerunt. De Vlysses nemo facile dubitaverit: Herculem vero sapientem pronuntiari mirationem facere possit. Sed recorderis, fuisse magnam fabularum ad Herculem spectantium varietatem: deinde Sophistas rhetorasque Hercule ad hominem fortem, virtutis amantem et sapientem repraesentandum usos esse, e. c. Prodicum ap. Xenoph. Memor. Socrat. II, 1, 21. sq. Ita factum est, ut Stoicis via
muni-

confectari venatoris agreffisque est: nec monstra igne ac ferro persecutus est, nec in ea tempora incidit, quibus credi posset coelum unius humeris inniti, excussa iam antiqua credulitate, et seculo ad summam perducto solertiam. Cum ambitu congressus, multi-³ formi malo, et cum potentiae immensa cupiditate, quam totus orbis in tres divisus fatiare non poterat, adversus vitia civitatis degenerantis, et pessum sua mole fidentis, stetit solus, et cadentem Rempublicam, quantum modo unâ retrahi manu poterat, retinuit: donec vel abreptus, vel abstractus, comitem se diu sustentatae ruinae dedit: simulque extincta sunt, quae nefas erat dividi. Neque enim Cato post liber-⁴ tatem vixit, nec libertas post Catonem. Hinc tu putas iniuriam fieri potuisse a populo, quod aut praeturam illi detraxit, aut togam? quod sacrum illud caput purgamentis oris asperfit? Tutus est sapiens, nec ullâ affici aut iniuriâ, aut contumeliâ potest.

III. Videor mihi intueri animum tuum incensum, et effervescentem. paras acclamare: „Haec sunt quae auctoritatem praeceptis vestris detrahant! magna promittis,

munita esset. Hinc quoque eius confortium cum Musis exortum est, quarum ductor, musagetes, apud Romanos colebatur. Cf. Intpp. ad Sueton. Aug. 29. et Heynii Comment. Soc. Gotting. III, XXIII. fq.

2. *unius hominis*] sive Atlantidis, sive Herculis, qui in succollando ei successit.

3. *ires*] Caesarem, Pompeium et Crassum.

Cap. III. Tametsi sapiens tentatur et lacesitur, nulli

tamen iniuriae obnoxius est. Cf. Lipsii Manud. ad stoicam Philosophiam III, 18. p. 188. fqq.

1. *vestris*] i. Stoicis. Exprobrationes, quas hic in Stoicos coniectas vides, a primis inde temporibus huius sectae contra eos depromtas esse, docet Lipsius Manud. ad Stoic. phil. I, 14. Quod autem cuicumque philosopho magno, imprimis novae sectae conditori, accidere solet, et Zenoni aliisque Stoi-

mittis, et quae ne optari quidem, nedum credi possint: deinde ingentia locuti, quum pauperem negatis esse sapientem, non negatis solere illi et servum, et vestem, et tectum, et cibum deesse; quum sapientem negatis insanire, non negatis et alienari, et parum sana verba emittere, et quidquid vis morbi cogit, audere; quum sapientem negatis servum esse, iidem non itis infitias, et venum iturum, et imperata facturum, et domino suo servilia praestiturum ministeria. Ita, sublato alte supercilio, in eadem quae ceteri, descenditis, mutatis rerum nominibus. Tale itaque aliquid et in hoc esse suspicor, quod prima specie pulchrum atque magnificum est: nec iniuriam nec contumeliam accepturum esse sapientem.

3 Multum autem interest, utrum sapientem extra indignationem, an extra iniuriam ponas. Nam si dicis, illum

cis evenit, ut verba nova, non res attulisse accusarentur ab iis, qui eorum decreta animo complecti non poterant. At falsum id esse, docuit Tiedemann T. II. p. 427. sqq. Chrysippus ideo dixit, Lipsio laudante: *Διὸ καὶ διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῶν τε μεγάλους καὶ τῶν κάλλους πλάσμασι δοκοῦμεν ὅμοια λέγειν, καὶ ἔκαστὸν τὸν ἀνθρώπον, καὶ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν. quum pauperem — audere.* Eufus haec explicat Lipsius Manud. ad Stoic. phil. III, 11 et 18. Docuerunt Stoici: sapientem sibi sufficere; eius omnia esse non occupatione, sed animo. Virtutes enim possidet, quae sunt magnae aestimationis et

pretii: ideoque solus est dives. Vid. Noster de Benef. VII, 4. Neque sapientem insanire, docuere, i. nulla vi aut casu virtutem iis eripi posse, Cleanthe auctore, et Seneca Ep. I. Horat. Serm. II, 3, 43. sq. Quum omnia haec praecepta ad animum et virtutes spectarent, male ab aliis iisque adversariis intellecta rixas pepererunt et exprobrationes: quibusdam, quae dicerent, a consuetudine loquendi abhorrentibus (de Benefic. II, 35.). Cf. Cic. Paradox. V.

3. *indignationem*] i. utrum dicas, eum non curare iniuriam, an iniuriae non esse obnoxium.

illum aequo animo laturum, nullum habet privilegium. contigit illi res vulgaris, et quae dicitur ipsa iniuriarum assiduitate, patientia. Si negas accepturum iniuriam, id est, neminem illi tentaturum facere; omnibus relictis negotiis, Stoicus fio.“ Ego 4
 vero sapientem non imaginario honore verborum exornare constitui, sed eo loco ponere, quo nulla permittatur iniuria. „Quid ergo? nemo erit qui laeessat, qui tentet?“ Nihil in rerum natura tam facrum est, quod sacrilegum non inveniatur: sed non ideo divina minus in sublimi sunt, si existunt, qui magnitudinem, multum ultra se positam, a non icturi appetant. Invulnerabile est, non quod non feritur, 5
 sed quod non laeditur. Ex hac tibi nota sapientem exhibeo. Numquid dubium est, quin certius robur sit, quod non vincitur, quam quod non laeessitur? quum dubiae sint vires inexpertae: ac merito certissima firmitas habeatur, quae omnes incurfus respuit. Sic tu sapientem melioris scito esse naturae, si nullius illi iniuria nocet, quam si nulla sit. Et illum 6
 fortem virum dicam, quem bella non subigunt, nec admota vis hostilis exterret: non cui pingue otium est, inter desides populos. Huiusmodi igitur sapientem nulli esse iniuriae obnoxium. Itaque non refert, quam multa in illum coniciantur tela, quum sit nulli penetrabilis. Quomodo quorundam lapidum in expu- 7
 gnabilis ferro duritia est, nec secari adamas, aut caedi, vel deteri potest, sed incurrentia ultro retundit: quem-

Cap. III. a. non icturi appetant. E codd. reduxit Gron. Antea: petant.

5. Numquid dubium —
 respuit] cf. de Provid. 4.

6. Huiusmodi — obnoxium]
 repetas ex antecedentibus:
 dicam.

Vol. I.

7. Quomodo — retundit]
 Nec nostris artificibus lima
 anglica vel optima usis ces-
 sisse gemnam adamantem con-
 stat. Neque tamen de poli-
 tura

B b

quemadmodum quaedam non possunt igne consumi, sed flammâ circumfusâ rigorem suum habitumque conservant: quemadmodum proiecti in altum scopuli mare frangunt, nec ipsi ulla saevitiae vestigia, tot verberati seculis ostentant: ita sapientis animus solidus est, et id roboris collegit, ut tam tutus sit ab iniuria, quam illa quae retuli.

IV. „Quid igitur? non erit aliquis qui sapienti facere tentet iniuriam?“ Tentabit, sed non perventuram ad eum. Maiore enim intervallo a contactu inferiorum abductus est, quam ut ulla vis noxia usque ad illum vires suas perferat. Etiam quum potentes, et imperio editi, et consensu ferventium validi, nocere ei intendunt: tam citra sapientem omnes eorum impetus deficient, quam quae nervo tormentisve in altum exprimuntur, quum extra visum exsilierunt, 2 citra coelum tamen flectuntur. Quid? tu putas, quum stolidus ille rex multitudine telorum diem obscurasset, ullam sagittam in Solem incidisse? aut demissis in profundum catenis Neptunum potuisse contingi? Vt coelestia humanas manus effugiunt, et ab his qui templa diruunt, aut simulacra conflant, nihil divinitati nocetur: ita quidquid fit in sapientem proterve, petulan-

tura adamantis, quae pulvere ex eadem gemma petito fieri solet, et apud Veteres quoque in usu fuisse videtur, nec de indomita eius per ignem vi (quam victam esse novimus) nunc fermo est. Cf. quae Funke (*Naturgeschichte und Technologie*, T. III. p. 157. sqq.) de hac gemma collegit. *scopuli* promontoriorum etc.

Cap. IV. Vir sapiens intactus et impenetrabilis est iniuriis et contumeliis.

1. *tentabit*] sc. aliquis. *imperio ed.* ad imperium evecti. *nervo tormentisve*, cf. ad de Ira I, 9, 1.

2. *Stolidus ille Rex*] Xerxes. Herodot. VII, 33. sq. 108. sq. ibiq. laudat. Leonidam tela Perfarum solem obscurantia derisisse, et Xer-

xem

tulanter, superbe, frustra tentatur. „At fatius erat, 3
neminem esse qui facere vellet!“ Rem difficilem
optas humano generi, innocentiam. Et non fieri,
eorum interest qui facturi sunt, non eius qui pati, ne
si fiat quidem, non potest. Immo nescio, an magis
vires sapientia ostendat tranquillitatis inter laceffen-
tia: sicut maximum argumentum est imperatoris, ar-
mis virisque pollutis, tuta securitas et in hostium
terrâ. Dividamus, si tibi videtur, Serene, iniuriam 4
a contumeliâ. prior illa naturâ gravior est: haec
levior, et tantum delicatis gravis: quâ non laeditur,
sed offenduntur. Tanta est tamen animorum
dissolutio et vanitas, ut quidam nihil acerbius pu-
tent. Sic invenies servum, qui flagellis quam cola-
phis caedi malit, et qui mortem ac verbera tolerabi-
liora credat, quam contumeliosa verba. Ad tantas 5
ineptias perventum est, ut non dolore tantum, sed
doloris opinione vexemur: more puerorum, quibus
metus incutit umbra, et personarum deformitas, et
depravata facies; lacrimas vero evocant nomina pa-
rum grata auribus, et digitorum motus, et alia,
quae impetu quodam erroris improvidi refugiunt.

B b 2

V. In-

xem verberasse Hellepontum
et catenas ut vincula iniici-
endas in mare curasse ira-
tum constat ex locis ad-
ductis.

3. *Et non fieri — potest*]
Improbis utilis impiorum
turbæ est, nec sapienti nocet,
qui iniurias vel infligtas,
quia spernit, pati nequit. *si*
fiat sc. iniuria. Sequens
discrimen inter iniuriam et
contumeliam Stoico dignum
est, spinosiore saepe quam
opus erat. Contumelia enim

saepissime iniuria quoque est,
quandoquidem mala eam se-
qui solent. Inde tamen ex-
cusatur noster, quod h. l. rem
per se considerat, et leviora
contumeliae genera respicit,
ut exemplum servi, qui flagel-
la, vulgares servorum poenas,
praeferre solebat colaphis,
quibus irrisio et ludibrium
inerat.

5. *digitorum motus*] ad
denotandum hominem ni-
grum, infamem. Cf. Persii
Sat. II, 33. ibiq. Intpp.

V. Iniuria propositum hoc habet, aliquem malo afficere: malo autem sapientia non relinquit locum. Vnum enim malum illi est turpitudō: quae intrare eo, ubi iam virtus honestumque est, non potest: iniuria ergo ad sapientem non pervenit. Nam si iniuria alicuius mali patientia est, sapiens autem nullius mali est patiēns, nulla ad sapientem iniuria pertinet. Omnis iniuria deminutio eius est, in quem incurrit, nec potest quisquam iniuriam accipere sine aliquo detrimento vel dignitatis, vel corporis, vel rerum extra nos positarum: sapiens autem nihil perdere potest: omnia in se reposuit, nihil fortunae credit, bona sua in solido habet, contentus virtute, quae fortuitis non indiget. Ideoque nec augeri, nec minui potest: nam in summum perducta incrementi non habent locum. Nihil eripit fortuna, nisi quod dedit: virtutem autem non dat: ideo nec detrahit. Libera est, inviolabilis, immota, inconcussa; ^a sic contra casus indurat, ut nec inclinari quidem, nedum vinci possit. Adversus apparatus terribilium rectoros oculos tenet, nihil ex vultu mutat, sive illi dura, sive secunda ostentantur. Itaque nihil perdet, quod perire sensurus sit. Vnius enim in possessione virtutis est, ex quā depelli nunquam potest: ceteris precariō utitur. quis autem iacturā movetur alieni?

3 Quodsi iniuria nihil laedere potest ex his, quae propria

Cap. V. a. sic contra casus indurat. E codd. et priscis edd. restituit Gron. Pincianus e coniectura: Sic contra casus obdurata, ut. Intelligas: se, s. animum.

Cap. V. Quum iniuria malum sit, virtutem vero nec laedere nec diminuere possit, in virum sapientem non cadit. Facile hic ἀπάθειαν Stoicam deprehendes. cf. de Tranq. Anim. C. XI. et Cic.

Paradox. II. Ὅτι αὐτάρκης ἢ ἀρετὴ πρὸς εὐδαιμονίαν.

2. rectoros] interritos. Cf. Bentley ad Horat. Odd. I, 3, 18. ubi nostrum locum non praetermisit.

pria sapientis sunt, quia virtute sua salva sunt: iniuria sapienti non potest fieri. Megaram Demetrius ceperat, cui cognomen Poliorcetes fuit. ab hoc Stilpon philosophus interrogatus, numquid perdidisset, „Nihil,“ inquit: „omnia namque mea mecum sunt.“ Atqui et patrimonium eius in praedam cesserat, ^b et filias rapuerat hostis, et patria in alienam ditionem venerat, et ipsum rex circumfusus victoris exercitus armis ex superiore loco rogitabat. Ille victoriam illi excussit, et se, urbe capta, non victum tantum, sed indemnem esse testatus est; habebat enim secum vera bona, in quae non est manus iniectio. At ea quae dissipata et direpta ferebantur, non iudicabat sua, sed adventitia, et nutum fortunae sequentia: ideo non ut propria dilexerat. Omnium enim extrinsecus affluentium lubrica et incerta possessio est. Cogita nunc, an huic fur, aut

B b 3

calu-

b. et filias rapuerat hostis, et patria in alienam ditionem venerat, et ipsum rex circumfusus victoris exercitus armis ex sup. loc. rog. Ille victor. illi exc. E codd. bonis reduxit Gron. Antea e. c. ap. Erasmi. et filias rapuerat hostis, et patriam violaverat. Ille illi victoriam excussit.

3. *Megaram etc.*] Demetrius filius Antigoni, unius e successoribus (*διαδόχοις*) Alexandri, Megaram, urbem atticam celebrem, cepit OL. 118, 2. Callandro Antipatris filio debellato. (Diodor. XX, 45. 46.) De *Stilpone* cf. Diog. Laert. II, 115. ubi Menag. nostrum locum adhibuit. Fabricii Bibl. Gr. II, 719. sq. Tiedemann II, 411. sqq. *cesserat*, pervenerat. Alioquin haec eadem de Biante, uno e septem sapientibus, Priene suâ captâ fugiente narrantur ap. Ciceron. I, 2. *Paradox-*

dubitanter tamen; addit enim: ut opinor. *filias*: unius filiae Diogenes meminit l. I. et metuo, ne reliquae Stilponi a nostro obrudantur. Eandem sententiam tuitus est P. Bayle T. IV. Stilpon. F. p. 283.

4. *manus iniectio*] fit a domino, qui sibi suum vindicat, sive ab accusatore, qui vocatum nec comparentem ad iudicem vi trahere poterat. Cf. Fragmenta XII. tabb. ex recens. Funccii, Goetting. 1756. p. 4.

calumniator, aut^c vicinus potens, aut dives aliquis regnum orbae senectutis exercens, facere iniuriam possit, cui bellum et hostis ille egregiam artem quassandarum urbium professus, eripere nihil potuit. Inter micantes ubique gladios, et militarem in rapinâ tumultum, inter flammam et sanguinem stragemque impulsæ civitatis, inter fragorem templorum super deos suos cadentium, uni homini pax fuit.

VI. Non est itaque quod audax iudices promissum: cuius tibi, si parum fidei habeo, sponsorem dabo. Vix enim credis tantum firmitatis in hominem, aut tantam animi magnitudinem cadere, sed si prodit in medium, qui dicat: „Non est, quod dubites, an tollere se homo natus supra humana possit, an dolores, damna, ulcerationes, vulnera, magnos motus rerum circa se frementium securus adspiciat, et dura placide ferat, et secunda moderate: nec illis cedens,

c. vicinus potens Vulgata lectio, quam Gronov. e codd. quibusdam immutavit: *vicinus impotens i. improbus*. Vulgatum tamen bene habet: est enim in codd. quoque et in edd. e. c. Erasmi. Deinde improbitas illa, quam hic Gronov. desiderasse videtur, continetur sequentibus: *facere iniuriam possit*. Accedit, quod *potens* cum *divite* plerumque coniungitur. Proinde redixi *potens*. Ceterum *ro' impotens* non omnino spernendum est.

5. *aut dives aliquis — exercens*] Cicero Paradox. V. 2. explicat: hereditatis spes quid iniquitatis in serviendo non suscipit? quem nutum locupletis senis non observat? loquitur ad voluntatem: quidquid denunciatum sit, facit: affectatur, affidet, muneratur. Cf. ad Consolat. ad Marc. XIX, 1. Horat. Serm. II, 5. *hostis ille*, Demetrius iam supra memoratus: Po-

lior cetes, s. urbicapus, uti Lipsius addit, dictus. Plutarchus (T. V. Reisk.) eius vitam descripsit.

Cap. VI. Pergit Stilponis exemplo docere, sapientem extra iniuriam et fortunæ ludibria positum esse, nec in publica clade quidquam perdere, sed omnia secum portare.

1. *Sponsorem*] Stilponem. *credis mihi: sed* Stilponi.

For-

cedens, nec his fretus, unus idemque inter diversa fit, nec quidquam suum, nisi se, putet esse, eâ
 * quaque parte quâ melior est. En adsum hoc vo- 2
 bis probaturus, sub isto tot civitatum everfore, munimenta incussu arietis labefieri, et turrium altitudinem cuniculis ac latentibus fossis repente residere, et aequaturum editissimas arces aggerem crescere: at nulla machinamenta posse reperiri, quae bene fundamentum animum agitent. Erepsi modo e ruinis domus, et incendiis undique relucentibus, flammam per sanguinem fugi. Filias meas qui casus habeat, an peior publico, nescio. Solus, et senior, et hostilia circa me omnia videns, tamen integrum incolumemque esse censum meum profiteor; teneo, habeo quidquid mei habui. Non est quod me victum, victo- 3
 remque te credas: vicit fortuna tua fortunam meam! Caduca illa, et dominum mutantia, ubi sint nescio: quod ad res meas pertinet, mecum sunt, mecum erunt. Perdiderunt isti divites patrimonia, libidinosi amores suos, et magno pudoris impendio dilecta

B b 4

scor-

Cap. VI. a. ea quaque parte (animi). In textum e coniectura mea recepi: quoniam το' quoque nullum sensum promittit. Ea quaque p. explicationis causa το' se adiecta sunt.

Fortasse sequentia aut similia quaedam in Stilponis libris occurrerunt: quamquam noscitur haec ἐπιδεικτικῶς ex persona Stilponis extulisse videri potest. ea quoque — melior est: explicative adiecta sunt propter το' se: intelligit animum, quo supra humana elatus est.

2. De ariete, machinamento Veterum ad muros quassandos et diruendos aptato

et de cuniculis fossisque latentibus, sub muro urbis duci solitis ab oppugnatoribus omnia nota sunt vel ex Nieupoortio, al. Lipsius laudat Poliorcetica sua. per sanguinem occisorum. an peior publico sc. casu, i. interitu. Cogitat de servitute, de pudore perduto, de membris truncatis etc. Gronovio interprete.

3. amores suos] amafios, τὰ πειδικὰ magno pudoris — scor-

scorta, ambitiosi curiam, et forum, et loca exer-
 4 cendis in publico vitiis destinata; feneratores perdi-
 derunt tabellas suas, quibus avaritia falso laeta divi-
 tias imaginatur: ego quidem omnia integra illibata-
 que habeo. Proinde istos interroga qui flent, qui
 lamentantur, strictis gladiis nuda pro pecunia cor-
 pora opponunt, qui hostem onerato sinu fugiunt.“
 5 Ergo ita habe, Serene, perfectum illum virum, hu-
 manis divinisque virtutibus plenum, nihil perdere.
 Bona eius solidis et inexsuperabilibus munimentis
 praecincta sunt. Non Babylonios illi muros contuleris,
 quos Alexander intravit: non Carthaginis aut
 Numantiae moenia, unâ manu capta: non Capito-
 lium, arcemve; habent ista hostile vestigium. Illa
 quae sapientem tuentur, a flamma et ab incurfu tuta
 sunt: nullum introitum praebent, excelsa, inexpu-
 gnabilia, diis aequa.

VII, Non est quod dicas, ita ut soles, hunc sa-
 pientem nostrum nusquam inveniri. Non fingimus
 istud humani ingenii vanum decus, nec ingentem
 ima-

scorta et seq. e moribus ro-
 manis sunt diiudicanda: grae-
 cis enim turpe non erat scor-
 ta (*ἔρσιπας*) diligere, quod
 cuique vel ex praefatione
 Cornel. Nep. notum est. *am-
 bitiosi — destinata*, cf. de Ira
 II, 7, 4.

4. *tabellas*] in quibus pe-
 cunia, quam aliis sub usuris
 commodaverant, s. quam alii
 apud feneratores, argenta-
 riosve deposuerant, perscri-
 pta erat una cum contractibus
 et cautionibus. Horat. II,
 Serm. III, 69. Cf. Ernesti

Opusc. oratoria p. 402, et
 Siberi Dissertatt. de argenta-
 riiis. *falso laeta*, falsae enim
 sunt divitiae istae.

5. *una manu*] i. Scipionis
 posterioris Africani vi. *Capito-
 lium arcemve*. Pars ex-
 trema montis Saturnii, regum
 tempore arcem habuit, et
 postea *arx* dicta: contigua
 erat Capitolio. Saepe pro-
 pterea coniunguntur ap. clas-
 sicos auctt. e. c. ap. Cic. IV.
 Catilin. IX.

Cap. VII. Sapientem vi-
 rum raro quidem, tamen in-
 terdum

imaginem falsae rei concipimus; sed qualem confirmamus, exhibuimus, et exhibebimus. Raro forsitan, magnisque aetatum intervallis invenitur; neque enim magna, et excedentia solitum ac vulgarem modum, crebro gignuntur. ceterum hic ipse M. Cato, a cuius mentione haec disputatio processit, vereor ne supra nostrum exemplar sit. Denique validius debet esse quod laedit, eo quod laeditur. non est autem fortior nequitia virtute: non potest ergo laedi sapiens. Iniuria in bonos nisi a malis non tentatur: bonis inter se pax est: mali tam bonis perniciosi quam inter se. Quodsi laedi nisi infirmior non potest: malus autem bono infirmior est: nec iniuria bonis, nisi a dispari, verenda est: iniuria in sapientem virum non cadit. Illud enim iam non es admonendus, neminem bonum esse nisi sapientem. „Si iniuste,“ inquis, „Socrates damnatus est, iniuriam accepit.“ Hoc loco intelligere nos oportet, posse evenire, ut faciat aliquis iniuriam mihi, et ego non accipiam: tanquam si quis rem quam e villa meâ furripuit, in domo meâ ponat: ille furtum fecerit, ego nihil perdiderim. Potest aliquis nocens fieri, quamvis non nocuerit. Si quis cum uxore sua tanquam alienâ concumbat, adulter erit, quamvis illa adulte-

B b 5

ra

terdum inveniri. Redit deinde ad docendum, sapientem ab iniuria laedi non posse. Vide Lipsii Manud. ad philosoph. Stoic. II, 8. p. 82. sq. ubi multa loca Ciceronis aliorumque affert, neminem mortalem, docentium, illam sapientiam esse consecutum. Ἐστὶ δὲ ἕτερος ἑδάμῃ γῆς, ἑδὲ γέγονεν, ait Plutarch. et ipse Stoicus in libro: de

pugn. Stoicor. Cf. nostrum in Epist. 42. Enimvero fatiis est, quod nemo negat, qualem sapientem describi a Stoicis viderent, eum posse tamen esse. Eadem ratio etiam est circa virtutem et veritatem, quibus qui propior accesserit, is optimus haberi debet.

1. *Supra nostrum exemplar sit*] Lipsius de communi nostra

- 4 ra non fit. Aliquis mihi venenum dedit, sed vim suam remixtum cibo perdidit; venenum illud dando, scelere se obligavit, etiamsi non nocuit. Non minus latro est, cuius telum opposita veste elusum est. Omnia scelera etiam ante effectum operis, quantum culpae fatis est, perfecta sunt. Quaedam eius conditionis sunt, et hac vice copulantur, ut alterum sine altero esse possit, alterum sine altero non possit.
- 5 Quod dico, conabor facere manifestum. Possum pedes movere, ut non curram: currere non possum, ut pedes non moveam. possum, quamvis in aqua sim, non natare; si nato, non possum in aquâ non esse. Ex hac forte et hoc est, de quo agitur. si iniuriam accepi, necesse est factam esse. si est facta, non est necesse accepisse me. Multa enim incidere possunt, quae submoveant iniuriam. Vt intentam manum deiicere casus potest, et emissâ tela declinare: ita iniurias qualescunque potest aliqua res depellere, et in medio intercipere, ut et factae sint, nec acceptae.

VIII. Praeterea nihil iniustum iustitia pati potest, quia non coeunt contraria; iniuria autem non potest fieri, nisi iniuste: ergo sapienti iniuria non potest fieri. Nec est quod mireris, si nemo potest illi iniuriam facere, nec prodesse quidem quisquam potest. et sapienti nihil deest, quod accipere possit lo-

co

stra forte intelligit. Ordo tamen poscere videtur, ut de sapiente, quem descripserat, Catone inferiore cogitemus.

4. *Omnia scelera*] Cf. de Benef. V, 14.

Cap. VIII. Nemo sapienti neque nocere, neque prod-

esse potest, Cf. de Benef. VII, 4. et Ciceron. Paradoxa.

1. *nec prodesse*] Omnia enim sapientis sunt: nulla re eget: et se ipso contentus est ad beate vivendum. Nota praecepta Stoicorum sunt,

co muneris: et malus nihil potest tribuere sapienti. Habere enim prius debet, quam dare: nihil autem habet, quod ad se transferri sapiens gavifurus sit. Non potest ergo quisquam aut nocere sapienti, aut 2 prodesse: quemadmodum divina nec iuari desiderant, nec laedi possunt. sapiens autem vicinus proximusque diis consistit, excepta mortalitate, similis Deo. Ad illa nitens pergensque excelsa, ordinata, intrepida, aequali et concordii cursu fluentia, securam, benignam, a bono publico natus, et sibi et aliis salutaris, nihil humile concupiscet, nihil flebit, quod rationi innixus, per humanos casus divino incedet animo. Non habet ubi accipiat iniuriam. ab homine me tantum dicere putas? nec a fortunâ quidem: quae quotiens cum virtute congressa est, nunquam par recessit. Si maximum illud, ultra quod nihil 3 habent iratae leges, aut saevissimi domini minantur, in quo imperium suum fortuna consumit, aequo placidoque animo accipimus, et scimus mortem malum non esse, ob hoc ne iniuriam quidem; multo facilius alia tolerabimus, damna, dolores, ignominias, locorum commutationes, orbitates, discidia. quae sapientem, etiamsi universa circumveniant, non mergunt; nedum ad singulorum impulsus moereat. Et si for-

Cap. VIII. a. bono publico natus et sibi et aliis salutaris: ex emend. Lipsii. Antea: — nata — salutaria. B. P. N. vel B. R. P. N. (i. bono reipublicae natus) est formula in principum laudem crebra in lapideis monumentis, quam hic expressam putavit Vir doctus.

2. *excepta mortalitate*] est, qua fortunae imperium terminatur. *etiamsi universa* haec mala simul sapientem *circumveniant*. Est Horatianum illud: si fractus illabatur orbis impavidum ferient ruinae; Od.

3. *Si maximum illud*] Sc. mortem, quippe quae ultima

fortunaē iniurias moderate fert; quanto magis hominum potentium, quos scit fortunaē manus esse?

IX. Omnia itaque sic patitur, ut hiemis rigorem, ut intemperantiam coeli, ut fervores morbosque, et cetera forte accidentia. Nec de quoquam tam bene iudicat, ut illum quidquam putet consilio fecisse, quod in uno sapiente est: aliorum omnium non consilia, sed fraudes, et insidiae, et motus animorum inconditi sunt, quos casibus adnumerat. ^a Omne autem fortuitum citra nos saevit, et iniuriatur. Illud quoque cogitat, iniuriarum latissime patere materiam illis, per quae periculum nobis quaesitum est: ut, accusatore submissō, aut criminatione falsa, aut irritatis in nos potentiorum motibus, quaeque alia inter ² togatos latrocinia sunt. Est et illa iniuria frequens, fi

Cap. IX. a. *Omne autem fortuitum citra nos saevit, et iniuriatur.* Sic optimi codd. et edd. e. c. Erasmi, nisi quod hic habet: *citra nos*, male, ut facile videbis. Nos sumus elati supra saevitiam et iniurias fortuitas, si quidem sapientes sumus. Lipsius explicat bene: Sapiens fortuita fert, et quidquid non consilio evenit: ergo et iniuriam, quia ea a stultis, quibus non est consilii copia, proficiscitur. *Iniuriatur* occurrit et ap. Tertullian. advers. Gnosticos. 6. Lipsius tamen emend. etiam *iniuria*. Gron. autem: *Omne — saevit: et iniuria igitur.* Vnus enim cod. dabit: *et iniuriatur*, et quinque; *et invitia*.

Od. III, 3, 7. In quo loco sapientem Stoicum describi putem impavidum vel inter ruinas orbis terrarum a Iove quassati. *manus*, instrumenta.

Cap. IX. Omnia sapiens sic patitur, ut fortuito accidentia. Sapiens autem Stoicus solummodo prudens est, ceteri omnes insaniunt, *ut* cuique ex Horatio suo Serm.

II, 3, 40. sqq. notum esse potest.

1. *consilio*] prudentia et intelligentia recta: opponuntur *motus an. inc.* i. impetus. *illis* malis; mox explicat exemplis, *ut — submissō*, subornato ab aliis. *togatos* i. Romanos, s. magistratus rom.

2. *Est et illa — averfa est*] Cf. de Ira III, 34. *praemium*, commodum aliquod — here.

si lucrum alicui excussum est, aut praemium diu captatum; si magno labore affectata hereditas averfa est, et quaestuosae domus gratia erepta. haec elugit sapiens, qui nescit nec in spe, nec in metu vivere. Adiice nunc, quod iniuriam nemo immotâ mente accipit, sed ad sensum eius perturbatur: caret autem p̄turbatione vir erectus, moderator sui, altae quietis et placidae. Nam si illum tangit iniuria, et movet, et impedit: caret autem ira sapiens, quam excitat iniuriae species. nec aliter careret irâ, nisi et iniuriâ, quam scit sibi non posse fieri. Inde tam erectus lae- 3
tusque est, inde continuo gaudio elatus, adeo ad offensiones rerum hominumque non contrahitur, ut ipsa illi iniuria usui sit, per quam experimentum sui capit, et virtutem tentat. Faveamus, obsecro vos, huic proposito, aequisque et animis et auribus affimus, dum sapiens iniuriae excipitur: nec quidquam ideo petulantiae nostrae, aut rapacissimis cupiditatibus, aut caecae temeritati superbiaeque detrahitur. Salvis 4
vitiis vestris, haec sapienti libertas quaeritur: non, ut vobis facere non liceat iniuriam, agimus, sed ut ille omnes iniurias ^b in altum dimittat, patientiâque se ac magnitudine animi defendat. Sic in certaminibus sacris

b. *in altum dimittat.* Lipsius, locum non intelligens, putat: aut *in alto* (quasi ipse sapiens in alto et sublimis dimittat iniurias spernatque) aut potius *inultus*, utia voce, i. sine vindicta iniurias transit. Sed quidni *iniurias in altum dimittere* sc. *mare* significet: nihili facere, negligere, non curare eas?

hereditas — erepta: v. ad V, 5. *quaestuosae* mercatori. *Nam — impedit.* Si iniuriâ tangeretur sapiens, ea quoque moveretur et quies eius disturbaretur. *nisi et iniuria careret.*

4. *Sic in certaminibus sacris* Graeciae, olympicis, pythicis, nemeaeis, isthmicis, quippe diis vel heroibus sacra erant: unde et ἀγῶνες ἱεροὶ vocabantur κατ' ἐξοχήν. Pugiles dicit, qui longa exercita-

cris plerique vicere, caedentium manus obstinatâ patientiâ fatigando. Ex hoc puta genere sapientem eorum, qui exercitatione longa ac fidei, robur perpetuendi lassandique omnem inimicam vim consecuti sunt.

X. Quoniam priorem partem percurrimus, ad alteram transeamus: ^a quâ iam quibusdam propriis, plerisque vero communibus contumeliam refutabimus. Est minor iniuria, quam queri magis quam exsequi possumus, quam leges quoque nullâ dignam vindictâ putaverunt. Hunc affectum movet humilitas animi contrahentis se ob factum dictumque inhonoricum. Ille me hodie non admisit, quum alios admitteret: sermonem meum aut superbe aversatus est, aut palam risit: et non in medio me ^b lecto, sed imo
2 collocavit: et alia huius notae. Quae quid vocem, nisi querelas nausentis animi, in quas fere delicati et felices incidunt? non vacat enim haec notare, cui peiora instant. Nimio otio ingenia naturâ infirma et muliebria, et inopiâ verae iniuriae lascivientia, his commoventur, quorum pars maior constat vitio interpre-

Cap. X. a. *qua*. Antea: *quoniam* — *refutabimus*. *Contumelia*. Vox *contumelia* exfulat omnibus scriptis et edd. ante Muretum. Gronov. nostram lect. bene constituit, secutus Codd. et Erasmus, nisi quod hic *quoniam* habet, et *plerisque non communibus*. Propriis et communibus, quibus in antecedentibus iniuriam a sapiente arcuerat Seneca, se refutaturum promittit contumeliam argumentis. Est sc. contumelia.

b. *lecto* recepti e Codd. et Gronov. ed. Antea: *loco*:

citazione ad illa certamina praeparabantur. Cf. Corsini dissertatt. agonisticae. Pausanias Recherches sur les Grecs, T. II. p. 147. sq. et Meiners Commentatt. Soc. reg. Gotting. T. XI, p. 260. sq.

Cap. X. Contumeliam iniuria minorem esse dicit.

1. *exsequi*] vindicare, ulcisci. de Ira I, 12, 3. *Ille me hodie* — *collocavit*. Similem sententiam vide de Ira III, 37.

2. *non vacat enim*] mihi, cui peiora mala instant haec exigua notare.

pretantis. Itaque nec prudentiae quidquam in se esse, nec fiduciae ostendit, qui contumeliâ afficitur, non dubie enim contemptum se iudicat: et hic morsus non sine quadam humilitate animi evenit, supprimentis se ac descendentis. Sapiens autem a nullo contemnitur, **3** magnitudinem suam novit: nullique tantum de se licere renuntiat sibi: et omnes has quas non miseras animorum, sed molestias dixerim, non vincit, sed ne sentit quidem. Alia sunt quae sapientem feriunt, etiamsi non pervertunt: ut dolor corporis, et debilitas, aut amicorum liberorumque amissio, et patriae bello flagrantis calamitas. Haec non nego sentire sapientem: nec enim lapidis illi duritiam ferrive asserimus. nulla virtus est, quae non sentias, perpeti.

XI. Quid ergo est? Quosdam ictus recipit: sed receptos evincit, sanat, et comprimit. haec vero minora ne sentit quidem, nec adversus ea solitâ illâ virtute utitur dura tolerandi: sed aut non annotat, aut digna risu putat. Praeterea, quum magnam partem contumeliarum superbi insolentesque faciant, et male felicitatem ferentes: habet quo istum affectum inflatum respuat, pulcherrimam virtutem omnium, animi sanitatem, magnitudinemque. Illa quidquid huiusmodi

3. *venuntiar sibi*] dicit sibi. *debilitas*, corporis mutilatio. *nulla virtus est — perpeti*: exemplo est Diogenes Sinopenfis, a Lipsio ad h. l. laudatus, qui hieme statuam aeneam amplexus Lacone interrogante: an riges? se sentire negavit. Quid ergo, inquit Laco, magnum facis? Plurarch. in Laconum Apophthegm.

Cap. XI. Sapiens contumelias aut transcurrit, aut risu dignas putat.

1. *Quosdam — comprimit*] Cf. de Ira I, 16, 6. sq. ibiq. not. *animi sanitatem* i. recta decreta animi; verae sapientiae proprium. Fortasse quoque de Ira III, 1, 3. praestat eodem sensu intelligere *ro'* a fanitate desciscere, quod ibi de morbis cepi.

modi est, transcurrit, ut vanas somniorum species, visusque nocturnos, nihil habentes solidi atque veri.

- 2 Simul illud cogitat, omnes inferiores esse, quam ut illis audacia sit tanto excelsiora despiciere. Contumelia a contemptu dicta est: quia nemo, nisi quem contempsit, tali iniuria notat. nemo autem maiorem melioremque contemnit, etiam si facit aliquid quod contemnentes solent. Nam et pueri os parentum feriunt, et crines matris turbavit laceravitque infans, et sputo asperfit, aut nudavit in conspectu suorum tegenda, et verbis obscenioribus non pepercit: et nihil horum contumeliam dicimus. quare? quia qui fecit, 3 contemnere non potest. Eadem causa est, cur nos Mancipiorum nostrorum urbanitas, in dominos contumeliosa, delectet: quorum audacia ita demum sibi in convivas ius facit, si coepit a domino. Ut quisque contemptissimus et ludibrio est, ita solutissimae linguae est. Pueros quidem in hoc mercantur proceres, et eorum impudentiam acuunt, et sub magistro habent, qui probra meditate effundant: nec has contumelias vocamus, sed argutias.

XII. Quanta autem dementia est, iisdem modo delectari, modo offendi: et rem ab amico dictam maledictum vocare, a servulo, ioculare convicium? Quem animum nos adversus pueros habemus, hunc sapiens adversus omnes, quibus etiam post iuventam canosque puerilitas est. An quidquam isti profecerunt,

cepimus. Sanus enim nemo nisi sapiens est Stoicis.

2. *Contumelia a contemptu dicta est*] Etymologiam hanc vanam esse, facile in oculos se ingerit. Verior est derivatio a timere: prima eius vis fuisse videtur turgidimarum impetus, quae et oc-

currit ap. Caesar. B. G. III, 13.

3. *mancipiorum*] de vernis agitur: cf. ad de Provident. c. I. extrem. *argutias* de bonis mots.

Cap. XII. Contumeliam facientes tractat sapiens ut pueros rectique ignaros.

runt, quibus animi mala sunt, auctique in maius errores, qui a pueris magnitudine tantum formaque corporum differunt; ceterum non minus vagi incertique, voluptatum sine dilectu appetentes, trepidi, et non ingenio, sed formidine quieti? Non ideo quidquam inter illos puerosque interesse quis dixerit, quod illis talorum nucumque et aeris minuti avaritia est, his auri argentique et urbium: quod illi inter ipsos magistratus gerunt, et praetextam fascesque ac tribunal imitantur, hi eadem in campo foroque et in curia serio ludunt: illi in litoribus ^a arenae congestu simulacra domuum excitant, hi ut magnum aliquid agentes, in lapidibus ac parietibus, et tectis moliendis occupati, ad tutelam corporum inventa in periculum

verte-

Cap. XII. a. *arenae congestu*. Revocavit recte Grön. eum Gruterus ex Erasmi edd. Antea: *arena congesta*.

1. *quibus animi mala* —] i. morbis et vitiis laborant et erroribus eo magis auctis, quo magis a pueris — differunt: *ingenio*, natura et consilio. *formidine*, ne male multentur.

2. Eandem sententiam reperit noster Ep. 115. *illis*: esse deberet ex regula grammat. *bis*; spectat enim *res illis* ad pueros. Sed apud Ciceronem quoque exempla huius negligentiae occurrunt. Cf. Ernesti Clav. Cic. voc. Hic. *illi in litoribus* — *excitant*. Lipsius laudat Hom. Il. o, 362. *hi ut magnum* — *occupati*; de aedificiis in ponto, imprimis vero in cratere s. sinu baiano constructis intelligo: propter litoris

mentionem (quam nisi hic valere putes, ad *lapsus Tectorum* (Romae) *assiduos* ap. Iuven. III, 7. referas. Proinde *lapides* sunt fundamenta e saxis in mare coniectis facta, quibus parietes et tecta superstruebantur. Qua occasione et alludit luxum, quem iam Horat. Od. II, 18, 20. III, 1, 33. sq. taxaverat. Et temperati aeris et prospectus causa ille sinus a proceribus et divitibus praelatus est ad aedificia illa construenda. Cf. Virg. Aen. IX, 711. ib. Heyne. Nunc totam regionis faciem foedatam esse, docent, qui eam adierunt, vid. Meyeri *Darstellungen* p. 452. sq. *in periculum*, ob ruinas crebras ex mole et altitudine.

3 verterunt? Ergo par pueris, longiusque progressis, sed in alia maioraque error est. Non immerito itaque horum contumelias sapiens ut iocos accipit: et aliquando illos, tanquam pueros, malo poenâque admonet et afficit: non quia accepit iniuriam, sed quia fecerunt, et ut desinant facere. Sic enim et pecora verberare domantur: nec irascimur illis, quum fessorem recusaverint, sed compescimus, ut dolor contumaciam vincat. Ergo et illud solutum scies, quod nobis opponitur. Quare si non accepit iniuriam nec contumeliam sapiens, punit eos qui fecerunt? non enim se ulciscitur, sed illos emendat.

XIII. Quid est autem, quare hanc animi firmitatem non credas in virum sapientem cadere, quum tibi in aliis idem notare, sed non ex eadem causa liceat? Quis enim phrenetico medicus irascitur? quis febricitantis et a frigidâ prohibiti maledicta in malam partem accipit? Hunc affectum adversus omnes habet sapiens, quem adversus aegros suos medicus, quorum nec obscoena, si remedio egent, contrectare, nec reliquias et effusa intueri dedignatur, nec per furo-
2 rem saevientium excipere convicia. Scit sapiens, omnes hos, qui togati purpuratique incedunt, valentes coloratosque male sanos esse: quos non aliter videt, quam aegros intemperantes. Itaque ne succenset quidem, si quid in morbo petulantius ausi sunt adversus medentem, et quo animo honores eorum ni-
3 hilo aestimat, eodem parum honorifice facta. Quem-
admo-

Cap. XIII. Nec irascitur iis, qui contumeliam inferant, sapiens. Sunt enim aegrorum similes, insaniunt.

2. *togati*] magistratus, quorum togae purpura praetexe-

batur. *purpurati*, ditiores et potentiores, quorum togae e purpura totae erant. *valentes coloratosque*: hi, quos vides facie valentes et bene tinctos colore fortium, isti omnes

admodum non placet sibi, si illum mendicus coluerit, nec contumeliam iudicabit, si illi homo plebis ultimae salutanti mutuum salutationem non reddiderit: sic nec se suspiciet quidem, si illum multi divites susceperint. scit enim illos nihil a mendicis differre, immo inferiores esse; illi enim exiguo hi multo egent. Et rursus non tangetur, si illum rex Medorum, Attalusve Asiae, salutantem silentio ac vultu arroganti transferit. scit statum eius non magis habere quidquam invidendum, quam eius cui in magna familia cura obtigit, aegros insanosque comescere. Num moleste feram, si mihi non reddiderit nomen aliquis ex his, qui^a ad Castoris negotiantur nequam mancipia ementes vendentesque, quorum tabernae pessimorum servorum turbâ refertae sunt? non, ut

C c 2

puto.

Cap. XIII. a. ad Castoris. Est unicus locus hac in re de mancipiis emendis vendendisve ad Castoris aedes. Sed quum hic de ipsa urbe sermo sit, diversa lectio: *ad castra* quae mangones quoque secutos esse constat, non admittenda est.

omnes male sani sunt et aegri. A corpore valent, ab animo aegrotant. Cf. de vit. beat. 7. Sic locum bene interpretatur Lipsius.

3. *placet sibi*] magno honori sibi ducit.

4. *Rex Medorum*] i. Parthorum. Horat. Od. I, 2, 51. Potentissimum Asiae regnum fuit ab Arface, Persa quodam, ante Christ. 256. conditum. Plin. Nat. Hist. VI, 29. *Attalusve Asiae*. Fuit primo nomen regum Pergami, quorum ultimus, Attalus Philometor, Romanos heredes regni sui reliquit a.

V. C. 621. Freinshem. Supplem. Liv. LIX, 11. Deinde reges ditiores Asiae minoris fortasse praefecti quoque Romani ex Asia reduces et ii ditiores (ut ap. Anglos qui ex India orientali divitiis abundantes eius notae reversi Nabobs audiunt) Attali dicti sunt. *familia servorum. reddiderit nomen* i. salutationem reddiderit: quum tamen mancipia per nomina quotidie ceter. *Castoris* aedes in foro Romano, iuxta quas, ut ex hoc loco discimus, tabernae venalium servorum fuere, in quibus mangones servos emebant vendebantque.

puto. quid enim is boni habet, sub quo nemo nisi
 5 malus est? Ergo ut huius humanitatem inhumanita-
 temque negligit, ita et regis. Habes sub te Par-
 thos, Medos, et Bactrianos: sed quos metu con-
 tines, sed propter quos remittere arcum tibi non con-
 tigit, sed postremos, sed vaenales, sed novum au-
 6 cupantes ^b dominium. Nullius ergo movebitur con-
 tumeliâ: omnes enim inter se differunt: sapiens qui-
 dem pares illos, ob aequalem stultitiam, omnes pu-
 tat. Nam si semel se dimiserit eo, ut aut iniuriâ
 moveatur, aut contumeliâ; non poterit unquam esse
 securus: securitas autem proprium bonum sapientis
 est. Nec committet, ut vindicando sibi contume-
 liam factam, honorem habeat ei qui fecit. necesse est
 enim, a quo quisque contemni moleste fert, suspicî
 gaudeat.

XIV. Tanta quosdam dementia tenet, ut contu-
 meliam sibi posse fieri putent a muliere. Quid re-
 fert, quantum habeat, quot lecticarios, quam one-
 ratas aures, quam laxam fellam? aequè ^a impru-
 dens animal est, et nisi scientia accessit ac multa eru-
 ditio,

b. *dominium*. Gruter. et Gronov. ex edd. et multis codd. re-
 ceperunt: coll. de vit. beat. V, I. Consol. ad Marc. 20,
 3. ubi *dominum* rescribas ex omnibus codd. Grut.

Cap. XIV. a. *imprudens*. Vel omnibus codd. et edd. recla-
 mantibus recepi e coniectura mea in textum *imprudens*,

5. *Habes*, o mango sub
 te servos diversarum natio-
 num. *remittere arcum* pro-
 verbialiter dictum est, de
 animo, in rem aliquam sem-
 per adverso, defixo. *sed po-
 stremos — dominium*. Sub
 te habes homines infimae
 notae, dominum post domi-
 num mutantem, et qui nunc

in eo sunt, ut novum domi-
 nium captent.

Cap. XIV. Continuatio.
 Neque mulier, neque servus
 sapienti contumeliam inferre
 potest: Non factam esse pro-
 nuntiabit.

1. *Quid refert — fellam*]
 Nam divites, viri feminae-
 que, hexaphoro vel octapho-

ditio, ferum, cupiditatum incontinens. Quidam se a cinerario impulsos moleste ferunt, et contumeliam vocant ostiarii difficultatem, nomenclatoris superbiam, cubicularii supercilium. O quantus inter ista risus tollendus est, quanta voluptate implendus animus, ex alienorum errorum tumultu, contemplanti quietem suam! „Quid ergo? sapiens non accedet ² ad fores, quas durus ianitor obsidet?“ Ille vero, si res necessaria vocabit, experietur, et illum, quisquis erit, tanquam canem acrem, obiecto cibo leniet, nec indignabitur aliquid impendere, ut limen transeat, cogitans et in pontibus quibusdam pro transitu dari. Itaque illi quoque, quisquis erit, qui hoc ^b salutationum publicum exercet, donabit: scit emere venalia. Ille pusilli animi est, qui sibi placet, quod ostiario libere respondit, quod virgam eius fre-

Cc 3 git:

vulgata eiecta: *impudens*. Curnam *impudens animal*? Nullam huius cognominis causam invenies. Immo ideo eam animal imprudens vocat, quod nullis bonis literis, nulla scientia ac eruditione sit instructa. Est autem vox stoica, ut saepe iam vidimus: *imperitus*, *imperfectus*, *imprudens*, *stultus*, *puer*. opponuntur *prudens*, *sapienti*, *viro*. Quo pertinet illud: quod unum bonum est, Scientia; unum malum, Imperitia: Socraticis assertum. Cf. Lipsii Manuduct. ad Stoic. philos. II, I. p. 65. sq.

^b. *salutationum*. Praefert Lipsius: alii *salutatorium*.

ro fella, s. lectica vehebantur: i. gestamine sex vel octo baiulorum. At tenuiores vel duobus contenti erant. Cf. Lipsii Electa I, 19. *oneratas* unionibus, gemmisve (Senec. de Benef. VII, 9.) *aves*. *Scientia* — *eruditio*. sc. philosophia Stoica. Cf. Consol. ad Helv. 16, 9. sq. *cinerario* servo mulieris, qui calamistris calefactis in cinere capillum ornat. Varro de Lingua Lat. IV. c.

29. (p. 36. Tom. I. bip.) *nomenclatoris* nomen obviam facti domino suo indicantis.

2. *Canem acrem*] et ipsi ianitores canem secum habebant ad ostium alligatum, et catena erant adstricti ut canes. Cf. De Ira III, 37. 2. *publicum* quasi vestigal, *τελωνεία*, pro admissione ad salutandum. *virgam* s. arundinem ad submovendos indignos importunosve.

git: quod ad dominum accessit, et petiit ^o corium.
 3 Fecit se adversarium qui contendit, et ut vincat, par fuit. „At sapiens colaphis percussus, quid faciet?“ quod Cato, quum illi os percussum esset: non excaudit, non vindicavit iniuriam: nec remisit quidem, sed factam negavit. Maiore animo non agnovit quam ignovisset. Non diu in hoc haerebimus. quis enim nescit, nihil ex his quae creduntur bona aut mala, ita videri sapienti, ut omnibus? Non respicit quid homines turpe iudicent, aut miserum: non ita quâ populus: sed ut sidera contrarium mundo iter intendunt, ita hic adversus opinionem omnium vadit.

XV. Definite itaque dicere: „Non accipiet ergo sapiens iniuriam si caedetur? si oculus illi eruetur? non accipiet contumeliam, si obscoenorum vocibus improbis per forum agetur? si in convivio regis, recumbere infra mensam, vescique cum servis ignominiosa officia fortitis iubebitur? si quid aliud ferre cogere-

c. *Corium*, i. petiit, ut ostiarius servus vapulet, et sibi de corio eius satisfiat, ex Mureti interpretatione sana, a Gronovio probata, imprimis contra Lipsium, qui usum loquendi (petere corium) dubitaverat. *Petere* enim, ut constat, est verbum iudiciale: actor est *petitor*, qui *petebat*, et adversarius is, unde *petitur*. In publicis iudiciis multam et poenam petit accusator. Iam quum *vitam*, *sanguinem*, *caput petere* dicitur, quidni translato inde modo loquendi et dicatur: *corium petere*? Accedit itaque ad dominum ut accusator, quem statim dicit facere se adversarium. Nihili igitur est Lipsii coniectura: *petiit lorum*.

3. *Fecit se adversarium*] rixam et pugnam aspicit: et quamvis vincat, in aequo cum illo stetit. *Cato*. Cf. de Ira II, 32, 2. *sidera*, planetarum, *mundo*, coelo. *omnium*, imprudentium.

Cap. XV. Cave, ne modulo tuo sapientem metiaris.

Epicurus adeo haud multum ablutit ab hac sententia Stoica.

1. *Si obscoenorum — agetur*] sibilis et conviciis hominum turpium profectus. *regis* i. potentioris. *infra mensam*, i. in subsellio iuxta lectum.

cogetur eorum, quae excogitari pudori ingenuo molesta possunt?“ In quantumcunque ista vel numero, vel magnitudine creverint, eiusdem naturae erunt. Si non tangent illum parva, ne maiora quidem: si ² non tangent pauca, ne plura quidem. Sed ex imbecillitate vestra coniecturam capitis ingentis animi: et quum cogitatis, quantum putetis vos pati posse, sapientis patientiae paulo ulteriorem terminum ponitis. At illum in aliis mundi finibus sua virtus collocavit, nihil vobiscum commune habentem. Quare etsi aspera, et quantumcunque toleratu gravia sint, audituque et visu refugienda, non obruetur eorum coetu, et qualis singulis, talis universis obfistet. Qui dicit, illud tolerabile sapienti, illud intolerabile, et animi magnitudinem intra certos fines tenet: male agit. vincit nos fortuna, nisi tota vincatur. Nec putes istam Stoicam esse duritiam. Epicurus, quem ³ vos patronum inertiae vestrae assumitis, putatisque mollia ac desidiofa praecipere, et ad voluptates ductentia, „Raro,“ inquit, „sapienti intervenit Fortuna.“ Quam paene emisit viri vocem! Vis tu fortius loqui, et illam ex toto submovere? Domus haec sapientis angusta, sine cultu, sine strepitu, sine apparatu, nullis observatur ianitoribus, turbam ^a vaenali fastidio digerentibus: sed per hoc limen vacuum,

C c 4

et

Cap. XV. a. *Vaenali fastidio.* Quidam libri: *studio. Fastidio* praefero cum Lipsio: loquitur enim Seneca de fastu ac fastidio ianitorum, qui introitum dent, ut quisque dedit aut

3. *Epicurus*] De eo omnia explicata et nota sunt post Gassendum. Scripta eius omnia perire. Cf. Fabric. Bibl. Graec. Tom. III. p. 582. sqq. Tiedemann *Geist der specul. Philos.* II, 366. sq. *Raro — fortuna.* Vi-

truv. praefat. libri VI. haec ipsa affert: Epicurus non dissimiliter: Pauca sapientibus Fortunam tribuere; quae autem maxime et necessaria sunt, animi mentisque cogitationibus gubernari. *Vis i. nonne vis? illam fortunam.*

et ab ostiariis liberum, fortuna non transit. scit non
4 esse illic sibi locum, ubi sui nihil est. Quodsi Epi-
curus quoque, qui corpori plurimum indulfit, adver-
sus iniurias exurgit: quid apud nos incredibile vide-
ri potest, aut supra humanae naturae mensuram?
Ille ait iniurias tolerabiles esse sapienti, nos iniurias
non esse,

XVI. Nec est quod dicas, hoc naturae repugna-
re. Non negamus rem incommodam esse, verberari
et impelli, et aliquo membro carere, sed omnia ista
negamus iniurias esse. non sensum illis doloris de-
trahimus, sed nomen iniuriae, quod non potest re-
cipi virtute salvâ. Vter verius dicat, videbimus: ad
contemptum quidem iniuriae uterque consentit. Quae-
ris quid inter duos intersit? Quod inter gladiatores
fortissimos: quorum alter premit vulnus, et stat in
gradu, alter respiciens ad clamantem populum signi-
3 ficat nihil esse, et intercedi non patitur. Non est,
quod putes magnum, quo diffidemus. Illud, quo de
agitur, quod unum ad nos pertinet, utraque exem-
pla

daturus speratur. *Vaenale* igitur *fastidium* est, quia pro pe-
cunia factum ponunt, aut sumunt. Sunt illi canes, qui
obiecta ossa placantur, c. 14, 2.

4. *Quodsi — indulfit*] quo-
niam summum bonum in vo-
luptate posuit,

Cap. XVI. Haec praecepta
naturae non repugnant. In-
iuriae enim non sunt ex Stoi-
corum mente, quae vulgo
feruntur iniuriae.

1. *rem incommodam*]
Haec pertinent ad Stoicorum
ἀποπροηγμένα, reiecta, re-
iectanea, a Cicerone vocita-
ta. Quatuor autem classes

τῶν ἀδιαφόρων (mediorum
inter bonum et malum) con-
stituebant Stoici. Quae mul-
ta aestimatione (*ἄξιᾶ*) essent
digna, *προηγμένα*, praepo-
sita (ap. Cic. de Fin. IV, 25.
III, 15.) commoda: iis op-
ponebantur, *ἀποπροηγμένα*.
Tiedemann *System der Stoisch.*
Philos. III, 289. *premit* oc-
cultat.

2. *utraque exempla*] gla-
diatorum, qui vulnus con-
temnunt.

pla hortantur: contemnere iniurias, et, quas iniuriarum umbras ac suspiciones dixerim, contumelias, ad quas despiciendas non sapienti opus est viro, sed tantum a conspiciente, qui sibi possit dicere: „Vtrum merito mihi ista accidunt, an immerito? Si merito, 3 non est contumelia, iudicium est. si immerito, illi, qui iniusta facit, erubescendum est. Et quid est illud, quod contumelia dicitur? in capitis mei laevitatem iocatus est, et in oculorum valetudinem, et in crurum gracilitatem, et in staturam. Quae contumelia est, quod apparet, audire? Coram uno aliquid dictum ridemus, coram pluribus indignamur: et eorum aliis libertatem non relinquimus, quae ipsi in nos dicere assuevimus. Iocis temperatis delectamur, immodicis irascimur.“

XVII. Chrysippus ait quendam indignatum, quod illum aliquis Vervecem marinum dixerat. In senatu flentem vidimus Fidum Cornelium, Nasonis generum,

C o 5

quum

Cap. XVI. a. *conspiciente*: lectio vulg. et ea bona: i. homine attento, nulla sapientia praedito. Vel homo imprudens, sensu stoico, oculis tantum instructus, contumelias despiciere potest. Rubenius tamen emendabat: *conspiciente*, explicatione addita: *mentis compote*. Quam emend. Gronovius, cui, ut Criticis interdum usu venire solet, verbum consipere, de cuius auctoritate ne satis quidem constar, (ubicunque enim legitur, emendationi locum suum debet) in

temnunt. *quas iniuriarum — dixerim*. Cf. de Ira I, 16, 7.

3. *quod apparet*] quod verum et cuique videre est, probri loco ab aliquo audire.

Cap. XVII. Levitas hominum ad minuta et levia convicia irascentium reprehenditur. Contumelia aliorum praecipienda et nostra vitia a nobismetipsis irridenda.

1. *Chrysippus*] tertius doctor in Stoa. Successit Athenis Cleanthi. Multa eius scripta perire omnia. Fabric. Bibl. Graec. T. III, p. 546. sq. Tiedemann *Geist der sp. Philos.* II, 431. sq. *vervecem marinum*: quum ioci causa dictum sit, frustra quaerimus animal hoc in rerum natura. *Fidum Cornelium,*

quum illum Corbulo Struthiocamelum depilatum dixisset. Adversus alia maledicta, mores et vitam convulnerantia, frontis illi firmitas constitit: adversus hoc tam absurdum lacrimae prociderunt. Tanta animorum imbecillitas est, ubi ratio discessit! Quid, quod offendimur, si quis sermonem nostrum imitatur, si quis incessum, si quis vitium aliquod corporis aut linguae exprimit? quasi notiora illa fiant alio imitante, quam nobis facientibus. Senectutem quidam inviti audiunt, et canos, et alia, ad quae voto pervenitur. Paupertatis maledictum quosdam perussit: quam sibi obiecit, quisquis abscondit. Itaque materia petulantibus et per contumeliam urbanis detrahitur, si ultro illam et prior occupes. nemo aliis risum praebuit, qui ex se cepit. Vatinium hominem natum et ad risum, et ad odium, scurram fuisse venustum ac dicacem, memoriae proditum est. in pedes suos ipse plurima dicebat, et in fauces concisas: sic inimicorum, quos plures habebat quam morbos, et

deliciis erat, lubenter excepit, et eius causam suscepit. Vide Gronov. ad de Ira III, 13, 2. Nat. Quaest. VI, 29, 1. Aul. Gell. 7, 3, 12. ibiq. Intpp.

lium. Vnus Seneca hanc historiam tradidit. Cneius Domitius *Corbulo* sub Claudio et Nerone, a quo Cenchreis ad Corinthum morti destinatus sibi ipse manum intulit, fortis et felix dux. Tacitus eius saepe meminit: et Dio Cass. LX, 30. LXII, 19. sq. LXIII, 17. ubi mors eius memoratur. De *Fidio Cornelio*, Senatore romano, veteres quantum sciam, praeter nostrum nihil memorave-

runt. *Nasonis*, an Ovidii? ignoramus. *Struthiocamelum* propter formam et staturam: fuisse videtur oblongus homo, collo cruribusque gracilis, et calvus.

3. *Vatinium*] de homine illo improbissimo cf. Ciceronis Orationem (sive potius Interrogationem) in Vatinium. *risum*, natus fuit rideri. *pedes*: podagra enim laborabat. *fauces concisas*, ob strumas faecius exsectas. Cic. orat. laud.

et in primis Ciceronis urbanitatem effugit. Si ille hoc potuit durtiâ oris, qui affiduis conviciis depudere didicerat: cur is non possit, qui studiis liberalibus, et sapientiae cultu, ad aliquem profectum pervenerit? Adice, quod genus ultionis est, eripere ei qui fecit, contumeliae voluptatem. Solent dicere: Miserum me, puto non intellexit! adeo fructus contumeliae in sensu et indignatione patientis est. ^a Deinde non deerit illi, aliquando parem invenire, qui te quoque vindicet.

XVIII. C. Caesar inter cetera vitia, quibus abundabat, contumeliosus mirabiliter ferebatur ^a omnibus aliquâ notâ feriendis, ipse materia risus benignissima. Tanta illi palloris insaniam testantis foeditas erat, tanta oculorum sub ^b fronte anili latentium torvitas, tanta capitis destituti, et ^c emendicatis capillis aspersi de-

Cap. XVII. a. *Deinde non deerit illi, aliquando parem invenire qui* — Bene hanc lectionem reduxit Lipsius e cod. suo. Antea ap. Erasim. al.: *Deinde non deerit illi aliquando par. Invenietur qui te quoque vindicet.*

Cap. XVIII. a. *Omnibus aliqua nota feriendis*, i. dum omnes aliqua nota feriebat. Reduxit Gronov. ex libris Erasimi, (qui in margine haec notaverat) et Lipsii. Antea: *omnes aliqua nota ferendi*, vel *feriendo*. Latinius est receptum vulgari. Cf. Gronov. ad Liv. XXIV, 15. p. 339, 1.

b. *fronte anili*. Ignoramus, an veteres *fronti anili* eandem significationem tribuerint, ac nostrates. Proinde et quoniam libri variant, aliis *havili* aliis *simul* referentibus, Lipsius coniecit: *sim*, et hoc reiecto, *simili*. Equidem nihil muto, etiamsi vulgat. nec mihi arridet, quum Sueton. 50. Calig. frontem latam et torvam Caligulae tribuerit.

c. *emendicatis* i. adscititiis ideoque externis. De capillamento Caligulae exstat saltem mentio quaedam ap. Sueton. Calig.

c. 16. ad Attic. II, 9. post med. *Ciceronis*: loca adducta non recordatus est noster.

Cap. XVIII. Caligula exemplo est, aliquando parem inveniri, qui te quoque vindicet.

1. *notâ*] i. macula. *Tanta illi — pedum*. Cf. Sueton. Calig. 50. *fronte anili* i. rugosa, simul cum notione stultitiae. *destituti*, oblongi ideoque eminentioris et quasi folius. *et emendicatis capillis*: capillo raro ap. Sueton.

deformitas. adice obsessam fetis cervicem, et exilitatem crurum, et enormitatem pedum. Immensum est, si velim singula referre, per quae in patres, avosque suos contumeliosus fuit, per quae in universos ordines: ea referam, quae illum exitio dederunt.

2 Asiaticum Valerium in primis amicis habebat, ferocem virum, et vix aequo animo alienas contumelias laturum. Huic in convivio, ^d item in concione, voce clarissima, qualis in concubitu esset uxor eius, obiecit. Dii boni, hoc virum audire, Principem scire, et usque eo licentiam pervenisse, ut non dico consulari, non dico amico, sed tantum marito Princeps et adulterium suum narret, et fastidium? Chaerea,

c. II. De usu verbi tamen dubito: nec diversae lectiones *medicatis* (i. fuce tinctis) nec *enudati totis cap.* placent. Fortasse erat: *ementitis*.

d. *item in concione* omnium fere librorum scriptura. Erasmus omittit *eo item*. Alii dant: *idem*. Gronov. coni. ad De Tranq. an. XI, 2. *item in cognitione*: et hoc reiecto: *id est, in concione*. Nescio, cur isti monstro, Caligulae, hanc impudentiam fuisse non credamus, ut in concione populi narraverit adulteria, quem tamen omnia scimus effutivisse. Nisi omnes libri conspirarent, pro glossemate haberem.

ton. l. l. *in parres avosque*
i. in Senatores, et in avos,
Agrippam. Cf. Suetonius
23.

2. *Asiaticum Valerium*
Quae noster hic tradit, non usquequaque convenire videntur cum Sueton. 58. Dio Cass. LIX, 29. 30. Sed si nostrum accuratius inspicias, omnis dissensus evanescit. Asiaticus Valerius, sensus est, contumelia affectus est a Caligula: vindicatus a Chaerea, qui et ipse foedissimo probro laceratus erat. In coniuratis tamen et

Asiaticus Val. fuisse videtur; dicit enim Seneca: ea referam, quae illum exitio dederunt. Consularem virum et Dio Cass. LIX, 30. Asiaticum appellat, quocum et consentit Tacit. Annal. XI, 1. ubi Sosibius eum ut *praecipuum auctorem interficiendi Caesaris* (Caligulae) apud Claudium defert. Tractaverat haec Tacitus in libris deperditis, *fastidium*: contumeliosa itaque quaedam in uxorem Valerii effuderat. De *Chaerea* eadem tradit Dio Cass. LIX, 29. ubi eum hominem

reae, tribuno militum, sermo non pro manu erat, languidus e sono, et infraeta voce suspectior. Huic 3 Caius signum petenti modo Veneris, modo Priapi dabat: aliter atque aliter exprobrans armato mollitiam. Haec ipse perlucidus, crepidatus, f auratus. Coëgit itaque illum uti ferro, ne saepius signum peteret. Ille primus inter coniuratos manum sustulit: ille cervicem mediam uno ictu g discidit: plurimum deinde undique publicas ac privatas iniurias ulciscientium gladiatorum ingestum est. sed primus vir fuit, qui minime visus est. At idem Caius omnia contumelias putabat, et sicut ferendarum impatiens, faciendarum cupidissimus. Iratus fuit Herennio Macro, quod illum Caium salutaverat: nec impune cessit primipilario, quod Caligulam dixerat. Hoc enim in castris natus, et alumnus legionum vocari solebat, nullo nomine militibus familiarior unquam factus: sed iam Caligulam convicium et probrum iudicabat h cothurnatus. Ergo hoc ipsum solatio erit, etiam si nostra faci-

e. sono: alii somno: Mox infraeta voce: bene habent hae lectiones vulg. Vacillantes libri non sunt h. l. curandi.

f. auratus Codd. et edd. lectio bona. Pincianus e coniectura invexerat ingeniosè: armillatus. Cf. Suet. Calig. §2.

g. discidit e Sueton. c. 58. restitui. Antea: decidit. Verba composita e di et de saepe confundi no.um est. Cf. Cuperi Obsl. IV, 5. p. 67. sqq.

h. cothurnatus Pincianus dedit e coni. Bene. Antea: Conturbatis ergo etc.

minem antiquorum morum et fortem appellat: sermo ei non erat loco fortitudinis.

3. signum petenti — mollitiam. Idem refert Sueton. c. 56. Dio Cass. l. l. aliter atque aliter, mox ut feminae, mox ut homini libidinoso. Haec — armillatus int. fecit, quum et ipse esset molli- ter indutus veste diffluente

et nitida, purpurea (Martial. XII, 38, 3. perlucidus ostro) crepidatus in soleis, quae ad negligentiam domesticam pertinebant. De Ira III, 18, 3. sed primus vir — est. sc. Cassius Chaerea.

4. primipilario] qui primo pilo triariorum praeerat. Hoc nomine sc. Caligulae, et altero: alumnus legion. voc.

Tacit.

facilitas ultionem omiferit, futurum aliquem, qui poenas exigat a procace, et superbo, et iniurioso: quae vitia nunquam in uno homine, et in unâ contumeliâ confumuntur. Respiciamus eorum exempla, quorum laudamus patientiam: ut Socratis, qui comœdiarum publicatos in se et spectatos sales, in partem bonam accepit, risitque non minus, quam quum ab uxore Xanthippe immundâ aquâ perfunderetur. ¹ Antistheni mater barbara et Thressa obiciebatur: respondit, et deorum matrem Idaeam esse.

XIX. Non est in rixam colluctationemque veniendum: procul auferendi pedes sunt, et quidquid horum ab imprudentioribus fiet, (fieri autem nisi ab imprudentibus non potest) negligendum. Et honores et iniuriae vulgi, in promiscuo habendi sunt: nec his dolendum, nec illis gaudendum. Alioquin multa, timore contumeliarum aut taedio, necessaria omitemus: et publicis privatisque officiis, aliquando etiam salutaribus, non occurremus, dum muliebris nos cura angit, aliquid contra animum audiendi:

i. *Antistheni* e codd. Ante Lipsium: *At Iphicrates*.

Tacit. Annal. I, 44. Sueton. Calig. IX.

5. *Socratis*] Aristophanem (Fabric. Bibl. Gr. Vol. II, p. 363.) et Amipsiam, (Fabric. ib. et p. 409. sq. Menag. ad Diog. Laert. II, 28.) alludit. Inprimis legi merentur commentationes duae Tychsenii (*über den Proceß des Socrates* in: *Bibliothek der alten Litteratur u. Kunst*. Part. I et II. Gotting. 1786.). *Xanthippe*: cf. Diog. Laert. II, 36. ib. Menag. *Antisthenes*. Cf. Diog. Laert. VI, 1.


ubi Menag. nostrum locum non praetermisit. *Idaeam*, Phrygiam, a monte Ida nominatam, ideoque et barbaram. Alias vocatur Berecyntia; Cybebe, Cybele, Cybelle. Locus classicus de hac dea est ap. Lucret. II, 598. fqq. Cf. Schlichtegroll zu *Abbildungen ägypt. griech. u. röm. Gottbeiten* II, p. 75. fqq.

Cap. XIX. Remedia adversus iniurias et calumnias.

1. *in promiscuo*] eodem loco.

di: aliquando etiam obirati potentibus, detegemus hunc affectum intemperanti libertate. Non est autem libertas, 2 nihil pati. Fallimur. libertas est, animum supponere iniuriis, et eum facere se, ex quo solo sibi gaudenda veniant: exteriora deducere a se, ne inquieta agenda sit vita, omnium risus, omnium linguas timenti. Quis est enim, qui non possit contumeliam facere, si quisquam potest? Diverso autem remedio utetur sapiens, affectatorque sapientiae. Imperfectis enim, et adhuc ad publicum se iudicium dirigentibus, hoc proponendum est, inter iniurias ipsos contumeliasque debere versari. Omnia leviora accidunt expectantibus. quo quisque honestior genere, fama, patrimonio est, hoc se fortius gerat: memor, in prima acie altos ordines stare, contumelias, et verba probrosa, et ignominias, et cetera dehonestamenta, velut clamorem hostium ferat, et longinqua tela, et saxa sine vulnere circa galeas crepitantia. Iniurias vero, ut vulnera, alia armis, alia pectori infixas, non deiectus, ne motus quidem gradu, sustineat. Etiam si premeris et infesta vi urgeris, cedere tamen 4 turpe est: assignatum a natura locum tuere. Quaeris quis hic sit locus? viri. Sapienti aliud auxilium est huic contrarium. Vos enim rem geritis: illi parta victoria est. Ne repugnet vestro bono, et hanc spem, dum ad verum pervenitis, alite in animis: libentesque meliora excipite, et opinione ac voto iuvate. Esse aliquem invictum, esse aliquem in quem nihil fortuna possit, e Republica humani generis est.

2. Explicat τὴν ἀπάθειαν Gataker. p. 271. *si quis-* Stoicorum. *eum facere se, quam potest.* Si uni licet, facere ut sis talis. Est Horatianum, (Od. III, 29, 55.) Publiano illo adumbratum: mea virtute me involvo. Cuius potest accidere, quod *Εἰς σεαυτὸν συνέλθῃ* ap. Antonin. 7, 28. ubi vid. XI, 6.


D E O T I O
A V T
SECESSV SAPIENTIS
LIBRI PARS.

A R G V M E N T V M.

Orditur ab otio laudibus effereudo: meliores erimus singuli in secessu.
 28, 4. *At vero nonne hoc contra sententias Stoicorum est, qui usque ad ultimum vitae finem in actu esse praecipunt? Epicureum dogma amplecteris. Cui obiectioni respondetur: Stoicorum duces se sequi, quippe qui ad Rempublicam capeffendam non accesserint. Nec se a praeceptis eorum desciscere. Quod ut probet, dicenda in duas dividit partes: 1) posse aliquem omni iure et secundum Stoicorum praecepta vel a prima netate contemplationi veritatis totum se tradere; 2) senioyem a reipubl. tractatione secedere posse et in otio vivere.* 30. *Quod ad primum attinet, Stoicis haec una cum Epicureis placent, nisi quod hi otium petant ex proposito, et edacti ad reimp. accedant, illi causa gravi permoti otium amplectantur.* 30, 3. *Causae vero istae in republ. sitae sunt: si desperate corrupta, si occupata est malis; deinde si auferovitate, viribus aut valitudine bona caret sapiens.* 30, 4—31. *Neque tamen inutilis erit. Nam quum duae respublicae cogitari possint, et vere sint, altera magna et vere publica, qua dii et homines continentur, altera minor, in qua quisque natus sit, cui utriusque deservire possimus, ad hanc maiorem et in otio accedere licet, quaerendo, quid sit virtus etc., brevi, philosophando.* 31. *Ad contemplationem vero a natura conditos nos esse, docetur primum magna cupiditate cuique homini innata, nova et ignota noscendi audiendive: deinde ipso loco quem in mundo tenemus, tum figura erecta, quam natura nobis dedit. Ita materiam acquirimus, qua nixi et ad ea transimus animo mentesque, quae sensuum observationibus se subducunt, et quae ultra mundum iacent.* 32, 9. *Deinde et actioni natura nos genuit: quae cum contemplatione semper coniuncta est. Talem vitam egere Zenon, Cleanthes, Chryssippus, quippe qui docendo et scribendo non uni civitati, sed toti*
buna-

humano generi profuerunt, ideoque ex praeceptis suis vixerunt. 32, 14. Praeterea tria vitae genera, voluptarium, contemplativum, actuosum, ita inter se apta et nexa sunt, ut nec contemplatio, nec actio ulli eorum desit. Sapiens autem Stoicus contemplationem praefert, quandoquidem respublica ei deest, quae eum, aut quam sapiens pati possit.

Iam supra de Tranq. An. C. III. vidimus, de otio sapientis quaestionem fuisse inter Philosophos, imprimis inter Stoicos, qui otium praetulerunt, si causae graviores obstarent, quominus ad reip. tractationem accederet sapiens, contra Epicureos, qui otium omni reip. tractationi anteposuerunt, nec ad temp. accessurum putabant sapientem, nisi si quid interveniret. Ceteri philosophi a Stoicorum steterunt partibus. Nec ipsum Platonem aliam sententiam sequutum esse, imprimis patet e VII eius Epistola ad Dionis propinquos et amicos T. X. p. 92 sq. bip.

Quum liber hicce mancus sit, neque de tempore, in quo scriptus sit, neque de occasione, neque de consilio libri etc. certi quid definiiri potest.

EX CAPITE XXVIII.

a *Circi nobis magno consensu vitia commendant.
Licet nihil aliud quam quod sit salutare tentemus,
prod-

VARIETAS LECTIIONIS.

Cap. XXVIII. a. Lacunam hic esse, quivis intelligit: attamen non magnam. Sequenti enim capite materiam dividit, et ideo ostendit, quae nunc perierunt, prooemii loco posita esse. Verus tamen est iactura, quam fecimus. Adiecta autem videtur haec pars libri volumini, in quo erat de vita beata: cui libro, foliis nonnullis perditis, deinde in edd. priscis e. c. Erasmi. adhaesit: etsi argumentum est diversissimum. Capitum numeros servavimus, ne confusioni locum daremus. — Exordium circa mala, quibus turba homines afficere solet, versatum esse videtur. Proinde praefero τὸ Circi, in quibus omnibus diei temporibus frequentia hominum versabatur partim ob ludos circenses, certis anni temporibus ibi celebratos, partim ob multa voluptatum et ludicrarum artium genera. Cf. Salmas. ad Solinum p. 635 sq. Alii tamen libri: cur nobis, quae sensu carent. Mox quam quod sit salutare: τὸ quam dedi ex Erasmi., ut necessarium; deest in Lipsii, Gronov. al. edd.

ANIMADVERSIONES.

Cap. XXVIII. Otii praetis amorem comparandum.
stantia ad mores bonos formata. Stoicis haec esse contraria, ob-
mandos et ad firmum virtutis iicitur.

^b proderit tamen per se ipsum fecedere. meliores erimus finguli. Quid, quod fecedere ad optimos viros, et aliquod exemplum eligere, ad quod vitam dirigamus, licet? ^c quod nisi in otio non fit. Tunc potest obtinere quod semel placuit, ubi nemo intervenit, qui iudicium adhuc imbecillum, populo adiutore, detorqueat: tunc potest vita aequali et uno tenore ²cedere, quam propositis diversissimis scindimus. Nam inter cetera mala illud pessimum est, quod vitia ipsa mutamus. sic ne hoc quidem nobis contingit, permanere in malo iam familiari. Aliud ex alio placet: vexatque nos hoc quoque, quod iudicia nostra non tantum prava, sed etiam levia sunt. Fluctuamus, aliudque ex alio comprehendimus: petita relinquimus, relicta repetimus: alternae inter cupiditatem nostram, ³et poenitentiam vices sunt. Pendemus enim toti ex alienis iudiciis, et id optimum nobis videtur, quod petitores laudatoresque multos habet, non id, quod laudandum petendumque est. Nec viam bonam ac malam per se aestimamus, sed turbâ vestigiorum, in ⁴quibus nulla sunt redeuntium. Dices mihi: „Quid agis „Seneca? deferis partes. Certe Stoici vestri dicunt: „Vsque ad ultimum vitae finem in actu erimus, non „definemus communi bono operam dare, adiuvare „fin-

b. *proderit tamen per se ipsum f.* ex edit. Colon. reposuit Lipsius. Antea: *proderit tamen posse ipsum f.*

c. *quod nisi in otio non fit.* In libris vet. erat: *quod in otio non fit.* Erasim. et Muretus hanc clausulam omisere, a Lipsio repositam, qui sensus causa proposuit: — *nonne fit?* Gronov. em. *nisi in otio f.* recepimus, ut sensus saltem adfit; quidni enim non aequè bene conieceris: *quod in negotio u. f. sive, quod in actione non fit?*

1. *Quid — fit*] Cf. de brev. vit. 6, 6.

3. *turbâ — redeuntium*] ad notam fabulam de leone aegrotante, cui, roganti, cur

non intraret in speluncam, uti ceterae bestiae, respondet vulpes: Video, quod vestigia intrantium multa, at nulla exeuntium.

„singulos, opem ferre etiam inimicis ^d miti manu.
 „Nos fumus, qui nullis annis vacationem damus, et,
 „quod ait ille vir disertissimus:“

„*Canitiem galeã premimus.*“

„Nos fumus, apud quos usque eo nihil ante mortem
 „otiosum est, ut, si res patitur, non sit ipsa mors
 „otiosa. Quid nobis Epicuri praecepta in ipsis Ze-
 „nonis principiis loqueris? Quin tu bene naviter, si
 „partium piget, transfugis potius, quam prodis!“
 Hoc tibi in praesentia respondebo: numquid vis am-
 pliùs, quam ut me similem ducibus meis praestem?
 Quid ergo est? non quo miserint me illi, sed quo
 duxerint, ibo.

XXIX. Nunc probabo tibi, nec desciscere me a
 praeceptis Stoicorum: nam ne ipsi quidem a suis de-
 sciverunt: et tamen excusatissimus essem, etiam si non
 praecepta illorum sequerer, sed exempla. Hoc quod

D d 2

dico,

d. *miti manu.* Quidam libri: *evnti manu.* Lipsius emendat:
mente, manu. Quae dedi, mea coniectura est. Cf. de Cle-
 ment. II, 6. de Vita beata 20, 4. inimicis mitis et facilis. —

4. *Canitiem galeã premi-*
mus] Hemistichium Virgil.
 Aeneid. IX, 612: ex oratione
 Numani, cui Remulo cogno-
 men erat, ex agro Piceno
 oriundi, in qua veteris Ita-
 liae disciplina ac vita dura
 et militaris egregie describi-
 tur. Ceterum de hoc Stoi-
 co praecepto cf. de tran-
 quill. animi. c. III.

Quid nobis — loqueris?] De
 his itaque in antecedentibus
 locutus erat. *principiis* i. in
 ea parte castrorum, qua dux
 solet habitare, ideoque in
 potissima parte philosophiae
 moralis, a Zenone propositae.

5. non quo *miserint* prae-
 ceptis suis — *sed quo duxe-*
runt praeundo. Exempla prio-
 rum Stoeae doctorum, Zeno-
 nis, Cleanthis, Chryssippi fe-
 quar, ut quos numquam rei-
 publicae tractationi operam
 suam dicasse constat.

Cap. XXIX. Dividit quae-
 stionem in duas partes: 1) se-
 cundum praecepta Stoicorum
 licere, per totam vitam uni-
 ce contemplationi veritatis se
 tradere; 2) officiis et mune-
 ribus functo licere a republi-
 ca secedere, et otio se com-
 mittere.

dico, in duas dividam partes. Primum, ut possit aliquis, vel a prima aetate, contemplationi veritatis totum se tradere, rationem vivendi quaerere, atque
 2 exercere, secreto. Deinde, ut possit hoc aliquis emeritis iam stipendiis, profligatae aetatis, iure optimo facere, et ad alios actus animum referre: virginum Vestalium more, quae, annis inter officia divisas, discunt facere sacra, et quum didicerunt, docent.

XXX. Haec Stoicis quoque placere ostendam: non, quia legem dixerim mihi, nihil contra dictum Zenonis Chrysippive committere: sed quia res ipsa patitur me ire in illorum sententiam: quam si quis semper
 unius

2. *emeritis stipendiis*] i. functus omnibus humanae vitae stipendiis (Senec. ep. 93.) i. officiis, muneribus publicis. *profligatae aetatis* homo, i. senior. *Profligare* Augusteo aevo proprium est verbum de iis rebus, quae inchoatae quidem et aliquo perductae, sed nondum ad finem promotae sunt: leniori significatione, qua ab etymol. et prima verbi potestate recedit. Cf. Duker. ad Florum II, 15. p. 414.

Virginum Vestalium — docent] Monachae Romanorum fuerunt hae virgines Vestales, ex instituto Numae Pompilio tribui solito, ut quaeque ad religionem vetustiore spectantia, a Pontifice Max. lectae s. captae, numero sex, quarum nata maxima *virgo maxima* dicebatur. Per triginta annos officio suo, administratione sacrorum Ve-

stae et Deae Bonae, fungi tenebantur; et quidem ita, ut decem annos discerent, decem operarentur, et reliquos decem iuniores lectas docerent. Quo tricennali tempore peracto e collegio secedere et nubere licuit. Plura de his Vestalibus, magni aestimatis Romae, plura dabunt Plutarch. vit. Numae Pompil. c. IX. p. 290 sq. Leopold. et Lipsius in Syntagmate de Vesta et Vestalibus.

Cap. XXX. Quod primo loco posuerat cap. antecedenti nunc persequitur, docens, Stoicis hoc decretum placere. Zenon enim dixerat: Sapiens accedet ad Remp. nisi si quid impenderit. Distinguenda itaque sunt tempora.

1. *me ire — sententiam*] proprie Senatorum esse sententiae senatoris in Curia assentientium (ire pedibus, ire in

unius sequitur, ^a non id curiae, sed iam factionis est. Vtinam quidem iam tenerentur omnia, et inoperta ac confessa veritas esset! nihil ex decretis mutaremus: nunc veritatem, cum iis ipsis qui docent, quaerimus. Duae maximae in hac re dissident sectae, Epicureorum ² et Stoicorum: sed utraque ad otium diversâ viâ mittit. Epicurus ait: „Non accedet ad Rempublicam sapiens, nisi si quid intervenerit.“ Zenon ait: „Accedet ad rempublicam, nisi si quid impeditur.“ Alter otium ex proposito petit, alter ex causa. Causa autem illa ³ late patet. si respublica corruptior est, quam ut adjuvari possit, si occupata est malis; non nitetur sapiens in supervacuum, nec se nihil profuturus impendet: si parum habebit auctoritatis aut virium: nec illum erit admittura respublica, si valetudo illum impedit. Quomodo navem quassam non deduceret in mare, ⁴

Dd 3

quo-

Cap. XXX. a. *non id curiae, sed iam factionis e.* Haec lectio ingeniosa debetur Lipsio. Antea: *non id vitae s.* Libri scripti dabant: *non iniuria sed in factionis est:* unde Lipsius lectionem receptam fecit. Certe Seneca interdum alludit ad Senatum s. Curiam e. c. de vita beat. c. 2 et 3. Sensus: si quis semper unius sententiae se mancipat, non senatorem agit, sed factiosum. Confert Lipsius Tertullian. Apologet. c. 39. Quum boni coeunt, quum pii et casti congregantur, non est factio dicenda, sed Curia.

in sent.) constat. Cf. Ernesti Clav. Cic. Discessio. Hinc de quocunque assensu dici coeptum est.

2. *Epicurus*] quippe qui perturbationum vacuitatem quaesivit, ideoque noluit, ut sapiens ad rempublicam accederet. Ipse hoc praecepit, Diogene Laert. referente X, 77. 119. *Zenon*. Idem tradit Diog. Laert. VII, 121. *πολιτεύσεσθαι Φασι τὸν σοφὸν, ἂν μὴ τι κωλύη,*

ὡς Φησι Χρύσιππος ἐν πρώτῳ Περὶ βίων. Cic. de finib. III, 20. Quum autem ad tuendos conservandosque homines hominem natum esse videamus, consentaneum est huic naturae, ut sapiens velit administrare rempublicam etc.

4. *deduceret*] machinis navem per hiemem in continenti conservatam. cf. Mitscherlich ad Horat. I, Odd. 4, 2. *de-*

quomodo nomen in militiam non daret debilis: ^b sic ad vitam, quam inhabilem sciet, non accedet. Potest ergo et ille, cui omnia adhuc in integro sunt, antequam ullas experiatur tempestates, in tuto subsistere, et protinus commendare se novis artibus; et illud beatum otium exigere, virtutum cultor, quae exerceri etiam a quietissimis possunt. Hoc nempe ab homine exigitur, ut profit hominibus, si fieri potest, multis; si minus, paucis; si minus, proximis; si minus, sibi. Nam quum se utilem ceteris efficit, commune agit negotium. Quomodo qui se deteriorem facit, non sibi tantummodo nocet, sed etiam omnibus iis, quibus melior factus prodesse potuisset: sic si quis bene de se meretur, hoc ipso aliis prodest, quod illis profuturum parat.

XXXI. Duas republicas animo complectamur, alteram magnam, et vere publicam, quâ dii atque homines continentur, in quâ non ad hunc angulum respicimus, aut ad illum, sed terminos civitatis nostrae cum sole metimur: alteram, cui nos adscripsit conditio nascendi. Haec aut Atheniensium erit, aut Carthaginensium, aut alterius alicuius urbis, quae non ad

b. sic ad vitam, quam inhabilem sciet: lectio vulg. et ea bona, ante Muretum, qui e conii. dedit: ad iter, quod inhabile sc. Reduxi ex edd. priscis, e. c. Erasmi. MSS. sic aditum, quod inhabile sc. Salmasius adscripserat, Gronov. notante: Sic ad actum, qui se habilem sc. Parum feliciter.

debilis, membris captus, ad de Provid. III, 2. *artibus*, studiis.

5. *si minus*] fieri potest. *Commune* — *negotium* quatenus Stoici et mundanos se esse dicerent, et sibi ipsi virtute exercenda prodesse.

Cap. XXXI. Quum duae republicae cogitari possint, altera minor, in qua quisque

aut natus aut civis sit, altera maior, hic mundus; et ille qui contemplationi commendarit se, otium actuosum agere potest, ideoque utilis esse.

1. *alteram magnam*] Cf. Ep. 68. Ceterum de hac civitate saepe iam mentionem factam vidimus ap. nostrum: et est in Stoicorum decretis,

ad omnes pertineat homines, sed ad certos. Quidam 2 eodem tempore utrique reipublicae dant operam, maiori minori: quidam tantum minori: quidam tantum maiori. Huic maiori reipublicae et in otio deservire possumus: imo vero nescio, an in otio melius, ut quaeramus, quid sit virtus, una pluresve sint? natura an ars bonos viros faciat? unum sit hoc, quod maria terrasque, et mari ac terris inferta complectitur, an multa eiusmodi corpora Deus sparsit? continua sit omnis et plena materia, ex qua cuncta gignuntur, an diducta, et solidis inane permixtum sit? Deus sedens opus suum spectet, an tra-

3 etet? utrumne extrinsecus illi circumfusus sit, an toti

Dd 4

indi-

2. ut quaeramus etc.] Sequentes quaestiones in causa fuisse, cur Philosophi diversarum sectarum inter se digladiarentur, nunc satis e Platone constat. *Vnam animi virtutem esse*, ait noster ep. 66, quae tota conferenda est, sed multas eius species, quae pro vitae varietate et pro actionibus explicantur. Erat Stoicorum virtus non aliud quam recta ratio, iustitia. Plures placere Academicis et Peripateticis etc. Cic. de Invent. II, 53. Diog. L. VII, 125. Lipsii Manuduct. ad stoic. philos. II, 21.

natura — faciat. Iam Socratis tempore quaerebatur: an docilis virtus esset? Xenoph. Mem. S. I, 2, 19 sqq. Stoici consensu affirmabant. Lipsius in Manud. laud. II, X. Plato et Aristoteles contrariam sequuti sunt

sententiam. *unum sit — sparsit.* Vnusne mundus sit, an plures aut infiniti? Vnum mundum probavere Stoici, Diog. L. VII, 137. plures aut infinitos Democritus, Anaxagoras, Epicurus al. Diog. L. X, 45 ib. Menag.

continua — permixtum sit? utrum materia, ὕλη, una serie cohaereat, et sine fine vacua sit, ut Stoici praecepere, an dividatur, et in infinitas partes secetur, secundum Academicos, an atomis in vacuo, secundum Epicureos contineatur: cf. Diog. L. VII, 150 ibiq. Menag. *Deus — tractet?* Senecam Epicureos Stoicis opponere manifestum est. *utrumne — sit.* Epicurus deum extra mundum in intermundiis posuit. Seneca de Benef. IV, 19. Stoici vero mundum et Deum unum idemque esse sta-

tue-

inditus? immortalis sit mundus, an inter caduca, et ad tempus nata, numerandus? Haec qui contemplatur, quid Deo praestatur? ne tanta eius opera sine teste sint. Solemus dicere, summum bonum esse, secundum naturam vivere: natura nos ad utrumque genuit, et contemplationi rerum, et actioni.

XXXII. Nunc probemus, quod prius diximus. Quid porro? hoc non erit probatum, si se unusquisque consuluerit, quantam cupiditatem habeat, ignota noscendi, quam ad omnes fabulas excitetur? Navigant quidam, et labores peregrinationis longissimae unâ mercede perpetiuntur, cognoscendi aliquid abditum remotumque. Haec res ad spectacula populos contrahit, haec cogit praeclusa rimari, secretiora exquirere, antiquitates evolvere, mores barbararum audire gentium. Curiosum nobis natura ingenium dedit: et artis sibi ac pulchritudinis suae conscia, spectatores nos tantis rerum spectaculis genuit, perditura fructum sui, si tam magna, tam clara, tam subtiliter ducta,

tuerunt. Diog. L. VII, 137. *immortalis — numerandus?* Stoici ipsi inter se de hac re dissidebant: Epicurei vero inter caduca et ad tempus data contra Aristotelem numerabant. Cf. Tiedemann Geist d. sp. Phil. II, p. 458. *quid*, quale officium dat, *praestatur* Deo? Vt sit testis et spectator operum divinorum. Noster de Benef. VI, 23, 5.

Cap. XXXII. Vt probet, hominem contemplationi rerum natum esse, assertur cupiditatem communem hominum, ignota noscendi, audiendive reperta, et tum naturalium rerum causas, tum earum,

quae extra mundum sunt, indagandi. Inde sequitur, hominem et ad agendum et ad contemplationem esse natum: et quum tria vitae genera sint, activum, contemplativum, et voluptarium, alterum sine altero esse nequit: ipsa adeo voluptaria secta in actu est. Denique quaerere coepit, ad quam remp. sapiens accessurus sit.

I. *prius*] nos a natura contemplationi esse destinatos. *fabulas* i. narrationes quascunque de rebus novis, sive sint verae, sive fictae. *antiquitates*, res antiquas.

ducta, tam nitida, et non uno genere formosa, solitudi-
 tudini ostenderet. Vt scias illam spectari voluisse,
 non tantum aspici, vide quem nobis locum dederit.
 In mediâ nos sui parte constituit, et circumspectum 3
 omnium nobis dedit: nec erexit tantummodo homi-
 nem, ^a sed etiam ad contemplationem factum, ut ab
 ortu sidera in occasum labentia prosequi posset, et
 vultum suum circumferre cum toto, sublime fecit illi
 caput, et collo flexibili imposuit. Deinde fena per 4
 diem, fena per noctem signa produxit, nullam non
 partem sui explicuit: ut per haec quae obtulerat eius
 oculis, cupiditatem faceret etiam ceterorum. nec enim
 omnia, nec tanta visimus, quanta sunt: sed acies
 nostra aperit sibi investigando viam, et fundamenta
 veri iacit, ut inquisitio transeat ex apertis in obscura,
 et aliquid ipso mundo inveniatur antiquius. Vnde ista 5
 sidera exierint? quis fuerit universi status, antequam
 singula in partes discederent? quae ratio merita et

Dd 5 con-

Cap. XXII. a. *sed etiam ad contemplationem factum.* Erasmi et
 priorum edd. lectio et a MSS. exiguo discrimine data. *fa-*
ctum — *fecit* offendit Gronov. qui propterea *aptum* pro-
 posuit.

3. *In mediâ — constituit]*
 Cf. ad Consol. ad Marc. 26, 4.
erexit. Haec ipsa iam mul-
 tis ante nostrum observata esse
 constat: e. c. Cic. de Nat.
 Deor. II, 56.

4. *Deinde fena — produ-*
xit] Spectant haec ad Zodia-
 cum, cuius sex signa qualibet
 die oriuntur, i. supra horizon-
 tem nostrum ascendunt, libra,
 scorpium, sagittarius, capri-
 cornus, aquarius, pisces; to-
 tidemque qualibet nocte, re-
 liqua. Cf. Manil. I, 263 fqq.

nec enim omnia — sunt: cf.
 Nat. Qu. VII, 30 fqq.

5. *Vnde ista sidera exie-*
rint?] i. a qua origine? Ex
 igne secundum Stoicos. Duo
 enim rerum principia statue-
 bant, Deum et materiam:
 Deum esse ignem intelligen-
 tem, $\pi\tilde{\upsilon}\rho\ \nu\omicron\sigma\pi\omicron\nu\sigma$, materiam
 vero aquae similem. Ex his
 creata esse quatuor elementa,
 ex quibus summum locum ob-
 tinere ignem: ex purissimo
 igne nata esse solem et astra,
 quae ut ignea humore nutriri.
 Cf.

confusa diduxerit? quis loca rebus assignaverit? fup-
 âpte naturâ gravia descenderint, evolaverint levia;
 an praeter nifum pondusque corporum altior aliqua
 vis legem fingulis dixerit? an illud verum fit, quo
 maxime probatur, hominem divini fpiritus effe, par-
 tem ac veluti fcintillas 'quasdam ^b facrorum in terras
 6 defiluiſſe, atque alieno loco haefiſſe? Cogitatio noſtra
 coeli munimenta perrumpit, nec contenta eſt, id
 quod oſtenditur ſcire. Illud, inquit, ſcrutor, quod
 ultra mundum iacet: utrumne profunda vaſtitaſ fit,
 an et hoc ipſum terminis ſuis cludatur? qualis fit ha-
 bitus excluſis: informia et confuſa ſint, an in omnem
 partem tantundem loci obtinentia, an et illa in ali-
 quem cultum deſcripta ſint? huic cohaereant mundo,
 an longe ab hoc ſeceſſerint, et in vacuo volutentur?
 7 individua ſint, per quae fruitor omne id quod natum
 futurumque eſt, an continua eorum materia ſit, et
 per totum mutabilis? utrum contraria inter ſe ele-
 menta ſint, an non pugnent, ſed per diverſa conſpi-
 rent. Ad haec quaerenda natus, aeffima, quam non
 multum acceperit temporis, etiam ſi illud totum ſibi
 vindicet. Cui licet nihil facilitate eripi, nihil negli-
 gentiâ patiatur excidere, licet horas avariſſime ſervet,
 et uſque in ultimae aetatis humanae terminos proce-
 dat, nec quidquam illi ex eo quod natura conſtituit,
 8 fortuna concutiat; tamen homo ad immortalium
 cognitionem nimis mortalis eſt. Ergo ſecundum na-
 turam

b. *ſacrorum* antiqua lectio. Lipſius coniecit: *aſtrorum*: haud
 ſcio, an melius.

Cf. Lipſii *Phyſiol.* II, 14. p.
 105 ſqq. *ſacrorum* i. ignium
 aeternorum, qui ſecundum
 Stoicos ſacri et dii quidam.

6. *inquit*] i. dicitur, di-
 cunt. De vacuo quaero.

7. *individua*] i. corpuscula
 ſecari neſcicia, atomi. *an con-
 tinua — mutabilis*: ſtoica ſen-
 tentia, antecedenti Epicureo-
 rum oppoſita. Atomum enim
 ſunt immutabiles, nec diver-
 ſas

turam vivo, si totum me illi dedi, si illius admirator cultorque sum. Natura autem utrumque facere me voluit, et agere, et contemplationi vacare. Vtrumque facio: quoniam ne contemplatio quidem sine actione est. „Sed refert,“ inquis, „an ad hanc voluptatis causa accesserit, nihil aliud ex illa petens, quam assiduam contemplationem, sine exitu: est enim dulcis, et habet illecebras suas.“ Adversus hoc tibi respondeo. aequè refert, quo animo civilem agas vitam: an ut semper inquietus sis, nec unquam sumas ullum tempus, quo ab humanis ad divina respicias. Quomodo res appetere, sine ullo virtutum amore, et 10 sine cultu ingenii, ac nudas edere operas, minime probabile est: (misceri enim inter se ista, et conferri debent:) sic imperfectum ac languidum bonum est, in otium sine actu proiecta virtus, nunquam id quod didicit ostendens. Quis negat, illam debere profectus suos in opere tentare, nec tantum, quid faciendum sit, cogitare, sed etiam aliquando manum exercere, et ea quae meditata sunt, ad verum perducere? Quid? si per ipsum sapientem non est mora, si non actor deest, sed agenda desunt: ecquid illi secum esse permittes? Quo animo ad otium sapiens secedit, ut sciat secum quoque ea acturum, per quae posteris profit? Nos certe sumus, qui dicimus, et 12 Zenonem et Chrysippum maiora egisse, quam si duxissent

c. *conferri* e MSS. Lipsio probante i. una *seri* et iungi. Antea: *conferri*.

fas formas accipere possunt, quae tantummodo concursu vario existunt.

11. *Quid? si — permittes?*

Sed si sapiens non in causa est, cur in actu non sit, num illi otioso esse licebit? Quem autem animum ei esse debere putemus,

quo vel in otio tamen, id quod didicerit, ostendat, et posteris utilem se praebeat?

12. *Zenonem et Chrysippum*] ut potissimos stoicae sectae auctores: Chrysippus autem doctori suo Cleanthi anteponebatur.

xissent exercitus, gessissent honores, leges tulissent, quas non uni civitati, sed toti humano generi tulerunt. Quid ergo est, quare tale otium non conveniat bono viro, per quod futura secula ordinet, nec apud paucos concionetur, sed apud omnes omnium
 13 gentium homines, quique sunt, quique erunt? Ad summam quaero, an ex praeceptis suis vixerint Cleanthes, et Chrysiippus, et Zenon? Non dubie respondebis, sic illos vixisse, quemadmodum dixerant esse vivendum. „Atqui nemo illorum rempublicam administravit. Non fuit illis, inquis, aut fortuna, aut dignitas, quae admitti ad publicarum rerum tractationem solet.“ Sed iidem nihilominus non segnem egere vitam: invenerunt, quemadmodum plus quies illorum hominibus prodesset, quam aliorum discursus et sudor. Ergo nihilominus hi multum egisse visi sunt, quam-
 14 vis nihil publice agerent. Praeterea tria genera sunt vitae, inter quae, quod sit optimum, quaeri solet: unum voluptati vacat, alterum contemplationi, tertium actioni. Primum, depositâ contentione depositoque odio, quod implacabile diversa sequentibus indiximus, videamus, an haec omnia ad idem sub alio
 15 titulo perveniant. Nec ille, qui voluptatem probat, sine contemplatione est; nec ille, qui contemplationi inservit, sine voluptate est; nec ille, cuius vita actioni destinata est, sine contemplatione est. „Plurimum,“ inquis, „discriminis est, utrum aliqua res propositum, an propositi alterius accessio sit.“ Sane grande discrimen: tamen alterum sine altero non est.
 Nec

13. „Non fuit — solet?“
 Censu enim et genere opus erant. Aliam causam Chrysiippus attulisse fertur ap. Stobaeum Serm. 43. p. 313: Χρύσιππος ἐρωτηθεὶς διατί

οὐ πολιτεύεται, ἔπε· διότι εἰ μὲν πονηρὰ τις πολιτεύηται, τοῖς θεοῖς ἀπαρέσει· εἰ δὲ χρηστὰ τοῖς πολιταῖς.

Nec ille sine actione contemplatur, nec hic sine contemplatione agit. Nec ille tertius, de quo male existimare ^d consensimus, voluptatem inertem probat, sed eam, quam ratione efficit firmam sibi. „Ita et haec ipsa voluptaria secta in actu est!“ Quidni in actu sit, quum ipse dicat Epicurus, aliquando se recessurum a voluptate, dolorem etiam appetiturum, si aut voluptati imminet poenitentia, aut dolor minor pro graviore sumetur? „Quo pertinet hoc dicere?“ ut appareat, contemplationem placere omnibus. Alii petunt illam: nobis haec statio est, non portus. Adiace nunc huc, quod e lege Chryssippi vivere otioso licet: non dico, ut otium patiat, sed ut eligat. Negant nostri sapientem ad quamlibet rempublicam accessurum. Quid autem interest, quomodo sapiens ad otium veniat: utrum quia respublica illi deest, an quia ipse reipublicae? Si omnibus defutura respublica est (semper autem deerit fastidiose quaerentibus) interrogo, ad quam rempublicam sapiens accessurus sit? Ad Athe-

d. *consensimus*: i. tu et ego, qui nunc de aliis disputamus. Ex edd. priscis et quatuor MSS. reduxi, Gronov. suasore. Frequens est Senecae, altercationibus eiusmodi formulam intermiscere, quum profert aliquid utrique partium acceptum. Cf. De Benef. VII, 4. II, 17.

16. *Nec ille tertius* — *consensimus*.] De Epicuro esse haec intelligenda, sequentia quoque docent. Ipse (ap. Diogen. Laert. X, 132. 136. 140. Cic. de finib. I, 18 et 19.) sobriam fatetur et vigilantem rationem et causas explorantem, cur quidque eligat, aut vitet, vitam facere iucundam. 17. *Alii petunt illam*] int. Epicureos, quibus contemplatio placet ex proposito, recedentes a republica. *nobis*, Stoicis, actus placet, portus est; sed si excludamur, ad contemplationem, tanquam ad stationem, confugimus, similes nautae, qui statione contentus est, portu exclusus. *Negant* — *accessurum*. Praecipiebant Stoici, actioni et reip. operam esse dandam, sed quum resp. talis, qualem vellet, vix inveniretur, ad quamlibet remp. negabant sapientem accessurum. Cf. Tranq. anim. c. III.

Atheniensium, in qua Socrates damnatur, Aristoteles, ne damnaretur, fugit? in qua opprimit invidia virtutes? Negabis mihi accessurum ad hanc rempublicam sapientem. Ad Carthaginensium ergo rempublicam sapiens accedet, in qua assidua seditio, et optimo cuique infesta libertas est, summa aequi ac boni vilitas, adversus hostes inhumana crudelitas, etiam
 19 adversus suos hostilis? Et hanc fugiet. Si percensere singulas voluero, nullam inveniam, quae sapientem, aut quam sapiens pati possit. Quodsi non invenitur illa respublica, quam nobis fingimus, incipit omnibus esse otium necessarium, quia, quod unum praeferrī poterat otio, nusquam est. Si quis dicit optimum esse navigare, deinde negat navigandum in eo mari, in quo naufragia fieri soleant, et frequenter subitae tempestates sint, quae rectorem in contrarium rapiant; puto, hic me vetat navem solvere, quamquam laudat navigationem. * * *

18. *Aristoteles, ne damnaretur, fugit*] factum hoc est primum Ol. 104, 2. ab Eurymedonte hierophanta f. a Demophilo impietatis accusatus, quum tredecim annos Athenis in Lyceo gymnasio

docuisset. Quum hae criminationes saepius, ut videtur, iterarentur, philosophus tandem discessit, ubi mortuus est Ol. 114, 3. ante Christ. n. 322. Cf. Buhlii vita Aristot. T. I. Opp. ed. bip.

DE CLEMENTIA

A D

NERONEM CAESAREM

LIBER PRIMVS

ARGVMENTVM.

*Introitus laudes Neronis a Clementia continet, nec eas quidem falsas, ut deinceps videbimus. Ipsa quidem Clementia, ut nonnulli obii-
ciunt, pessimum quemque sustinere potest, sed saepe quoque tum in-
nocentiae, tum virtuti, pro temporum conditione, succurrit, et
malos interdum ad innocentiam revocat. Verumtamen modus in
clementia exercenda tenendus est. I. II. Transfit ad materiae divi-
sionem. Prima pars est introductionis loco, qua primus hic totus
liber absunitur: secunda naturam clementiae habitumque demon-
strat, secundo libro destinata: tertia vero, quae interit, in ea
versata est, quomodo ad hanc virtutem perducatur animus, eam-
que usu suam faciat. — Ac primum clementiae utilitas docetur.
Decet autem potissimum regem, quippe qui et se et populum felici-
tati hac virtute donare potest. Est caput Reip., subiecti vero
membra corporis, quibus parcat et indulgeat. Quin est regibus
necessaria in copia peccantium, et magno animo vel maxime digna.
III. IV. V. Si nullus clementiae locus esset, e. c. in urbe magna,
Romae, quanta solitudo et vastitas futura sit, semper severe pu-
niendo! Peccata autem in naturam humanam cadunt, et usque
ad extremum aevi delinquemus. VI. Deinde ad exemplum deo-
rum formare se debet princeps: nam et ipsi nobis parcunt. Tum
et ipsa regis dignitas et maiestas poscunt, ut sit clemens, compa-
ratus cum privatorum turba: negari quidem nequit, regis condi-
tionem esse servitutem, sed servitutem magnitudinis, non posse fieri
minorem. Omnia enim regum patent, et minima saevitia protra-
bitur. VII. VIII. Sine hac clementia Augustus, inde a victoria
Actiaca, nullam salutem securitatemque adeptus esset. Ignovit L.
Cinnae, quum lassa erat eius crudelitas. — XI, 2. Revertitur hac
occasione data ad Neronis laudes a clementia et innocentia. — XII.
Opponuntur Tyranni, qui per saevitiam odia, pericula, exitia sibi
gignunt.*

gignunt. — XIV. Bonus princeps e contrario similis est patri bono, et e lenitate crescit eius auctoritas. Docet hoc Augustus. — XVI, 2. Iam quum multa imperandi genera sint, mite et clemens imperium optimum est, ut in animalibus mutis, ita potissimum in homine, qui maxima arte tractari debet. Medicum itaque bonum imitetur princeps. Haec moderatio ubique cum fructu adhibetur, et praevallet: gloria quoque maior inde comparatur, qua rex ceteros antestare debet. Ipsa adeo natura clementiam adhibet et flagitat. Exemplo sint inprimis apes. Hac arte inexpugnabile munimentum, amor civium, regi comparatur. — XIX. Punire tamen debet princeps, aut se, aut alium vindicando. Se vindicet; si opus fuerit, donando temperandove, in his praesertim qui sint inferiores. Egregie haec tractata sunt — XXI. In aliis vindicandis aut emendat improbum, aut ceteros meliores reddat, aut securitatem praestet; sed raro. Paucitas enim poenarum peccata minuit: crebrae vilescunt et spernuntur. XXIV, 2. Crudelitas minime humana est et omni detestatione digna: mala atque exitia inde nascuntur — ad fin.

LIBER SECVNDVS.

A R G V M E N T V M.

Orditur a magna et sublimi Neronis in latrones animadversuri voce: *Vellem nescire literas! quam sibi causam de Clementia ad Nerorem scribendi fuisse pronuntiat, ut, quod nunc natura et impetus sit, indicium fiat.* I. II. Sequitur, quam I, 3, 1. pollicitus erat, secunda tractationis pars, de natura clementiae habitusque. Ac primum clementiae definitiones proponuntur: in quibus constituendis et distinguendis, ut Stoicus, longus multusque est. III. Opponitur autem crudelitas, quam unice ad poenas refert, et separat a feritate. IV, 4. Deinde docet, quomodo clementia a misericordia distet: illa virtus est, haec vitium pusilli animi, ex decretis Stoicorum, qui contra adversarios, stoicam sectam ut duram calumniantes, defenduntur. In sapientem docet misericordiam non magis cadere — VII., quam veniam — fin.

Scripti sunt libri de Clementia primo regni Neroniani anno, c. I, IX, 1. Ideoque non falsae sunt laudes, quibus Nero a Seneca hisce libris extollitur; nam quinquennium primum Neronis felix faustumque fuisse, Burrho nostroque apud eum gratia atque auctoritate florentibus, ex historiae monumentis satis superque constat. Subscribo Lipsii indicio: „et vero digni Principe libri ac materiae; atque utinam legant, et mites simul magnosque animos ab iis sumant!“ Perquam apposite Augusti exemplum Neroni ante oculos

oculos idemtidem ponitur ad imitandum. Dolendum vero est, et posteriorem libri secundi partem, et totum librum tertium iniuria temporis interuisse! Ceterum iam ante Senecam de regis officiis, ideoque de Clementia Xenocrates, Platonis discipulus, σοιχῆα πρὸς Ἀλέξανδρον περὶ βασιλείας (Fabric. B. G. III. p. 192.) Aristoteles (ib. p. 309.) et Theophrastus (ib. p. 447.) scripserunt. Cum nostro Panegyrici contendere merentur.

I.

Scribere de clementia, Nero Caesar, institui, ut quodammodo speculi vice fungerer, et te tibi ostenderem, perventurum ad voluptatem maximam omnium. Quamvis enim recte factorum verus fructus sit fecisse, nec ullum virtutum pretium dignum illis extra ipsas sit: ^a iuvat inspicere et circuire bonam conscientiam, tum immittere oculos in hanc immensam multitudinem, discordem, seditiosam, impotentem, in perniciem alienam suamque pariter exsultaturam,

VARIETAS LECTIONIS.

Cap. I. a. *iuvat inspicere*. Sic cum Gronov. e codd. dedi. Antea: *iuvat tamen i*. Illud *tamen*, praecedente *quamvis*, licet, ut eleganter subterici, docet Gronov. De Benef. II, 17, 2. IV, 2, 3. Cic. de Offic. I, 22, 4. ubi I. M. Heusinger. Schwarzii Turfelin. de Particul. c. 206. laudat Nostro haec omisso perquam sollennis est.

ANIMADVERSIONES.

Cap. I. Laudat Neronem rat, et invidiam vitat, quasi Caesarem a bonitate et clementia ideoque et reipublicae, f. temporum felicitate, quae quam figura muliebri fere adumbratur in numis cum symbolis pacis, abundantiae, securitatis (Heyne Opuscul. ac. Vol. III. p. 328 sq.) etc., eam hoc capite ferme expressam putaveris: ita sibi et viam munit ad materiam, quam sibi tractandam sumse-

I. *te sibi*] ut scias ipse, quam clemens sis. *Quamvis* — *ipsas sit*. Stoicorum dogma est, virtutem propter se ipsam, nulla pretii habita ratione, esse expetendam. Cf. De benef. IV. passim et Ciceronis Paradoxa. *multitudinem*, subditos, *impotentem*, se ipsam regere nesciam. *exsultaturam*,
E e omnia

ram, ſi hoc iugum fregerit, et ita loqui ſecum:
 2 „Ego ex omnibus mortalibus placui, electuſque ſum,
 „qui in terris deorum vice fungerer, ego vitae necis-
 „que gentibus arbiter. qualem quiſque fortem ſtatum-
 „que habeat, in manu meâ poſitum eſt. Quid cuique
 „mortalium fortuna datum velit, meo ore pronun-
 „tiat: ex noſtro reſponſo laetitiae cauſas populi urbes-
 „que concipiunt. Nulla pars uſquam, niſi volente
 „propitioque me, floret. Haec tot millia gladiatorum,
 „quae ^b pax mea comprimit, ad nutum meum ſtrin-
 „gentur: quas nationes funditus ^c excindi, quas trans-
 „portari, quibus libertatem dari, quibus eripi, quos
 „reges mancipia fieri, quorumque capiti regium cir-
 „cumdari decus oporteat, quae ruant urbes, quae
 3 „oriantur, mea iuriſdictio eſt. In hac tanta facultate
 „rerum, non ira me ad iniqua ſupplicia compulit, non
 „iuuenilis impetus, non temeritas hominum et contu-
 „macia, quae ſaepe tranquilliffimis pectoribus quoque
 „patientiam extorſit: non ipſa oſtentandae per terro-
 „res potentiae dira, ſed frequens magnis imperiis glo-
 „ria. Conditum, immo conſtrictum apud me ferrum
 „eſt

b. *pax mea* bona lectio, quam et Erasmus praeflat. Statim-
 que occurrit 8, 2.

c. *excindi*. Alii *excidi*. Quum idem haec duo verba valeant,
 nihil muto. Veteres enim promiſcuae poſuiſſe videntur.
 Cf. Iac. Fr. Heuſing. ad Cic. de Offic. I, 22, 9.

omnia temere turbaturam, ut
 iumenta iugo excuſſo.

2. *placui*] fortunae. *niſi vo-
 lente propitioque me*, quaſi de
 deo: nam ea formula vetus
 in precando: uti volens pro-
 pitiuſque ſis. *quas nationes* —
excindi, ut Carthaginienſes,
 Numantini al. *quas transportari*,
 ut factum eſt in Sigam-
 bris, Vbiis etc., ex more
 antiquitatis, hiſtoria Iudaeo-

rum teſtante. *quibus liberta-
 tem dari*, ut Graecis, Per-
 ſeo deviſto etc. *iuriſdictio*,
 poteſtatis meae eſt. Iuriſdi-
 ctio proprie erat praetorum in
 iudiciis privatis, et fiebat vel
 ediſto, vel iudicibus dandis:
 deinde vero Caefarum eſſe
 coepit: hinc pro poteſtate
 ſumma dicitur. Cf. Erneſti
 Clav. Cic. Iuriſdictio et Ei.
 Excurs. II. ad Sueton.

„est summâ parsimoniâ etiam vilissimi sanguinis. nemo
 „non, cui alia desint, hominis nomine apud me gra-
 „tiosus est. Severitatē abditam, clementiam in pro- 4
 „cinctu habeo. sic me custodio, tanquam Legibus,
 „quas ex situ ac tenebris in lucem evocavi, rationem
 „redditurus sim. Alterius aetate primâ motus sum,
 „alterius ultimâ: alium dignitati donavi, alium humi-
 „litati: ^d quotiens nullam inveneram misericordiae cau-
 „sam, mihi pepercit. Hodie diis immortalibus, si a
 „me rationem repetant, annumerare genus humanum
 „paratus sum.“ Potes hoc, Caesar, praedicare auda- 5
 „cter, ^e omnium, quae in fidem tutelamque tuam vene-
 runt, nihil per te, neque vi, neque clam Reipubli-
 cae ereptum. Rarissimam laudem, et nulli adhuc
 Principum concessam concupisti, innocentiam. Non
 perdis operam: nec bonitas ista tua singularis ingra-
 tos aut malignos aestimatores nacta est. refertur tibi

E e 2

gra-

d. *quotiens* e cod. Erford. biblioth. Amplon. restitui, ut no-
 stro familiare. Antea: *quoties*.

e. *Omnium, quae in fidem tutelamque tuam venerunt, nihil per
 te, neque vi, neque clam Reip. ereptum.* Locus vexatissimus.
 Optimi enim Codd. hic contaminati sunt: mediae vero no-
 tae MSS. a librariis sciolisve aucti. Codd. optimi in hac
 fere lectione conveniunt: *Omnia (oia) quae (q) in fidem
 tutelam haberi (veri) nihil (n) per te (parte, pte) neque (n);
 vi, neque (n) clamari (clam a te) R. P. Ravissimam.* Sigla,
 quae in codd. hic occurrunt, uncinis inclusi. Hinc Gro-
 novius secundis curis fecit: *omnium tuae fidei et tutelae ve-
 rum nihil per te neque vi neque clam quæri Reip. Quæri i.
 desideravi.* Neque tamen haec, neque alia, quae Crusius
 Probabil. p. 168 cet. proposuerunt, satisfaciunt. In vul-
 gata lect. offendit repetitio otiosa sententiae praecedentis.
 Meliores itaque codd. expectandi sunt.

4. *in procinctu*] i. paratam
 ad exercendum. Locutionem
 hanc a militibus in proelium
 proruentibus petitam esse,
 constat. *ex situ* i. neglectu
 et contemptu, in quo iacue-
 rant sub Claudio. Legibus
 hic personam induit, ut So-

crates ap. Platonem in Crit.
 p. 115 sq. T. I. bip. *donavi*,
 concessi eius dign. et humil.
 i. ignovi ei propter dignita-
 tem etc. eius. *annumerare*,
 ut pastor populorum, *ποιμὴν
 λαῶν*, reddere creditos ho-
 mines.

gratia. Nemo unus homo uni homini tam carus unquam fuit, quam tu populo Romano, magnum longumque eius bonum! Sed ingens tibi onus imposuisti. nemo iam divum Augustum, nec Tiberii Caesaris prima tempora loquitur: nemo quod te imitari velit exemplar extra te quaerit. Principatus tuus ^f ad annum gustum exigitur. Difficile hoc fuisset, si non naturalis tibi ista bonitas esset, sed ad tempus sumta. nemo enim potest personam diu ferre. Ficta cito in naturam suam recidunt: quibus veritas subest, quaeque (ut ita dicam) ex solido enascuntur, tempore ipso in maius meliusque procedunt. Magnam adibat aleam populus Romanus, quum incertum esset, quo se statim nobilis indoles daret. Iam vota publica in tuto sunt: nec enim periculum est, ne te subita tui capiat oblivio. Facit quidem avidos nimia felicitas: nec tam temperatae cupiditates sunt unquam, ut in eo, quod contingit, desinant. gradus a magnis ad maiora fit, et spes improbissimas complectuntur insperata affecti. Omnibus tamen nunc civibus tuis et haec confessio exprimitur, esse felices: et illa, nihil iam his

acce-

f. *ad anni gustum.* Lipsii est haec primaria emendatio, qua, iudice Gronovio, nihil modestius, sagacius, verius. Antea libri optimi: *Augustum*, quae quidem lectio haud dubie e compendio scribendi: a gustum orta est. Proposuerat hanc emendationem Lipsius iam antea in Elect. II, 9. Primos autem quinque Neronis annos imperii fuisse egregios, satis constat. Cf. Argumentum.

6. *Sed ingens tibi onus imposuisti*] i. necessitatem talem te semper praestandi, ut exemplar esses. Cf. ad Consolat. ad Polyb. 22, 3. *Tiberii Caesaris — tempora:* ipsa Germanici morte haec tempora terminabantur, (Dio Cass: LVII, 19.) sexto imperii a. V. C. 772. *Ficta cito — recidunt.* Lipsius conten-

dit Cic. de Offic. II, 12, 10. Ficta omnia celeriter tanquam flosculi decidunt: nec simulatum quidquam potest esse diuturnum.

7. *nobilis indoles*] quae ferre ad magna bona aut magna mala inclinatur, ut clementissimi principis. *Contingit* eas.

accedere bonis posse, nisi ut perpetua sint. Multa illos cogunt ad hanc confessionem, quâ nulla in homine tardior est: securitas alta, affluens: ius supra omnem iniuriam positum. Observatur oculis laetissima forma Reipublicae, cui ad summam libertatem nihil deest, nisi pereundi licentia. Praecipue tamen aequalis ad maximos imosque pervenit clementiae tuae admiratio. Cetera enim bona pro portione fortunae suae quisque sentit aut expectat maiora minoraque: ex clementia omnes idem sperant. Nec est quisquam, cui tam valde innocentia sua placeat, ut non stare in conspectu clementiam, paratam humanis erroribus, gaudeat.

II. Esse autem aliquos scio, qui clementiâ pessimum quemque putent sustineri, quoniam nisi post crimen supervacua est, et sola haec virtus inter innocentes cessat. Sed primum omnium, sicut medicinae apud aegros usus, etiam apud sanos honor est: ita clementiam quamvis poenâ digni invocent, etiam innocentes colunt. Deinde, habet haec in persona quoque innocentium locum, quia interim fortuna pro culpa est: nec innocentiae tantum clementia succurrit, sed saepe virtuti, quoniam quidem conditione tem-

Ee 3

porum

8. *nisi pereundi licentia*] omnia bona et summam felicitatem donasti Reip., at tamen custodis eam, ne immodica libertate (*licentia*) utatur ad omnia miscenda et turbanda, ideoque ad interitum.

innocentibus succurrat clementia. Nam et apud innocentes clementiae honor est bonis temporibus: deinde tempora interdum tam prava sunt, ut tum fortuna pro culpa sit, tum virtus ipsa non suspicione, immo vero ne poena quidem careat: quae ad tempora sub Tiberio, Caio et Claudio referenda esse patet: denique clementia reducit improbos saepe ad innocentiam.

Cap. II. Clementiae tamen praestantia abusu et prava, quam multi de ea alunt, sententia, non infringitur: modus tenendus est, ut et malis et

porum incidunt quaedam, quae possint laudata puniri.
 2^a Adiice, quod magna pars hominum est, quae reverti ad innocentiam possit. Sed non tamen vulgo ignoscere decet. nam ubi discrimen inter malos bonosque sublatum est, confusio sequitur, et vitiorum eruptio. Itaque adhibenda est moderatio, quae sanabilia ingenia distinguere a deploratis sciat. Nec promiscuam habere ac vulgarem clementiam oportet, nec abscisam. nam tam omnibus ignoscere crudelitas est, quam nulli. Modum tenere debemus: sed quia difficile est temperamentum, quidquid aequo plus futurum est, in partem humaniorem praeponderet.

III. Sed haec suo loco melius dicentur. Nunc in tres partes omnem hanc materiam dividam. Prima erit ^a manumissionis: secunda, quae naturam clementiae habitumque demonstrat. nam quum sint vitia quaedam virtutes imitantia, non possunt fecerni, nisi signa quibus dignoscantur impresseris. tertio loco quaeremus, quomodo ad hanc virtutem perducatur animus, 2 quomodo confirmet eam, et usu suam faciat. Nullam
 vero

Cap. II. a. Lipsius hic defectum suspicatur. Mihi secus videtur. Hac quippe periodo docet Seneca, clementiam innocentiae quoque prodesse. Leviter tamen haec persequitur noster, quoniam meliori loco reservaturus erat: vid. mox c. 3. init. Sed ea tota pars periit.

Cap. III. a. *manumissionis*. Novo modo hanc vocem adhibuit, ut sit synon. *re commendationis*. Nam domini, qui servum libertate donarent; haud dubie hoc ipso actu ut probum hominem declarasse, putandi sunt. Commendat autem clementiam, ut recte observat Lipsius, eiusque necessitatem et fructum ostendit. Reiculas itaque puto emendd. Lipsii: *manuductionis*; Gronovii *mappamissionis* etc.

Cap. III. Divisio libri in tres partes; e quibus prima pergit ad II, 3: ubi secunda orditur; tertia vero pars tota periit. Clementia est virtus, humano generi maxime conveniens et longe humanissima atque utilissima; maxime decet regem. Docet quoque consensus gentium in colendis et tuendis regibus.

1. *Manumissionis*] i. q. manuductionis, χειραγωγίας, εισαγωγῆς, praeparationis et introductionis. vid. Var. lectt.

vero ex omnibus virtutibus magis homini convenire, quum sit nulla humanior, constet necesse est: non solum inter nos, qui hominem, sociale animal, communi bono genitum videri volumus; sed etiam inter illos, qui hominem voluptati donant, quorum omnia dicta factaque ad utilitatem suam spectant. nam si quietem petit et otium, hanc virtutem naturae suae natus est, quae pacem amat, et manus retinet. Nul- 3 lum tamen clementia ex omnibus magis, quam regem aut principem decet. Ita enim magnae ^b vires decori gloriaeque sunt, si illis salutaris potentia est. nam pestifera vis est, valere ad nocendum. Illius demum magnitudo stabilis fundataque est, quem omnes ^c non tam supra se esse, quam pro se, sciunt; cuius curam excubare pro salute singulorum atque univerforum quotidie experiuntur; quo procedente, non, tanquam malum aliquod aut noxium animal e cubili profilierit, diffugiunt, sed tanquam ad clarum ac beneficum sidus certatim advolant, obicere se pro illo mucronibus infidiantium paratissimi, et substernere corpora sua, si per stragem illi humanam iter ad salutem struendum sit. Somnum eius nocturnis excubiis muniunt: late- 4 ra obiecti circumfusique defendunt: incurrentibus periculis se opponunt. Non hic est sine ratione populis urbibusque consensus, sic protegendi amandique reges, et se suaque iactandi, quocumque desideraverit

E e 4

im-

b. vires. Recte Lipsius e codd. reduxit. Antea: *virtutes magnis vivis dec.*

c. non tam. Antea sine *non*. Recepti e cod. Amploniano Erford.

2. nos] i. Stoicos. cf. De Otio Sap. c. 28, 4. De Ira, I, 5, 2. illos, Epicureos.

3. sed tanquam ad clarum ac beneficum — advolant] e. c. ad cometam, boni quid

portendentem. Nat. Qu. VII, 7. fin. *ad salutem*, suam: ob sequentia tamen, ubi idem repetit, interpretaris: ad salutem reipublicae: quamquam prius praefero.

imperantis salus. Nec haec vilitas sui est, aut dementia, pro uno capite tot millia excipere ferrum, ac multis mortibus unam animam redimere, nonnunquam 5 quam senis et invalidi. Quemadmodum totum corpus animo defervit, et quum hoc tanto maius tantoque speciosius sit, ille in occulto maneat tenuis, et in quâ fede latitet incertus: tamen manus, pedes, oculi negotium illi gerunt; illum haec cutis munit; illius iussu iacemus, aut inquieti discurremus; quum ille imperavit, five avarus dominus est, mare lucri causâ scrutamur, five ambitiosus, iamdudum dexteram flammis obiecimus, aut voluntarie subfiluimus: sic haec immensa multitudo, unius animae circumdata, illius spiritu regitur, illius ratione flectitur, pressura se ac fractura viribus suis, nisi consilio sustineretur.

IV. Suam itaque incolumitatem amant, quum pro uno homine denas legiones in aciem deducunt, quum in prima fronte procurrunt, et adversa vulneribus pectora ferunt, ne Imperatoris sui signa vertantur. Ille est enim vinculum, per quod Respublica cohaeret: ille spiritus vitalis, quem haec tot millia trahunt, nihil ipsa per se futura, nisi onus et praeda, si mens illa a imperii subtrahatur.

— *Rege incolumi mens omnibus una;*
Amisso rupere fidem. —

Hic

Cap. IV. a. *imperii*. Bona lectio: intell. post subtrahatur, Reipublicae. Nec opus erit lectione: *imperio*, quam cod. Iureti exhibet, nec *imperiiis* in cod. Amplon. Erford.

5. *five ambitiosus* — *subfiluimus*] ad Mucium Scaevolam, qui coram Porfenna manum cremabat, et Curtium, qui desiluit in lacum, urbis lustrandae causa, (Liv. I, 13.) referas.

Cap. IV. Recte principes regesque coluntur: quoniam sine iis nulla unitas ac compages reipubl. esse potest.

1. Versus e Georgic. Virgil. IV, 212. 213. desumpti.

Hic casus Romanae pacis exitium erit, hic tanti for- 2
 tunam populi in ruinas aget. Tamdiu ab isto pericu-
 lo aberit hic populus, quamdiu sciet ferre frenos:
 quos si quando abruperit, vel aliquo casu discussos
 reponi sibi passus non b erit, haec unitas et hic maxi-
 mi imperii contextus in partes multas diffiliet: idem-
 que huic urbi dominandi finis erit, qui parendi fue-
 rit. Ideo Principes regesque, et quocunque alio no-
 mine sunt tutores status publici, non est mirum amari
 ultra privatas etiam necessitudines. Nam si sanis ho- 3
 minibus publica privatis potiora sunt; sequitur, ut is
 quoque carior sit, in quem se Respublica convertit.
 Olim enim ita se induit Reipublicae Caesar, ut seducti
 alterum non possit sine utriusque pernicie. nam ut illi
 viribus opus est, ita et huic capite.

V. Longius videtur recessisse a proposito oratio
 mea: at mehercules rem ipsam premit. Nam si, quod
 adhuc colligitur, animus Reipublicae tu es, illa cor-
 pus tuum: vides, ut puto, quam necessaria clemen-
 tia sit. tibi enim parcis, quum videris alteri parcere.
 Parcendum itaque est etiam improbandis civibus, non
 aliter quam membris languentibus: et si quando mis-
 so sanguine opus est, sustinendum est, ne ultra, quam
 necesse sit, incidas. Est ergo, ut dicebam, clemen- 2
 tia omnibus quidem hominibus, secundum naturam,

E e 5

maxi-

b. erit. Fortasse legebatur: fuerit: membrorum concinnita-
 te poscente. Sed hanc noster saepe neglexit: ideoque ni-
 hil muto.

3. *Caesar*] Augustus, qui libertatis nomine conservato
 omnes Reip. vires et potesta-
 tes in se unum accumulavit,
 ideoque fecit, ut separatio
 virium et capitis non sine
 magno periculo institui posset.

mendat, ut animo Reip. Ac-
 cedit, quod principem magis
 decet, quam ceteros homi-
 nes ob potentiam, qua prae-
 ditus est. Deinde princeps
 est in terris dei similis.

1. *tibi enim — parcere*]

Cap. V. Transiit ad Nerone-
 nem, cui clementiam com-
 ob coniunctionem intimam,
 quae tibi cum Rep. intercedit.

maxime tamen decora Imperatoribus: quanto plus habet apud illos quod fervet, quantoque in maiore materiâ apparet. Quantulum enim nocet privata crudelitas? Principum saevitia, bellum est. Quum autem virtutibus inter se fit concordia, nec ulla alterâ melior aut honestior sit: quaedam tamen quibusdam personis aptior est. Decet magnanimitas quemlibet mortalem, etiam illum infra quem nihil est. Quid enim maius, aut fortius, quam malam fortunam retundere? Haec tamen magnanimitas in bona fortuna laxiorem locum habet, meliusque in tribunali, quam in plano conspicitur. Clementia in quamcunque domum pervenerit, eam felicem tranquillamque praestabit: sed in regia quo rarior, eo mirabilior. Quid enim est memorabilius, quam eum, cuius irae nihil obstat, cuius graviori sententiae ipsi qui pereunt assentiuntur, quem nemo ^a interrogaturus est, immo si vehementius excanduit, nec deprecaturus quidem, ipsum sibi manum iniicere, et potestate sua in melius placidiusque uti? hoc ipsum cogitantem: Occidere contra legem nemo non potest: servare nemo, praeter me. Magnam fortunam magnus animus decet, qui nisi se ad illam extulit, et altior stetit, illam quoque infra terram deducit.

Cap. V. a. *interrogaturus* reduxi ex Erasmo. Lipsii edd. adscriptulantibus codd. Editio Gronov. et Bipont. *interpellaturus*. Lipsius explicat: Cur ita fecerit? nedum ut accusaturus.

2. *Quum autem — sit*] Stoicum dogma est: unam solummodo esse virtutem, s. virtutes inter se pares esse. Supra haec attigimus ad de Otio Sap. c. XXXI, 2.

3. *Haec tamen — conspicitur*] Homo summo loco natus et constitutus maiorem copiam nactus est magnanimitatem exercendi, ut qui

omnium in se oculos convertit. *in tribunali*: tempore Senecae vox *tribunal* de loco quocunque editiore in usu esse coepit. e. c. Plin. N. H. XVI, 1. Tacit. Annal. II, 83.

4. *ipsum sibi manum iniicere*] i. impetum suum reprimere, sibi imperare. *illam quoque infra terram deducit*, tantopere contemptui exponit,

ut

deducit. Magni autem animi est proprium, placidum 5 esse, tranquillumque, et iniurias atque offensiones superne despiciere. Muliebri est, furere in ira: ferarum vero, nec generosarum quidem, praemordere et urgere proiectos. Elephanti leonesque transeunt, quae impulerunt: ignobilis bestiae pertinacia est. Non decet regem saeva et inexorabilis ira: non multum enim supra eum eminet, cui se irascendo exaequat: at si dat vitam, si dat dignitatem periclitantibus et meritis amittere, facit quod nulli nisi rerum ^b potenti licet. Vita enim etiam superiori eripitur, nunquam 6 nisi inferiori datur. Servare, proprium est excellentis fortunae: quae nunquam magis suspici debet, quam quum illi contingit idem posse quod diis, quorum beneficio in lucem edimur, tam boni quam mali. Deorum itaque sibi animum asserens Princeps, alios ex civibus suis, quia utiles bonique sunt, libens videat, alios in numerum relinquat: quosdam esse gaudeat, quosdam patiatur.

VI. Co-

b. *potenti*. Recte probarunt Gruterus et Gronov. e codd. cf. c. 21, 2. Antea: *potienti*. Gronov. ad Liv. XXIII, 16. not. 3. docuit, has voces saepe confundi. Rerum potenti i. domino: potienti i. tyranno. Res nota.

ut ille ne vita, aspectu quidem dignus putetur. Quae locutio in quocunque sermone occurrit: e. c. ap. Homer. II. δ, 182. τότε μοι χάνοι εὐρεῖα χθονί! §, 464. p. 416 etc. ap. Virgil. multis locis. Loca alia e Cicer. post redit. ad Quirit. c. 4. fin. al. et e Xenophontis Anabasi VII, 19. fin. p. 385. T. II. Opp. ed. Thiem. laudavit Gronov.

5. *non multum enim — exaequar*] Nam is non multum

ab eo distitit, eodem fere loco positus est, quum tamen multum supra eum eminere deberet, cui etc.

6. *in numerum relinquat*] i. sine nomine, et vilem. Qua vi hic vocem *numerus* positam videmus, ea iam apud Graecos occurrit ἀριθμός, c. c. ap. Aristoph. Nub. 1205. Horat. Epp. I, 2, 27. eadem potestate adhibuit: Nos numerus fumus et fruges consumere nati.

VI. ^a Cogita te in hac civitate, in qua turba per latissima itinera sine intermissione defluens eliditur, quotiens aliquid obstitit, quod cursum eius velut torrentis rapidi moraretur: in quâ tribus eodem tempore theatris viae postulantur: in quâ consumitur, quidquid terris omnibus aratur! quanta solitudo et vastitas futura sit, si nihil relinquitur, nisi quod iudex severus absolverit. Quotus quisque ex quaestoribus est, ² qui non eâ ipsâ lege teneatur, quâ quaerit? Quotus quisque accusator vacat culpâ? et nescio, an nemo ad dandam veniam difficilior sit, quam qui illam petere saepius meruit. Peccavimus omnes: alii gravia, alii leviora, alii ex destinato, alii forte impulsi, aut alienâ nequitiâ ablati: alii in bonis consiliis parum fortiter stetimus, et innocentiam inviti ac renitentes per-

Cap. VI. a. *Cogita te* sc. esse. Lipsius ad h. l. ait: „Nonne ad Neronem omnis sermo? ergo, *Cogita tu.*“ Mihi quidem haec emendatio haud necessaria esse videtur: seiungas modo verba, ut feci: exclamandi nota posita post: *aratur*. Infinitivo autem sequente hoc verbum interdum carere, e Cic. Epp. ad Attic. IX, 2. post med. XVI, 2. post med. constat.

Cap. VI. Clementiam suadet a multitudine peccantium: si omnes enim peccantes puniendi essent, nemo a poena liber erit.

1. *eliditur*] comprimitur, cogitur. *in qua tribus — postulantur*: hoc est: ad tria theatra Romae, Balbi, Marcelli, Pompeii (Dio Cass. XXXIX, 38. LIV, 25. 26. Tacit. Annal. XIV, 20. ib. Lipf.) eodem tempore concurrerit populus ideoque postulat, ut de via decedant et locum dent, ne voluptate ludis adfedendi priventur. Sic Gro-

nov. locum per se facilem expedit, Lipsio hic haerente, dativi commodi s. scopi, quem vocant grammatici, parum memore. *aratur*, agriculturâ comparatur in provinciis extra Italiam (Tacit. Annal. III, 54.) verritur, ut cum Horatio I. Od. I, 10. Hinc aratores Siciliae ap. Ciceron. in Verrinis, i. agros colentes, et pro iis decumas solventes: Anglorum farmers. *quaestoribus* i. quaestoribus, praetoribus, qui quaestioni criminali praessent. Ernesti Clav. Cic. Praetor. Quaestio.

perdidimus. Nec delinquimus tantum, sed usque ad extremum aevi delinquemus. Etiamfi quis tam bene purgavit animum, ut nihil obturbare eum amplius possit ac fallere, ad innocentiam tamen peccando pervenit.

VII. Quoniam deorum feci mentionem, optime hoc exemplum Principi constituam, ad quod formetur, ut se talem esse civibus, quales sibi deos velit. Expediit ergo habere inexorabilia peccatis atque erroribus numina? expediit usque ad ultimam infesta pernicem? Ecquis regum erit tutus, cuius non membra aruspices colligant? Quodsi dii placabiles et aequi delicta potentium non statim fulminibus persequuntur: quanto aequius est, hominem hominibus praepositum miti animo exercere imperium, et cogitare, utrum mundi status gratior oculis pulchriorque sit sereno et puro die, an quum fragoribus crebris omnia quatiuntur, et ignes hinc atque illinc micant? Atqui non alia ² facies est quieti moderatique imperii, quam sereni coeli et nitentis. Crudele regnum, turbidum, tenebrisque obscurum est, inter trementes et ad repentinum sonitum expavescentes, nec eo quidem qui omnia turbat inconcusso. Facilius privatis ignoscitur, pertinaciter se vindicantibus. possunt enim laedi, dolorque eorum ab iniuria venit. timent praeterea contemptum: et non retulisse laedentibus gratiam, infirmitas videtur, non clementia. At cui ultio in facili est,

is

Cap. VII. Commendat clementiam ab exemplo deorum, ad quorum exemplar rex formare se debet. cf. Stobaei Serm. 46. p. 301 fqq.

1. *Ecquis regum — colligant?*] i. fulmine deiici. Aruspicum autem erat loca

fulmine tacta diis consecrare, bidentalibus vocata a bidente hostia sacrificata, ideoque et homines fulmine disiectos sepulcro condere. Lipsius docte locum expedivit.

2. *et non retulisse laedentibus gratiam*] i. talionem.

is omiffa eâ, certam laudem manfuetudinis confequitur. Humili loco pofitis ^a exercere manum, litigare, in rixam procurrare, ac morem irae fuae gerere, liberius eft. leves inter paria ictus funt. regi vociferatio quoque, verborumque intemperantia non ex maieftate eft.

VIII. „Grave putas, eripi loquendi arbitrium regibus, quod humillimi habent? Ifta,“ ^a inquit, „fervitus eft, non imperium.“ Quid tu? non experiris iftud nobis eſſe, tibi ſervitutem? Alia conditio eſt eorum qui in turba, quam non excedunt, latent: quorum et virtutes ut appareant, diu luſtantur, et vitia tenebras habent. Veſtra facta dictaque rumor excipit: et ideo nullis magis curandum eſt, qualem famam habeant, quam qui qualemcunque meruerint, magnam habituri ſunt. Quam multa tibi non licent, 2 quae nobis beneficio tuo licent? Poſſum in qualibet parte urbis ſolus incedere ſine timore, quamvis nullus ſequatur comes, nullus fit domi, nullus ad latus gladius: tibi in tua pace armato vivendum eſt. Aberrare

Cap. VII. a. *exercere*: e codd. omnibus reduxi, Lipſio non refragante: i. iactare manum, huc illuc ferre: quod eſt iurgantium. Antea: *exferere*.

Cap. VIII. a. *inquit* ſc. quidam. Recte e codd. reduxit Gronov.; ſpectat enim ad imprudentem vel adulatorem, quem Seneca ſibi, alloquenti Caefarem, hoc modo intercedere finxit. Antea: *inquis*. *Quid tu* (adulator) nos interpellas? *nonne* tu ipſe *experiris*, nos eſſe liberos, quibus loquendi quidquid velint ac debeant, arbitrium eſt, te vero eſſe revera ſervum, cui non liceat dicere quae ſentias. Gronov. τω non e plurium codd. iuſſu, et τω tibi de coniectura delectis legi mavult, aut, *Quid? tu non experiris, iſtam vobis eſſe ſervitutem?* aut: *non experiris conſulere nobis eſſe tibi ſervitutem?* Vt ad Caefarem referantur verba, non ad adulatorem. Neque tamen intercedam, ſi quis verba: *Iſta — ſervitutem?* adverſarii, ad Caefarem dirigentis, quem ſibi fingit Seneca, eſſe credat. Nihil muto.

In malam partem quoque dici, exemplis probavit Gron. nunc facile e lexicis petendis.

Cap. VIII. Regum alia conditio eſt quam privatorum in vita communi, nec quae privatis

errare a fortuna tua non potes. obsidet te, et quocumque descendis, magno apparatu sequitur. Est haec ^b summae magnitudinis servitus, non posse fieri minorem: sed cum diis tibi communis ista necessitas est. nam illos quoque coelum alligatos tenet: nec magis illis descendere datum est, quam tibi ^c tutum. Fastigio tuo affixus es. Nostros motus pauci sentiunt. pro-3
dire nobis, ac recedere, et mutare habitum sine sensu publico licet: tibi non magis, quam Soli, latere contingit. Multa contra te lux est: omnium in istam conversi oculi sunt. Prodire te putas? oriris: loqui non potes, nisi ut vocem tuam, quae ubique sunt gentes, excipiant. irasci non potes, nisi ut omnia tremant. sic neminem potes affligere, nisi ut quidquid circa fuerit, quatiatur. Vt fulmina paucorum pericu-4
lo cadunt, omnium metu; sic animadversiones magnarum potestatum terrent latius, quam nocent: non sine causa. Non enim quantum fecerit, sed quantum facturus sit, cogitatur in eo, qui omnia potest. Ad-
iice nunc, quod privatos homines ad accipiendas iniurias opportuniores acceptarum patientia facit: regibus certior est ex mansuetudine securitas. Quia fre-5
quens

^b. *summae*: ex Erasmo. et cod. Erford. Amplon. reduxi. Antea: *summa*; typhotherae, ut videtur, vitio, ap. Gronov. Lipsii et bipont.

^c. *tutum* recte Lipsius restituit ex optimis edd. e. c. Erasmo. Senec. de brev. vit. c. 4, 3. Cupiunt etc. Absesse tamen bene posset.

vatis licent, ea quoque regibus sunt permissa.

2. *Est haec summae — affixus es*] Hanc eandem sententiam iam supra attulit de Tranq. Anim. c. X. fin. *alligatos* int. sidera, quae Stoici deos censent. Cursum ea

suum tenent inconcussum et aequalem in coelo.

3. *Multa contra te*] i. ex adverso. In multa luce versaris. Inde mox: *oriris* instar solis, in quem omnium oculi convertuntur.

5. *Quia frequens* — voluntas laeviendi oportet ante defici-

quens vindicta paucorum odium reprimat, omnium iritat: voluntas oportet ante saeviendi, quam causa, deficiat. Alioquin quemadmodum praecisae arbores plurimis ramis repullulant, et multa fatorum genera, ut densiora surgant, reciduntur: ita regia crudelitas auget inimicorum numerum tollendo. Parentes enim liberique eorum, qui interfecti sunt, et propinqui, et amici, in locum singulorum succedunt.

IX. Hoc quam verum sit, admonere te exemplo domestico volo. Divus Augustus fuit mitis Princeps, si quis illum a principatu suo aestimare incipiat. In communi quidem Republica gladium movit: quum hoc aetatis esset, quod tu nunc es, duodevicesimum egressus annum, iam pugiones in sinum amicorum absconderat, iam insidiis M. Antonii consulis latus perierat, iam fuerat collega proscriptionis: sed quum annum quadragesimum transisset, et in Gallia moraretur, delatum est ad eum indicium, L. Cinnam, stolidi ingenii virum, insidias ei frueri. Dictum est et ubi, et quando, et quemadmodum aggredi vellet: unus ex consociis deferebat. Constituit se ab eo vindicare: consilium amicorum advocari iussit. Nox illi in-

deficiat, quam causa — *singulorum succedunt*. Haec observaverat haud dubie evenita sub tyrannis Tiberio, Caio, Claudio, qui ante Neronem regnabant.

Cap. IX. Exemplo Caesaris Augusti, qui mansuetudine et clementia inimicos suos corripere et vincebat, illustrantur, quae antea dixerat.

1. *domestico*] quatenus Neronis mater Agrippina filia erat Caesaris Germanici, filii Dru-

si et Antoniae minoris, filiae M. Antonii III. viri ex Octavia minore, sorore Augusti. cf. Sueton. Nero. *Divus Augustus — incipiat* i. ab anno V. C. 725. *in communi — movit*, in triumviratu. *iam pugiones — proscriptionis*. Haec confirmat et Cic. Epp. ad Div. 12, 23. et Sueton. Octav. 10. 70. al. *sed quum annum — frueri*. Quum Augustus natus sit a. V. C. 690., quae noster narrat facta sint oportet

inquieta erat, quum cogitaret adolescentem nobilem, hoc detracto, integrum, Cn. Pompeii nepotem dam-
nandum. Iam unum hominem occidere non poterat:
^a cum M. Antonio proscriptionis edictum inter coe-
nam dictarat. Gemens subinde voces emittebat varias,
et inter se contrarias. „Quid ergo? ego percussorem ³
mecum securum ambulare patiar, me sollicito? Ergo
non dabit poenas, qui tot civilibus bellis frustra pesti-
tum caput, tot navalibus, tot pedestribus proeliis in-
colume, postquam terrâ marique pax parta est, non
occidere constituit, sed immolare?“ nam sacrifican-
tem placuerat adoriri. Rursus silentio interposito
maiore multo voce, sibi, quam Cinnae, irascebatur.
„Quid vivis, si perire te tam multorum interest? quis ⁴
finis erit suppliciorum? quis sanguinis? Ego sum no-
bilibus adolescentulis expositum caput, in quod mu-
crones acuant. Non est tanti vita, si, ut ego non
peream,

Cap. IX. a. cum M. — dictarat. Lipsius emend. qui M. bene
a Gronov. repulsus. Iunctim enim proscriptionis edictum
dictabant. Dio Cass. XLVI, 55. 56.

tet a. V. C. 738., quum Augustus in Gallia moraretur
anno aetatis 48. Enimvero Dio Cass. dissentit de anno
et loco, qui fusus haec in a. V. C. 757. narrat LV,
14—22. Appellat cum Cne-
ium Cornelium. Sed iam
supra observavimus, nostrum,
historiae parum curiosum, lo-
ca, tempora, quid? quod
nomina interdum confunde-
re. Dioni itaque assentio:
Cinna enim Consul fuit a.
V. C. 758. quem adeo no-
strum locum ante oculos ha-
buisse puto. Exposuit autem
Dio eodem fere modo rem,

διαλογισμῶ ἰnter Augustum
et Liviam inserto. Sueton.
c. 19. hanc coniurationem
neglexit.

2. Cn. Pompeii nepotem] Ex
filia Cn. Pompeii nepos fuit:
cf. Dio Cass. LV, 14. Ea,
Cornelio Fausto, Sullae di-
ctatoris filio, nupta, peperit
cum aliis et hunc Cornelium
Cinnam. Hirtii de bello afri-
cano c. 95. Julius Caesar
Faustum et Afranium vivos
captos interfici iussit: Pom-
peiae cum Fausti liberis inco-
lunitatem suaque omnia con-
cessit. Factum est hoc post proe-
lium ad Thapsum.

peream, tam multa pericula sunt.“ Interpellavit tandem illum Livia uxor: et, „Admittis,“ inquit, „muliebri consilium? Fac quod medici solent: qui ubi
 5 usitata remedia non procedunt, tentant contraria. Severitate nihil adhuc profecisti: Salvidienum Lepidus secutus est, Lepidum Muraena, Muraenam Caepio, Caepionem Egnatius, ut alios taceam, quos tantum ausos pudet: nunc tenta, quomodo tibi cedat clementia. Ignosce L. Cinnae. deprehensus est: iam nocere tibi non potest, prodesse famae tuae potest.“
 Gavifus, sibi quod advocatum invenerat, uxori quidem gratias egit: renuntiari autem extemplo amicis, quos in consilium rogaverat, imperavit, et Cinnae unum ad se ^b arcessit: dimissisque omnibus e cubiculo,
 6 quum alteram Cinnae poni cathedram iussisset, „Hoc,“ inquit, „primum a te peto, ne me loquentem interpellas, ne medio sermone meo proclames: dabitur tibi loquendi liberum tempus. Ego te, Cinna, quum in hostium castris invenissem, non factum tantum mihi inimicum, sed natum servavi, patrimonium tibi omne concessi. Hodie tam felix es, et tam dives, ut victo victores invideant. Sacerdotium tibi petenti, praeteritis compluribus, quorum parentes mecum militaverant,

b. arcessit. Antea: accersit. Cf. Cellarii Orthograph. L. L.

4. *Fac quod medici — contraria*] Eadem Livia apud Dionem Cass. LV, 17. init. adhibuit. periculo caruit. Sueton. l. l. *renuntiari* i. nuntiari, ne in consilium advocati venirent (§. 2.).

5. *Severitate — pudet*]

Cf. Sueton. Octav. 19. Vellei. Paterc. 2, 88. De *Salvidieno* Dio Cass. XLVIII, 33. LIV, 3. 15. de *Egnario Rufo*. Dio Cass. LIII, 24. Tacit. Annal. I, 10. *alios*, nam ne ultimae quidem fortis hominum conspiratione et

6. *in hostium castris*] quorum? non liquet. Videtur ad Sextum Pompeium, Cinnae avunculum, respexisse, qui a. V. C. 718. ab Augusto devictus est. Dio Cass. XLIX, 10. Senec. de Benef. IV, 30, 1.

verant, dedi. Quum sic de te meruerim, occidere 7
 me constituisti.“ Quum ad hanc vocem exclamasset,
 procul hanc ab se abesse dementiam: „Non praestas,“
 inquit, „fidem, Cinna: convenerat, ne interloquereris.
 Occidere, inquam, me paras.“ adiecit locum, socios,
 diem, ordinem insidiarum, cui commissum esset fer-
 rum. Et quum defixum videret, nec ex conventione
 iam, sed ex conscientia tacentem: „Quo,“ inquit,
 „hoc animo facis? Vt ipse sis princeps? male me- 8
 hercule cum populo Romano agitur, si tibi ad impe-
 randum nihil praeter me obstat. Domum tueri tuam
 non potes. nuper libertini hominis gratiâ in privato
 iudicio superatus es. Adeo nihil facilius potes, quam
 contra Caesarem advocare? Cedo, si spes tuas solus
 impedio, Paullusne te, et Fabius Maximus, et Cossi,
 et Servilius ferent, tantumque agmen nobilium, non
 inania nomina praeferebant, sed eorum qui imagi-
 nibus suis decori sunt? „Ne totam eius orationem re- 9
 petendo, magnam partem voluminis occupem: diu-
 tius enim quam duabus horis locutum esse constat,
 quum hanc poenam, quâ solâ erat contentus futurus,
 extenderet: „Vitam tibi,“ inquit, „Cinna, iterum do,
 prius hosti, nunc infidatori ac parricidae. Ex ho-
 ff 2 dier-

8. *Adeo nihil — advoca-
 re?*] Quum tu libertino ho-
 mini, ne nobili quidem, nu-
 per succubuisti, facillimum
 hoc putas esse, advocare sc.
 amicos, consilii conscios, i.
 comparare, qui adsint tibi,
 consilium suggerant, patro-
 cinentur; verbo, coniuratio-
 nem facere contra me, mul-
 to potentiolem illo libertino?
 Hanc Gronovii explicationem
 praefero Lipsianae: „adesse,
 causam agere. nam manet in

re illa iudiciali.“ Gronov.
 laudat e nostro: de Ira III,
 13, 3. al. *Cedo, dic* utrum:
 — *Paullus, L. Aemil. P.* ce-
 terique nobilissimi homines,
 et viri consulares; alique
 qui maioribus suis praeclaris
 digni sunt.

9. *hanc poenam — exten-
 dere*] expectatione, formidi-
 ne iniecta, ne vita privare-
 tur. *parricidae*, nebuloni, qui
 patrono suo et servatori mor-
 tem intenderat.

dierno die inter nos amicitia incipiat: contendamus, utrum ego meliore fide vitam tibi dederim, an tu debeas.“ Post haec detulit ultro consulatum, questus, quod non auderet petere: amicissimum fidelissimumque habuit: heres solus fuit illi: nullis amplius infidiis ab ullo petitus est.

X. Ignovit abavus tuus victis. nam si non ignovisset, quibus imperasset? Sallustium, et Cocceios, et ^aDellios, et totam cohortem primae admissiois, ex adversariorum castris conscripsit. Iam Domitios, Messallas; Afinios, Cicerones, et quidquid floris in
civi-

c. ullo recte a Lipsio praelatum, sensu postulante. Proinde reduxi. Antea: *illo*.

Cap. X. a. *Dellios* scripsi e Dion. Cass. L, 13. 23. al. cf. Lipsi ad Tacit. Annal. I, 6. Antea: *Duillios*. Diversitas nominis Duillii, Deillii, Dellii etc. sollennis, e quibus posterius verum esse videtur, Lipsio suffragante.

Cap. X. Ob hanc clementiam securum Augusti imperium fuit, qui adeo pro deo habitus est.

1. *Sallustium*] ex fore nepotem Sallustii, historici, hortis suis celebrem, et ex Horat. Od. II, 2. notum. Tacit. Annal. III, 30. Plin. N. Hist. II, 34. *Cocceios*. Tacit. Annal. IV, 58. Erat M. Cocceius Nerva inter provos Nervae, postea principis, Consul a. V. C. 718. f. 714. Sigon. in Chronolog. Liv. Schotti Obsf. p. 607. *Duillios* s. *Dellios*: ex Horat. Od. II, 3. Dio Cass. L, 23. praesertim e Senec. patris Suaforiarum libro p. 7. Bip. ubi Deillium Messala Corvinus defultorem bellorum

civilium vocat: novissime ab Antonio transfugit ad Caesarem. *primae admissiois* i. primi loci: honestiores et quasi interiores amicos. De benef. VI, 33, 3. Graccho et Livio Druso adscribitur mos, amicos suos in classes distribuendi; amici primae, secundae, tertiae admissiois, ex ordine, quo admittebantur. Cf. Lipsius ad Tacit. Annal. VI, 9. Sueton. Tib. 46. Vespas. 14. ubi Intpp. *Domitios*. Cn. Domitius ab Antonio transfugit, abavus Neronis. Sueton. Nero c. 3. *Cicerones*, filium M. Tullii, qui cum Messalla Corvino in Bruti partibus fuit. Dio Cass. XLIX, 16. Erat Tibulli amicus. *Afinius Pollio* in Antonii partibus: ad de Ira III,

civitate erat, clementiae suae debebat. Ipsum Lepidum quamdiu ^b mori passus est? Per multos annos tulit ornamenta principis retinentem: et pontificatum maximum, non nisi mortuo illo, transferri in se passus est. maluit enim illum honorem vocari, quam spoliū. Haec eum clementia ad salutem securitatem ² que perduxit: haec gratum ac favorabilem reddidit, quamvis nondum subactis Reipublicae cervicibus manum imposuisset: haec hodieque praestat illi famam, quae vix vivis principibus servit. Deum esse, non tanquam iussi, credimus. Bonum principem Augustum, et bene illi convenisse parentis nomen, fate-mur: ob nullam aliam causam, quam quod contumelias quoque suas, quae acerbiores principibus solent esse, quam iniuriae, nullā crudelitate exsequeretur: quod probrosis in se dictis arrisit: quod dare illum ³ poenas apparebat, quum exigeret: quod quoscunque ob adulterium ^c filiae suae damnaverat, adeo non occidit, ut dimissis, quo tutiores essent, diplomata da-

Ff 3

ret.

b. *mori passus est.* Lipsius restituit e libris fidis. Oxymoron facile intelligas. Antea: *passus non est?*

c. *filiae* sc. Iuliae. Reduxi ut vulgatum eamque bonam lect. ante Lipsium, cui *ro' familiae* magis arridebat. „Nec enim, ait, sola Iulia mater adulteravit, sed et filia eius, Augusti neptis; et utriusque admittarios ultum ivit.“ Facile tamen intellectu est, nostram lect. praefendam esse: quis enim *familiam* de aliquot ad eam pertinentibus personis dixit? cf. de brev. vit. 5, 4. Rem per se notam attingit Sueton. Oct. 64. 65. al. Ceterum ingeniosissimum Wielandum nostratrem Iuliae causam praeclare egisse (Opp. T. XXIV. p. 338 sq. ed. noviss.) constat.

23, 3. *Ipsum Lepidum quamdiu — spoliū.* Lepidus devictus ab Augusto a. V. C. 718. (Dio Cass. XLIX, 12.) et mortuus est a. V. C. 741. (Dio Cass. LIV, 27.) quo anno pontificatum max. suscipit Augustus.

3. *quod quoscunque — non occidit*] Dio Cass. LV, 10. alia tradere videbatur Lipsio; sed Augustus Iulium Antonium aliosque occidi iussit, sed non praetextu adulterii, cum filia perpetrati, sed conspirationis. *dimissis* i. relegatis,

ret. Hoc est ignoscere, quum scias multos futuros, qui pro te irascantur, et tibi alieno sanguine gratificentur; non dare tantum salutem, sed praestare.

XI. Haec Augustus senex, aut iam in senectutem annis vergentibus! In adolescentia caluit, arsit irâ, multa fecit, ad quae invitus oculos retorquebat. Comparare nemo mansuetudini tuae audebit divum Augustum, etiamsi in certamen iuveniliū annorum deduxerit senectutem plus quam maturam. Fuerit moderatus et clemens: nempe post mare Actiacum Romano cruore infectum, nempe post fractas in Sicilia classes, et suas et alienas: nempe post Perusinas aras, et proscriptiones. Ego vero clementiam non ² voco lassam crudelitatem. Haec est, Caesar, clementia vera, quam tu praestas, quae non saevitiae poenitentiam coepit: nullam habere maculam, nusquam civilem sanguinem fuisse. Haec est in maxima potestate, verissima animi temperantia, et humani generis, ³ communis patriae, nunc dicatae tibi, amor, non cupi-

Cap. XI. a. *communis patriae, nunc dicatae tibi, amor.* Hanc lectionem erui e codd. siglis. Quum enim ibi sit: *cōprehēditte sibi mor; s. comprehendit te sibi mor.* putavi literarum apices id docere, quod dedi: sensu manifesto. Atque eo magis hanc mihi libertatem condonatum iri spero, quod codd. ope lectionem mutavi, quam suo Marte Rudolfus Agricola nobis obtruserat, nullo codice suffultam. Dederat

gratis, *diplomata*, literas curfus publici dedit, ut iussu principis transveherentur. Ernesti Clāv. Cic. Diploma. *gratificentur*, gratiam captent. *praestare* i. tutam reddere.

Cap. XI. Neronis Caesaris clementia laudatur.

1. *nempe post fractas — alienas*] in bello cum Sexto Pompeio; e. c. a. V. C. 714. secundum Dion. Cass. XLVIII,

18 et 31. XLIX, 1 fqq. a. V. C. 718. *nempe post Perusinas aras*, divo Iulio Caesare exstructas, Idibus Martiis hostiarum more trecentos ex deditiis electos utriusque ordinis mactari iussit Perusia capta, a. V. C. 713. Sueton. Octav. c. 15. Dio tamen Cass. XLVIII, 14. quadringentos mactatos esse scribit. Chronologiam in his neglexit noster.

cupiditate aliqua, non temeritate incendi, non priorum principum exemplis corruptum, quantum in cives suos liceat, experiendo tentare; sed hebetare aciem imperii sui. Praestitisti, Caesar, civitatem incruentam, et hoc, quod magno animo gloriatus es, „Nullam te toto orbe stillam cruoris humani misisse:“ eo maius est mirabiliusque, quod nulli unquam citius gladius commissus est. Clementia ergo non tantum honestiores, sed tutiores praestat: ornamentumque imperiorum est simul certissima salus. Quid enim est, cur reges consenuerint, liberisque ac nepotibus tradiderint regna, tyrannorum execrabilis ac brevis potestas est? Quid interest inter tyrannum et regem? species enim ipsa fortunae ac licentia par est, nisi quod tyranni in voluptate saeviunt, reges non nisi ex causa ac necessitate.

XII. „Quid ergo? non reges quoque occidere solent?“ Sed quoties id fieri publica utilitas persuadet: tyrannis saevitia cordi est. Tyrannus autem a rege distat factis, non nomine. Nam et Dionysius maior iure meritoque praeferrri multis regibus potest: et L. Sullam appellari tyrannum quid prohibet, cui occidendi finem fecit inopia hostium? Descenderit licet Dictaturâ suâ, et se togae reddiderit: quis tamen un-

F f 4

quam

autem: *incomprehensibilis*. Lipsius emendaverat: *communis parentis similis amor*: et Gronov., qui verba haec desperatae sanitate esse pronuntiat, *commendatissimus amor*.

Cap. XII. Discrimen inter regem tyrannumque. Cf. Platon. De Republ. lib. VIII. et IX. inde a p. 220. T. VII. Bip.

1. *Descenderit — reddiderit*] Quum dictator in sago esset, quippe qui bello gerendo plerumque creabatur,

opposita est toga, vestis civilis. Sequentem historiam de crudelitate Sullae iam attigimus ad de Ira I, 2, 3. Variant auctores in numero definiendo: aliis quatuor milia commemorantibus, Dionys. Halic. V, fin. Floro III, 21. aliis ut Valerio Max. IX, 2.

qua-

quam tyrannus tam avide humanum sanguinem bibit, quam ille, qui septem millia civium Romanorum con-
 2 trucidari iussit? Et quum in vicino, ad aedem Bel-
 lonae sedens, exaudisset conclamationem tot millium
 sub gladio gementium, exterrito senatu, „Hoc aga-
 mus,“ inquit, „P. C.! seditiosi pauculi meo iussu oc-
 ciduntur.“ Hoc non est mentitus: pauci Sullae vide-
 bantur. Sed mox a ille Sulla: „consequamur, quo-
 modo hostibus irascendum sit, utique si in hostile no-
 men cives, et ex eodem corpore abrupti, transie-
 rint.“ Interim hoc quod dicebam, clementia efficit,
 ut magnum inter regem tyrannumque discrimen sit:
 uterque licet non minus armis valletur. sed alter arma
 habet, quibus in munimentum pacis utitur; alter ut
 3 magno timore magna odia compefcatur. Nec illas ipsas
 manus, quibus se commisit, securus adspicit; contra-
 riiis in contraria agitur. nam et invisus est, quia ti-
 metur, et timeri vult, quia invisus est: et illo exfe-
 crabili versu, qui multos dedit praecipites, utitur:

Oderint dum metuant!

Ignarus quanta rabies oriatur, ubi supra modum odia
 4 creverunt. Temperatus enim timor cohibet animos:
 affi-

Cap. XII. a. Sed mox ille Sulla: „consequamur, quomodo hosti-
 bus irascendum sit, utique si in hostile nomen — transierint.
 Sic dedi e cod. Erford. Amplon.: optimo, ut opinor, sen-
 su. Interpositis enim de suo τοις. Hoc non est — videban-
 tur, adiicit Seneca reliqua Sullae verba, quae hac occa-
 sione locutus erat. Sic reperiemus etc. Apud Plutarch.
 Sull. c. 30. Sulla ait: γρηγορεῖσθαι γὰρ αὐτοῦ κελεύσαν-
 τος ἐνίοις τῶν πονηρῶν. Quae noster tradidit Sullae ver-
 ba, ea apprime et loco et persona loquentis digna sunt.
 Proinde Lipsii emend. supersedeamus.

quatuor legiones. Noster ta-
 men sibi constitit de Benef.
 V, 16., Plutarcho parum ab-
 ludente, qui ipsa paene ver-
 ba Senecae expressit, ut ex

eodem fonte hausisse vi-
 deantur.

3. contrariis in contraria
 agitur] Satellites ipsi, qui
 eum defendunt et securum
 praec-

affiduis vero et acer, et extrema admoventis, in audaciam iacentes excitat, et omnia experiri suadet. Sic feras lineis et pinnâ clusas contineas: easdem a tergo eques telis incessat: tentabunt fugam per ipsa quae fugerant, proculcabuntque formidinem. Acerrima virtus est, quam ultima necessitas extundit. Relinquit 5 oportet securi aliquid metus, multoque plus spei quam periculorum ostendet: alioquin ubi quiescenti paria metuuntur, incurrere in pericula iuvat, et alienâ animâ abuti. Placido tranquilloque regi fida sunt auxilia sua, quibus ad communem salutem utatur: gloriosusque miles (publicae enim securitati dare operam videtur) omnem laborem libens patitur, ut parentis victos. At illum acerbum et sanguinarium necesse est graventur stipitatores sui.

XIII. Non potest habere quisquam bonae ac fidae voluntatis ministros, quibus in tormentis, et equuleo, et ferramentis ad mortem paratis utitur, quibus non aliter quam bestiis homines obiectat: omnibus
Ff 5 rebus

praestant, metum quoque ei incutiunt. Pacem et minas belli dant. *et illo execrabili versu — metuunt.* v. ad de Ira I, 16, 26.

4. *Sic feras — formidinem.* Cf. ad de Ira II, 12, 2. Res iam ex Virgil. Georg. III, 372. Aen. XII, 750. nota est. *Formido* scil. constat lineis funiculis, rubente pinnâ obductis, quibus silva cingi (*claudi.* Heynii Obsl. ad Tibull. I, 4, 49.) solet in venatione.

5. *aliena anima*] i. eius, quem timent: in eum ipsum irruent, a quo terrentur,

eumque proculcabunt, uti ferarum agitatae formidinem.

Cap. XIII. Tyrannorum misera conditio ad bonorum regum beatam vitam.

1. *ferramentis — paratis*] ut in Regulo, quem Carthaginienses resectis palpebris illigatum in machina clavis ferreis apta vigilando necasse dicuntur. Cic. in Pison. 19. cf. ad de Provid. 3, 5. Ferramentum autem de quocunque instrumento, f. qualibet machina ferrea aut ferro obducta dici constat, e. c. de gladio, cruce.

a rebus noxior ac folicitior, ut qui homines deosque
 testes ac vindices facinorum timeat, eo perductus, ut
 non liceat illi mutare mores. Hoc enim inter cetera
 vel pessimum habet crudelitas, quod perseverandum
 est, nec ad meliora patet regressus. Scelera enim
 sceleribus tuenda sunt, quid autem eo infelicias, cui
 2 iam esse malo necesse est? O miserabilem illum, tibi
 certe! nam ceteris misereri eius nefas sit, qui cae-
 dibus ac rapinis potentiam exercuit, qui suspecta tibi
 cuncta reddidit, tam externa quam domestica: quum
 arma metuat, ad arma confugiens: non amicorum
 fidei credens, non liberorum pietati. Qui ubi cir-
 cumspexit quaeque fecit, quaeque facturus est, et
 conscientiam suam plenam sceleribus ac tormentis ad-
 aperuit: saepe mortem timet, saepius optat, inuisior
 3 tibi quam fervientibus. E contrario is cui curae sunt
 universa, quamquam alia magis, alia minus tuetur,
 nullam non Reipublicae partem tanquam sui nutrit,
 inclinatus ad mitiora, etiam si ex usu est animadver-
 tere, ostendens quam invitus aspero remedio manus
 admoveat; in cuius animo nihil hostile, nihil efferum
 4 est. Qui potentiam suam placide ac salutariter exer-
 cet, approbare imperia sua civibus cupiens: felix ab-
 unde

Cap. XIII. a. *rebus noxior*, omnium MSS. lectio: i. omnibus
 actionibus suis et omni respectu culpa dignior et soll. etc.
 eo perductus etc. *ro' ut qui* — *timeat* ad explicandum *ro'*
folicitior adiectum puto. Removi itaque e textu Lipsii
 emendationem *reis*: in Bipont. est operarum vitio: *rei*.

2. Dionysium maiorem
 praefertim hic expressum pu-
 tes. Cf. modo Cic. Tusc.
 V, 20. 21. *et conscientiam*
 — *adaperuit*. Eandem fere
 sententiam Tacitus Ann. VI,
 6. fin. ex loco magno Pla-
 ton. IX. de Rep. p. 255.

T. VII. expressit, cuius et
 noster memor fuisse videtur.

3. Praeclara stamina apud
 Platonem l. l. existant eorum,
 quae hic enuntiata sunt. *et-*
iamsi ex usu est, i. expe-
 dit, utilitatem et necessitatem
 habet.

unde sibi visus, si fortunam suam publicaverit; sermone affabilis, accessuque facilis; vultu, qui maxime populos demeretur, amabilis, aequis desideriiis propensus, ^b nec iniquis acerbus a tota civitate amatur, defenditur, colitur. Eadem de illo homines secreto loquuntur, quae palam. Tollere filios cupiunt, et publicis malis sterilitas indicta recluditur: bene se meriturum de liberis suis quisque non dubitat, quibus tale seculum ostenderit. Hic Princeps suo beneficio tutus, nihil praefidiis eget: arma ornamenti causa habet.

XIV. Quod ergo officium eius est? Quod bonorum parentum, qui obiurgare liberos nonnunquam blande, nonnunquam minaciter solent, aliquando admonere etiam verberibus. Numquid aliquis sanus filium ^a a prima offensa exhereditat? nisi magnae et multae iniuriae patientiam ^b evicerint, nisi plus est quod timet, quam quod damnat, non accedit ad decretorium stilum. Multa ante tentat, quibus dubiam indolem et peiore loco iam positam revocet: simul ^c deplorata est, ultima experitur. Nemo ad supplicia exigenda

b. *nec iniquis.* e Lipsii coniectura reduxi: sensu postulante. Antea: *etiam.*

Cap. XIV. a. *a prima offensa:* bona lectio. i. post s. propter primam off. Alii: *ad primam off.*

b. *evicerint:* Sic recte. noli emendare *evicerunt.* Futurum enim exactum est tempus indicativi.

c. *deplorata est* sc. indoles. Bene se habet. Gronov. tamen mavult e codice: *deploratum est* sc. negotium.

4. *si fortunam — publicaverit]* i. in publicum derivaverit. *demeretur,* devincit, conciliat.

Cap. XIV. De Officio boni principis exponit, quale sit.

1. *a prima offensa.* post primam off. *decretorium stilum* i. ad ultimam senten-

tiam ferendam, qua aliquid decernitur, ut mutari non amplius possit. Hinc arma decretoria, quibus de victoria aut vita cernitur, opponuntur lusoriis, quibus animi causa utimur. Cf. Ep. 102. 117. *simul,* ubi, postquam, simulatque de eo actum est, exheredationem scribit.

genda pervenit, nisi qui remedia consumsit. Hoc quod parenti, etiam Principi faciendum est, quem appellavimus Patrem Patriae, non adulatione vanâ adducti. Cetera enim cognomina honori data sunt. Magnos et Felices et Augustos diximus, et ambitionis maiestati quidquid potuimus titulorum concessimus, illis hoc tribuentes: Patrem quidem patriae appellavimus, ut sciret datam sibi potestatem patriam: quae est temperatissima, liberis consulens, suaeque post illos reponens. Tarde sibi pater membra sua ^d abscidat: etiam quum absciderit, reponere cupiat: et in abscidendo gemat, cunctatus multum diuque. Prope enim est, ut libenter damnet, qui cito: prope, ut inique puniat, qui nimis. Erixonem equitem Romanum memoriâ nostrâ, quia filium suum flagellis ^e occiderat, populus in foro graphiis confodit. Vix illum Augusti Caesaris auctoritas infestis tam patrum quam filiorum manibus eripuit.

XV. T.

d. *abscidat* et mox *abscidendo* refinxi codd. sequutus. Antea: *abscindat. abscindendo.*

e. *occiderat.* Sic omnes libri. Bene hariolationem nonnullorum: *ceciderat* repressit Lipsius.

2. *Patrem Patriae*] Hoc cognomen universi repentino maximoque consensu detulerunt Augusto. Sueton. c. 58. *Magnos*, ut Pompeium: Africa tota subacta et in ditionem redacta Magnique nomine in spoliis inde capto etc. ait Plin. Nat. Hist. VII, 27. p. 29. Bip. T. II. *Felices*, ut Sullam: vid. ad Consol. ad Marc. 12, 6. *suaque* — *reponens*, i. ponens. Verba enim composita ex *re* pro simplicibus adhibent scriptores augustei et insequentis

aevi. Ernesti ad Sueton. Octav. 78.

3. *Erixonem* — *eripuit*] Seneca unus hoc tradidit. *graphiis*, stilis ferreis, ima parte acutis, superiore latis, quibus scriberent et delerent literas in pugillaribus factas. Vfus graphiorum in hac re occurrit interdum: Sueton. Caes. 82. Calig. 28. Gladiis autem pacis tempore in urbe cincti non erant Romani: sed quum nemo sine pugillaribus esset paullo doctior, nec graphio carere poterat.

XV. ^aT. Arium, qui filium deprehensum in parricidio exfilio damnavit, causâ cognitâ, nemo non suspexit, quod contentus exfilio, et exfilio ^bdelicato, Massiliae parricidam continuit, et annua illi praestitit, quanta praestare integro solebat. Haec liberalitas effecit, ut, in qua civitate nunquam deest patronus peioribus, nemo dubitaret, quin reus merito damnatus esset, quem is pater damnare potuisset, qui odisse non poterat. Hoc ipso exemplo dabo, quem com-
pares bono patri bonum Principem. Cogniturus de filio T. Arius, advocavit in consilium Caesarem Augustum. venit in privatos penates, affedit, pars alieni consilii fuit. Non dixit: „Immo in meam domum veniat.“ Quod si factum esset, Caesaris futura erat

Cap. XV. a. *T. Avium*. Mureto haec debetur lectio, quam effinxit e codd. scriptura: *Tarium* (quem I. Tarium Rufum ipso Augusti imperio consulem fuisse a. V. C. 737. fasti docent, notante Lipsio). Placet haec lectio propterea quoque, quod Augusti amicitia cum Ario s. Aereo nota est. Cf. not. In nominibus magnam MSS. codd. esse diversitatem, constat. Sic cap. praeced. §. 3. Erixonem, alii Trixonem, alii Buxonem tradunt.

b. *delicato*: Lipsio monente praetuli vulgatae: *delegato*, parum idoneo sensu. *Delicato* spectat ad urbem Massiliam, in qua delicate vivere licebat. Lipsius iccirco laudat Milonis iocum in Ciceronem: Tu si ita dixisses, non hic Massiliae mullos ederem, e Dion. Caff. XI, 54.

Cap. XV. Quum bonus princeps animum patris gerat, exempla affert patris, filium moderate punientis, et boni principis.

1. *T. Avium*] Nisi is sit Aereus, qui in Consol. ad Marc. IV, 2. ib. not., ut Augusti philosophus et amicus commemoratur, unicus hic locus est, in quo eius mentio fit. Aerei filii memorantur ap. Sueton. Octav. 89. Scribitur et Arius. Reimar.

ad Dion. T. I. p. 647. Ceterum Seneca unus hanc rem tradidit. *exfilio*, propr. fuit relegatio, (cf. §. 4.) quoniam *continuit*, hoc uno loco eum clausit et circumscriptit: *annua* s. alimentaria. Sueton. Tib. 50.

2. *Cogniturus*] Sententiam laturus erat: nam propter patriam potestatem erat privatus filiorum iudex et censor. Affinibus congregatis et Caesarem advocavit.

3 erat cognitio, non patris. Audita causâ, excussisque omnibus, et his quae adolescens pro se dixerat, et his quibus arguebatur, petit, ut sententiam suam quisque scriberet, ne ea omnium fieret, quae Caesaris fuisset. Deinde priusquam aperirentur codicilli, iuravit, se T. Arii hominis locupletis hereditatem non aditurum. Dicit aliquis, pusillo animo: timuit, ne videretur locum spei suae aperire velle filii damnatione. Ego contra sentio. Quilibet nostrum debuisset adversus opiniones malignas satis fiduciae habere in bona conscientia: Principes multa debent etiam famae dare. Iuravit, se non aditurum hereditatem. Arius quidem eodem die et alterum heredem perdidit, sed Caesar libertatem sententiae suae redemit: et postquam approbavit gratuitam esse severitatem suam, quod principi semper curandum est, dixit: 5 relegandum, quod patri videretur. Non culleum, non serpentes, non carcerem decrevit: memor non de quo censeret, sed cui in consilio esset. Mollissimo genere poenae contentum esse debere patrem dixit in filio adolescentulo, impulso in id scelus, in quo se, quod pro-

3. *petit*] ipse Caesar. *codicilli*, pugillares, in quibus sententiae scriptae erant. *iuravit* — *aditurum*. Praecavit itaque, ne quis crederet, ipsum haereditatis spe sententiam suam tulisse. Morem huius saeculi, ut orbi aut qui beneficia a Caesaribus accepissent, hos sive ex asse sive ex parte haeredes vel superstitibus liberis scriberent, supra iam attigimus ad Consol. ad Marc. 19, 2. Augustum haereditates minime appetuisse, docet Sueton. c. 66. fin.

4. *Arius* — *perdidit*] filium, quum Caesar se hereditate abdicasset.

5. *Non culleum* — *decrevit*] Supplicia parricidarum solennia, ut capite et ore obvolutis in carcerem ducti, deinde in fluvium conicerentur culleo i. sacco coriaceo infuti (una cum serpente, simia, gallo gallinaceo et cane, ex lege Pompeii, §. 9. Instit. de publicis iudiciis). Iuvenal. VIII, 214. ib. Intpp. Cic. de Invent. II, 50. Pro Sext. Roscio Amerin. c. 26.

proximum erat ab innocentia, timide gessisset: debere illum ab urbe et a parentis oculis submoveri.

XVI. O dignum, quem in consilium patres advocarent! o dignum, quem coheredem innocentibus liberis scriberent! Haec clementia Principem decet, ut quocumque venerit, mansuetiora omnia faciat. Nemo regi tam vilis sit, ut illum perire non sentiat: qualiscumque, pars imperii est. In magna imperia ex minoribus petamus exemplum! Non est unum imperandi genus: imperat Princeps civibus suis, pater liberis, praeceptor discipulis, tribunus vel centurio militibus. Nonne pessimus pater videbitur, qui afflicto plagiis liberos, etiam ex levissimis causis, comperisset? Vter autem praeceptor liberalibus studiis dignior, qui excarnificabit discipulos, si memoria illis non constiterit, aut si parum agilis in legendo oculus haeserit: an qui monitionibus et verecundia emendare ac docere malit? Tribunum centurionemque daeum: desertores faciet; a quibus tamen ignoscitur. Numquidnam aequum est, gravius homini et durius imperari, quam imperatur animalibus mutis? atqui equum non crebris verberibus exteret domandi peritus

Cap. XVI. a. *quibus tamen ignoscitur.* Quocumque te vertas, nullum sensum idoneum exprimas. Sequi debebat: tribunus tamen mitis monitionibus emendabit, quibus ignoverit. Puto itaque verba quaedam hic excidisse. Lipsii interpunctione nihil proficimus. „Tu, ait, interpunge: *desertores faciet. Quibus — ignoscitur? n. etc.* Sententia aperta. Ignosci volumus, et quibus? hominibus. Atqui et brutis ignoscitur et molliter habentur: cur non magis illis? mox: *contundet* reposui: in Gronov. Bip. al. est: *contunde* operarum vitio.

Cap. XVI. Clementia itaque, ut cuique homini, ita praesertim principi honori duccenda est.

1. *ex minoribus*] imperiis.
2. *aut si parum agilis — haeserit*] Quod eo facilius

evenire debuit, quum litterae maiusculae s. unciales una serie nec ulla interpunctione adhibita semper scriberentur. Cf. Nouveau traité diplomatique, T. III.

tus magister. Fiet enim formidolosus et contumax, nisi eum tactu blandiente permulseris. Idem facit venator, qui instituit catulos vestigia sequi, quique iam exercitatis utitur ad excitandas vel persequendas feras. Nec crebro illis minatur: contundet enim animos, et quidquid est indolis, comminuetur trepidatione degeneri: nec licentiam vagandi errandique passim concedit. Adicias his licet tardiora agentes iumenta: quae quum ad contumelias et miserias nata sint, nimiam saevitiam coguntur iugum detrectare.

XVII. Nullum animal morosius est, nullum maiore arte tractandum, quam homo; nulli magis parcendum. Quid enim stultius, quam in iumentis et canibus erubescere, iram exercere, pessimam autem conditione a sub homine hominem esse? Morbis medemur, nec irascimur: atqui et hic morbus est animi: mollem medicinam desiderat, ipsumque medentem minime infestum aegro. Mali medici est, desperare, ne
 2 cures. Idem in his, quorum animus affectus est, facere debet, cui credita salus omnium est: non cito spem proicere, nec mortifera signa pronuntiare. Luctetur cum vitiis, resistat; aliis morbum suum exprobret; quosdam molli curatione decipiat, citius meliusque sanaturus remediis fallentibus. Agat Princeps curam, non tantum salutis, sed etiam honestae cicatricis. Nulla regi gloria est ex saeva animadversione. quis enim dubitat posse? at contra maxima, si vim suam continet, si multos irae alienae eripuit, neminem suae impendit.

XVIII.

Cap. XVII. a. *sub homine hominem esse?* et *hominem* de suo inferuit Lipsius, me suffragante.

Cap. XVII. Homo prae ceteris animalibus blande tractetur a rege, quippe qui boni medici similis est.

XVIII. Servis imperare moderate, laus est: et in mancipio cogitandum est, non quantum illud impune pati possit, sed quantum tibi permittat aequi bonique natura: quae parcere etiam captivis et pretio paratis iubet. Quanto iustius iubet, hominibus liberis, ingenuis, honestis, non ut mancipiis abuti, sed his quos gradu antecedas, quorumque tibi non tradita servitus sit, sed tutela? Servis ad statuam licet con- 2 fugere. quum in servum omnia liceant, est aliquid, quod in hominem licere commune ius animantium vetet: quia eiusdem naturae est, cuius tu. Quis non Vedium Pollionem peius oderat, quam servi sui, quod muraenas sanguine humano saginabat: et eos qui se aliquid offenderant, in vivarium, quid aliud, quam serpentium, abiici iubebat? O hominem mille morti- 3 bus dignum! five devorandos servos obiiciebat muraenis, quas esurus erat, five in hoc tantum illas alebat, ut sic aleret. Quemadmodum domini crudeles totâ civitate commonstrantur, invisique et detestabiles sunt: ita regum et iniuria latius patet et infamia,

Cap. XVIII. Quum et laus est, servis moderate imperare, quanto maior esse debet principi, hominibus ingenuis, eius tutelae creditis, clementer imperare! Exemplum domini, crudelis in servos, Vedii Pollionis.

1. *pretio paratis*] servis, ἀνθρώποις, ἀργυρωμένοις.

2. *Servis — conjugere*] Sub imperatoribus hunc morem invaluisse, ut servi iniuria aut poena affiendi ad statuam principis, (quae quidem multae fuerent) ut ante ad aram et tem-

pla, et graeco more, confugerent, tamquam ad asyllum, egregie docuit Lipsius ad Tacit. Annal. III. Excurs. F. p. 1190 sq. *Quis non Vedium Pollionem* etc. cf. de Ira III, 40. *quid aliud vivarium quam serpentium* i. vermium (cf. Plin: VII, 52. Bip. ubi pediculi ita vocantur) cum notione contemptus. Serpentes saepe id valent quod τὰ ἐρπετά. Ceterum forma muraenae similes sunt, ut anguillae serpentibus.

mia, atque odium feculis traditur. Quanto autem a non nasci fuit, quam numerari inter publico malo natos?

XIX. Excogitare nemo quidquam poterit, quod magis decorum regenti fit, quam clementia: quocunque modo is, et quocunque iure praepositus ceteris erit. Eo scilicet formosius id esse magnificentiusque fatebimur, quo in maiori praestabitur potestate, quam non oportet noxiam esse, si ad naturae legem commo-
2 ponitur. Natura enim commenta est regem: quod et ex aliis animalibus licet cognoscere, et ex apibus, qua-

Cap. XVIII. a. *non nasci fuit, quam.* Hanc lectionem germanam, in Cod. Nazariano unico servatam, praetulit Gronov. ut elegantiore, quam quum librarii non intellexissent, temere emendarunt. *Tō esse* autem, sequente *τῶ quam* s. *sed*, etc. inest vis *τῶ* melius esse, praestare, sufficere. Quem usum multis exemplis docuit Gronov. Obs. IV, 8. nec nostro infrequentem: e. c. Nat. Qu. VI, 30, 3. non erat impelli, sed agitari. Nat. Qu. I. praef. §. 3. non fuerat nasci. Non dubitavi Gronov. sequi, quo ipsae regulae criticae duxerunt. Antea: non nasci melius fuit.

Cap. XIX. Ab exemplo apum clementia regibus suadetur.

2. *Natura enim commenta est*] dignitatem regiam praestitit, condidit. Plato originem tyrannidis a divitiis nimis et luxu, inde orto, ideoque et morum corruptione derivavit. T. VII. p. 221 sq. de Republ. VIII. Bip.

Quod — apibus etc.] Quae hic de apibus traduntur, ea fere omnia apprime conveniunt cum iis, quae et recentiores de apibus observarunt. In eo tamen differunt, quod nobis rectius dux apum regina, veteribus rex

appellatur: est autem unica femina et mater omnium apum. Deinde et nostri aculeo carere regem cum Seneca statuunt, Aristotele H. A. V, 21. negante, Plinio Nat. Hist. XI, 17. adhuc dubitante. Ceterum cf. Virgil. Georg. IV, 152 sqq. ib. Intpp. Plin. N. H. XI, 10 sq. 17 sq. Qui vero breviter et bene collecta legere velit potiora, quae recentiores de apibus observarunt, is adeat Funke *Naturgesch. et Technolog. T. I.* p. 481 sqq., qui nec recentissimas de apum oeconomia et natura observationes p. 493. praetermisit: modo fontes suos addidisset.

quarum regi amplissimum cubile est, medioque ac tutissimo loco. Praeterea onere vacat, exactor alienorum operum: et amissio rege totum dilabitur examen: nec unquam plus unum patiuntur, melioremque pugnam quaerunt. Praeterea insignis regi forma est, dissimilisque ceteris, tum magnitudine, tum nitore. hoc tamen maxime distinguitur. Iracundissimae, ac pro corporis captu pugnacissimae sunt apes, et aculeos in vulnere relinquunt: rex ipse sine aculeo est. Noluit illum natura nec saevum esse, nec ultionem magno constaturam petere: telumque detraxit, et iram eius inermem reliquit. Exemplar hoc magnis regibus ingens est. Est enim illi mos, exserere se in parvis, et ingentium rerum documenta minima agere. Pudeat, ab exiguis animalibus non trahere mores: quum tanto hominum moderatior esse animus debeat, quanto vehementius nocet. Vtinam quidem eadem homini lex esset: et ira cum telo suo frangeretur, nec saepius liceret nocere quam semel, nec alienis viribus exercere odia! facile enim lassaretur furor, si per se sibi satisfaceret, et si mortis periculo vim suam effunderet. Sed ne nunc quidem illi cursus tutus est. Tantum enim necesse est timeat, quantum timeri voluit, et manus omnium observet, et eo quoque tempore, quo non captatur, peti se iudicet, nullumque momentum immune a metu habeat. Hanc aliquis aegram vitam sustinet, quum liceat innoxium aliis et ob hoc securum, salutare potentiae ius laetis omnibus, tractare? Errat enim, si quis existimat tutum

Gg 2

esse

Cap. XIX. a. *minima agere*. Cur Lipsio *minimā* s. *minimis*, et Iureto *de minimis* prae vulgata arriferit, equidem vix intelligo. Vulgata egregie se habet. Quid enim manifestius est, quam haec naturae via consilii, qua indicia minima agat ad ingentes res ordinandas?

b. *aegram* reduxi ex Erasmo al., Grutero quamvis refragante, qui *agere* commendavit, quod in Gronov. Bip. etc. derivatum

esse ibi regem, ubi nihil a rege tutum est. Securi-
 5 tas securitate mutuâ paciscenda est. Non opus est in-
 struere in altum editas arces; nec in adscensum arduos
 colles emunire, nec latera montium abscidere, mul-
 tiplicibus se muris turribusque sepire: saluum regem
 in aperto clementia praestabit. Vnum est inexpugna-
 bile munimentum, amor civium. Quid pulchrius est,
 quam vivere optantibus cunctis, et vota non sub cu-
 stode nuncupantibus? si paulum valetudo titubavit,
 non spem hominum excitari, sed metum? nihil esse
 cuiquam tam pretiosum, quod non pro salute praefidis
 sui commutatum velit? omne quod illi contingit, sibi
 6 quoque evenire deputet? In hoc assiduis bonitatis
 argumentis probavit, non Rempublicam suam esse, sed
 se Reipublicae. Quis huic audeat struere aliquod pe-
 riculum? quis ab hoc non, si possit, fortunam quo-
 que avertere velit, sub quo iustitia, pax, pudicitia,
 securitas, dignitas florent: sub quo opulenta civitas
 7 copiâ bonorum omnium abundat? Nec alio animo
 rectorem suum intuetur, quam, si dii immortales po-
 testa-

tum est. *Aegram sensus loci quoque commendat. Mox: in adscensum arduos colles emunire* est vulgata lectio. In manuscr. Herbipolit. apud Dominicanos est: *nec in asc. arduo calle muniri*. Quod praefert Schottus. *abscidere* dedi codd. secutus. Antea: *abscindere*.

c. *In hoc*. Lipsius reponere mavult: *is hoc*, vel, *qui*: si tamen, addit, non aliquis hic defectus. Fortasse erat: *ita hoc*.

5. *et vota non sub custode nuncupantibus*] Tale quid in publicis precationibus certe factum esse videtur sub tyrannis Caio, Claudiove: quo spectant Plinii Nat. Hist. XXVIII, 3. Bip. verba haecce: Vidimusque certis precationibus obsecrasse summos magistratus: et ne quid verborum praetereatur, aut prae-

posterum dicatur, de scripto praeire aliquem, rursusque alium custodem dari, qui attendat etc. Et noster hanc consuetudinem Caligulae, quamvis in alia re, custodem dandi tradidit de Ira II, 33, 4. Lipsius de delatoribus cogitasse videtur et propter Plinii Panegyri. 67 et 68.

testatem visendi sui faciant, ^d intueamur venerantes contentesque. Quid autem? non proximum illis locum tenet is, qui se ex deorum naturâ gerit, beneficus ac largus, et in melius potens? Haec affectare, haec imitari decet: maximum ita haberi, ut optimus simul ^e habeatur.

XX. ^a A duabus causis punire princeps solet, si aut se vindicat, aut alium. Prius de ea parte differam, quae ipsum contingit. difficilius est enim moderari, ubi dolori debetur ultio, quam ubi exemplo. Supervacuum est hoc loco admonere, ne facile credat, ut verum excutiat, ut innocentiae faveat, et ^b appareat, ut non minorem agi rem periclitantis, quam iudicis, sciat: hoc ad iustitiam, non ad clementiam pertinet. Nunc illum hortamur, ut mani-² feste laesus animum in potestate habeat, et poenam, si tuto poterit, donet: fin minus, temperet: longaque fit in suis, quam in alienis, exorabilior iniuriis. Nam quemadmodum non est magni animi, qui de alieno liberalis est, sed ille qui quod alteri donat, sibi detrahit: ita clementem vocabo, non in alieno

Gg 3

dolo-

d. *intueamur* hanc codd. lectionem alteri: *intueremur* cum Lipsio praefero.

e. *habeatur*: male nonnulli scripti: *habere*. Universe enim disputat Seneca, nec locus idoneus allocutioni ad Neronem est.

Cap. XX. a. *A duabus causis* i. ob vel propter. e codd. recte reduxit Gron. Antea: *Duabus de causis*.

b. *appareat, ut non minorem agi rem periclitantis quam iudicis, sciat*. Sic Rudolphus Agricola, Lipsio et Gronov. suffragantibus, restituit e libris; i. e. ut innocentiam adjuvet et ut cogitet iudex, etiam quum se vindicat, non minorem periclitantis, quam sui respectum habendum esse. Sic bene loci sensum expedit Gronov. Antea: ut appareat non minus rem agi — quam iudicis.

Cap. XX. Vindicta principis aut privata aut publica est.

1. *ubi dolori*] proprio, quum se vindicat — ubi *ex- plo*; publicae vindictae causa.

2. *Nunc*] spectat ad praecedentia. Mihi non est sermo de iustitia, sed de clementia.

dolore facilem, sed eum qui quum suis stimulis exagitetur, non profilit: qui intelligit magni animi esse, iniurias in summâ potentiâ pati, nec quidquam esse gloriosius principe impune laeso.

- XXI. Vltio duas res praestare solet: aut solatium affert ei qui accepit iniuriam, aut in reliquum securitatem. Principis maior est fortuna, quam ut solatio egeat: manifestiorque vis, quam ut alieno malo opinionem sibi virium quaerat. Hoc dico, quum ab inferioribus petitus violatusque est. nam si, quos pares aliquando habuit, infra se videt, satis vindicatus est. Regem et fervus occidit, et serpens, et sagitta: fervavit quidem nemo, nisi maior eo quem fervavit.
- 2 Vti itaque animose debet tanto munere deorum dandi auferendique vitam potens, in his praesertim, quos scit aliquando ^a simile fastigium obtinuisse, hoc arbitrium adeptus, ultionem implevit, perfecitque quantum verae poenae fatis erat. Perdidit enim vitam, qui debet: et quisquis ex alto ad inimici pedes abiectus, alienam de capite ^b regnoque sententiam expectavit, in servatoris sui gloriam vivit, plusque nomini eius confert incolumis, quam si ex oculis ablatu
- 3 tus esset. Assiduum enim spectaculum alienae virtutis est: in triumpho cito transisset. Si vero regnum quo-

Cap. XXI. a. *simile fastigium*. e Pinciani coniectura est, a Lipsio recte probata. Antea: *suo fastigio*. Cod. Lipsii: *sibi fastigium*. Sibi autem cum *simile* in codd. interdum confunditur.

b. *regnoque*. Bona Lipsii coniectura, libris quibusdam *regioque* dantibus: aliis vero, *regiamque*, quae et vulgata lectio ante Lipsium erat. Totus contextus probat receptam Lipsii coniecturam. Codex Herbipolit. habet quoque *regnoque*.

Cap. XXI. Vltio et vindicta principi indecora: quandoquidem neque satisfatione (*solario*), neque securitate (*opinionem aliorum de viribus suis*) indiget.

2. *hoc arbitrium adeptus*]
i. iudicium, sententiam. Si res ita decisa, diiudicata est. *Perdidit — debet* eam victori.

quoque suum tuto relinqui apud eum potuit, reponique eo unde deciderat: ingenti incremento surgit laus eius, qui contentus fuit, ex rege victo nihil praeter gloriam sumere. Hoc est etiam ex victoria sua triumphare, testarique, nihil se quod dignum esset victore, apud victos invenisse. Cum civibus, et 4 ignotis, atque humilibus, eo moderatius agendum est, quo minoris est, afflixisse eos. Quibusdam libenter parcas: a quibusdam te vindicare fastidias: et non aliter, quam ab animalibus parvis et obterentem inquinantibus reducenda manus est. at in iis, qui in ore civitatis servati punitique erunt, occasione notae clementiae utendum est.

XXII. Transeamus ad alienas iniurias: in quibus vindicandis haec tria lex secuta est, quae Princeps quoque sequi debet: aut ut eum, quem punit, emendet; aut ut poenâ eius ceteros meliores reddat; aut ut sublatis malis securiores ceteri vivant. Ipsos facilius emendabis minore poenâ: diligentius enim vivit, cui aliquid integri superest. Nemo dignitati perditae parcat. impunitatis genus est, iam non habere poenae locum. Civitatis autem mores magis corrigit parcitas animadversionum. facit enim consuetudinem peccandi multitudo peccantium: et minus gravis nota est, quam turba damnatorum levat: et severitas, quod maximum remedium habet, assiduitate amittit auctoritatem. Constituit bonos mores civitati Princeps;

Gg 4

et

4. at in iis qui in ore —
erunt] i. de quibus omnes
loquentur sive servatis, sive
punitis.

poenas aëcedat, et sequatur,
quae a legibus observata vi-
demus.

Cap. XXII. Et in punien-
dis delictis ne sit severior
princeps: invitus et mitis ad

1. *Ipsos*] malos facilius ad
virtutem reduces, si digni-
tas et integritas eorum non
omnino delicta est.

^a et vitia eruit si patiens eorum est, non tanquam probet, sed tanquam invitus, et cum magno tormento ad castigandum veniat. Verecundiam peccandi facit ipsa clementia regentis. Gravior multo poena videtur, quae a miti viro constituitur.

XXIII. Praeterea videbis ea saepe committi, quae saepe vindicantur. Pater tuus plures intra quinquennium culleo insuit, quam omnibus seculis insutos accepimus. multo minus audebant liberi nefas ultimum admittere, quamdiu sine lege crimen fuit. Summâ enim prudentiâ altissimi viri et rerum naturae peritissimi maluerunt, velut incredibile scelus, et ultra audaciam positum praeterire, quam, dum vindicant, ostendere, posse fieri. Itaque parricidae cum lege coeperunt, et illis facinus poena monstravit. pessimo vero loco pietas fuit, postquam saepius culleos vidimus,
quam

Cap. XXII. a. et vitia eruit e Gronovii coniectura recepi. Muretus dederat: *facilius compefcit*, e sola coniectura; nam Pinciani codd. plures praebebant: *facilius reprimit*. Erasmus dederat: *et vitia compefcit*. Erford. codd. *vitia eius emendat*. At codd. Nazar. et Colon., qui in optimis sunt, et *vitia eius*. Ex quo manifestum est, utramque vocem a Seneca non esse. Nec *constituere vitia* dici potest, idem valere quod: redigere in ordinem et coercere, quae Gruteri sententia erat, recte a Gronov. repulsa. Ex *eius* fecit Gron. *eruit*, quod recipiendum duxi, sensu etiam postulante tale verbum. Coniicere quoque posses a Senecae manu esse: *erudit* (Ep. II.).

Cap. XXIII. Poenarum frequentia delicta non minuit, sed auget, quin immo gignit.

1. *Pater tuus*] Claudius, qui Neronem, Agrippina uxore ducta, adoptavit. Sueton. Claud. 39. Neron. 7. *culleo insuit*, insui iussit, ut parricidas: cf. de Ira I, 16, 4. supra ad 15, 5. Rem ipsam tetigit Sueton. Claud.

34. init. *Summâ enim — fieri*. Solonem intellexisse videtur, de quo Cicero pro Roscio Amerin. 25. exposuit.

2. *Itaque parricidae — monstravit*] Haec cupidius enunciata videntur. Falsa esse quis intelliget, quandoquidem alioqui omnium legum et necessitas et vis aboleatur necesse

quam cruces. In qua civitate raro homines puniuntur, in ea consensus fit innocentiae, et indulgetur velut publico bono. Putet se innocentem esse civitas: erit. magis irascitur a communi frugalitate desciscen-
tibus, si paucos eos esse viderit. Periculosum est, mihi crede, ostendere civitati, quanto plures mali sint.

XXIV. ^a Indicta est aliquando a Senatu sententia, ut servos a liberis cultus distingueret: deinde apparuit, quantum periculum immineret, si servi nostri numerare nos coepissent. Idem scito metuendum esse, si nulli ignoscitur: cito apparebit, pars civitatis deterior quanto praegravet. Non minus Principi turpia sunt multa supplicia, quam medico multa funera. Remissius imperanti melius paretur. Naturâ contumax est humanus animus, et in contrarium atque arduum nitens, sequiturque facilius, quam ducitur. Et ut ge-
nerosi atque nobiles equi melius facili freno reguntur:

Gg 5

ita

Cap. XXIV. ^a. *Indicta est aliquando a Senatu s.* Lectio est codd., quam et Erasmi in suis invenit. Proinde reduxi. Nonnulli: *inducta*. Rem igitur, nisi fallor, a Seneca uno memoratam hoc loco discimus. Promulgatam sententiam postea non admissam apparet. *Dicta* i. q. *indicta*, i. praefinita: vid. I. M. Heusinger ad Cic. de Offic. I, 10, 11. Antea: *Dicta — in Senatu sententia*. Placere posset quoque: *Iam dicta —*.

cesse est. *cruces* v. ad de Provident. 3, 9. Duriora igitur suppliciorum genera in usu fuisse innuit. *consensus fit*, ad innocentiam, omnes adspirant ad innocentiam, et *indulgent*, i. student ei.

Cap. XXIV. Remissius imperanti principi melius paretur quam illi, qui nemini ignoscit.

1. *ut servos a liberis cultus distingueret*] tunica enim et servi et tenuiores cives

liberique homines induti erant. Rara, nisi honestioribus, in publicum prodeuntibus, toga fuit. Et apud Graecos eadem cultus ratio valuit, praeterquam quod tonsio capite erant (*κεκαρμένοι ἐν χρῶ*). *deinde apparuit — coepissent*. Simile quid Plato de Republ. IX. p. 253. 4. Γ. VII. Bip. *Τί δέ; εἰ τις θεῶν ἀνδρα ἕνα, ὅτῳ ἐστὶν ἀνδράποδα πεντήκοντα, ἢ καὶ πλείω* etc.

ita clementiam voluntaria innocentia impetu suo sequitur, et dignam putat civitas, quam fervet fibi. plus itaque hâc viâ proficitur. Crudelitas minime humanum malum est, indignum tam miti animo. Ferina ista rabies est, sanguine gaudere ac vulneribus, et, abiecto homine, in silvestre animal transire.

XXV. Quid enim interest, oro te, Alexander, leoni Lyfimachum obiicias, an ipse laceres dentibus tuis? tuum illud os est, tua illa feritas. O quam cuperes tibi potius unguis esse, tibi rictum illum edendorum hominum capace! Non exigimus a te, ut manus ista, exitium familiarium certissimum, ulli salutaris sit: ut iste animus ferox, insatiabile gentium malum, citra sanguinem caedemque fatietur: clementia ^a vocatur, si ad occidendum amicum carnifex inter
 2 homines eligitur! Hoc est, quare vel maxime abominanda sit saevitia, quod excedit fines, primum solitos, deinde humanos. Nova supplicia conquirat, ingenium advocat, instrumenta excogitat, per quae varietur atque extendatur dolor; et delectatur malis hominum. Tunc ille dirus animi morbus ad insaniam pervenit ultimam, quum crudelitas versa est in vo-
 3 luptatem: et iam occidere hominem iuvat. Nam talem virum a tergo sequitur everfio, odia, venena, gladii.

Cap. XXV. a. *clementia vocatur si — eligitur!* Hanc lectionem, ab Erasmo probatam, reduxi. Sensus est: Non hoc postulamus a te, ut crudelitatem exuas, sed ne ipse amicorum tuorum carnifex sis: tu clemens vocaris, si carnifice ad hoc utaris. Gronov. emendavit: *Clementia vocetur, ad occidendum amicum carnifex inter homines.* Cuius rationem reddidit Obsf. I, 6. mihi quidem parum probatam.

Cap. XXV. Saevitia modum et finem non habet, sed tandem in rabiem et furorem degenerat.

1. *Lyfimachus*] cf. ad de Ira III, 17, 3. 22, 5. fin. Vltus autem esse dicitur Alex-

ander M. Lyfimachi erga Callisthenem, ab Alexandro irato crudeliter interemptum, (Nat. Qu. III, 25. cf. Buhlii vita Aristotelis in Aristotel. Opp. T. I. p. 98 sq. Bip.) misericordiam.

gladii. tam multis periculis petitur, quam multorum ipse periculum est: privatisque nonnunquam consiliis, alias vero consternatione publica circumvenitur. Levis enim et privata perniciēs non totas urbes movet: quod late furere coepit, et omnes appetit, undique **c**onfigitur. Serpentes parvulae fallunt, nec publice **4** **b**conficiuntur: ubi aliqua solitam mensuram transiit, et in monstrum excrevit, ubi fontes potu infecit, et **e**si afflavit, deurit obteritque quâcunque incescit, ballistis petitur. Possunt verba dare, et evadere pusilla mala: ingentibus obviam itur. Sic unus aeger nec **5** domum quidem perturbat: at ubi crebris mortibus pestilentiam esse apparuit, conclamatio civitatis, ac fuga est, et diis ipsis manus **d**intentantur. Sub uno aliquo tecto flamma apparuit: familia vicinique aquam ingerunt. at incendium vastum, et multas iam domos depastum, parte urbis obruitur.

XXVI. Crudelitatem privatorum serviles quoque manus sub certo crucis periculo ultae sunt: tyrannorum,

b. *conficiuntur.* Vulgatam lectionem *consequuntur*, quae nullum idoneum sensum promit, mutavit Lipsius in: *conquiruntur* (invenerat enim in uno MSS. *consequuntur*). Propius abest a scriptis *conficiuntur*, quod meliori, ut puto, iure recepi, quo post Lipsium omnes edd. invasit *ro conquiruntur*.

c. *si afflavit.* Sic omnes MSS. et edd. e. c. Erasmi. Sed parum placet: *ro si* enim offendit lectorem: hinc Lipsius emend. *suo afflatu*. Melius oratio procederet, si esset: *sibilo*.

d. *intentantur* e cod. optimo reduxit Gronov. Antea: *intendantur*, et ipsa bona lectio.

4. *Serpentes parvulae fallunt*] oculos, *nec — petitur*, ut illa in Africa serpens portentosae magnitudinis (ex Boarum genere) quam Attilius Regulus cum magna militum clade occidit. Epitom. Liv. lib. 18. Aul. Gell. VI, 3.

5. *et diis, ipsis manus intentantur*] Exemplum praefat

Suetonius in vit. Caligulae 5. init. Quo defunctus est die (Germanicus), lapidata sunt templa, subversae Deum arae, Lares a quibusdam familiares in publicum abiecti, partus coniugum expositi.

Cap. XXVI. Quum tyrannorum crudelitas a gentibus in-

norum, gentes populique, et quorum erat malum, et hi quibus imminebat, excindere aggressi sunt. Aliquando sua praesidia in ipsos confurrexerunt, perfidiamque, et impietatem, et feritatem, et quidquid ab illis didicerant, in ipsos exercuerunt. Quid enim potest ab eo quisquam sperare, quem malum esse docuit? Non diu ^a apparet nequitia, nec quantum iubetur, peccat. Sed puta tutam esse crudelitatem: quale eius regnum est? non aliud, quam captarum urbium forma, et terribiles facies publici metus. Omnia moesta, trepida, confusa: voluptates ipsae timentur. Non convivia secura ineunt, in quibus lingua sollicitate etiam ebriis custodienda est: non spectacula, ex quibus materia criminis ac periculi quaeritur. Apparentur licet magnam impensam, et regiis opibus, et artificum exquisitis nominibus: quem tamen ludi in carcere iuvent?

3 Quod istud, dii boni, malum est, occidere, saevire, delectari sono catenarum, et civium capita decidere, quocumque ventum est multum sanguinis fundere, aspectu suo terrere ac fugare? Quae alia vita esset, si leones urisque regnarent? si serpentibus in nos, ac ^b noxiosissimo cuique animali daretur potestas? Illa rationis expertia et a nobis immanitatis crimine damnata, absti-

Cap. XXVI. a. *apparet*: recte Gronov. reduxit e MSS. et occupaverat iam Erasmus. Antea: *paret*. Est autem τὸ *apparere* voc. propr. et synon. *ministrare*.

b. *noxiosissimo* bona lectio, quae in codd. et Erasmi est.

integris saepe vindicata sit, felicitatem et vitam beatam bonorum principum laude dignissimam esse docet.

1. *sub certo — periculo*] Cruci affigi apud Romanos fervilem poenam fuisse satis constat post Lipsii et deinceps Salmasii disputationes de Cruce. *Aliquando sua prae-*

sidia — exercuerunt. Ipse noster de Caligulae morte exponendo docet, de Const. Sap. 18.

2. *Non convivia secura — est*] Cf. de Benef. III, 26. *Spectacula*: ad Caligulam spectant. Sueton. Cal. 30. cf. Plinii Panegy. c. 34.

3. *Illam rationis expertiam et a nobis — damnata*] animalia etc.

abstinent suis, et tuta est etiam inter feras similitudo: horum ne a necessariis quidem rabies temperat sibi, 4 sed externa suaque in aequo habet, quo possit exercitior a singulorum caedibus deinde in exitia gentium serpere. Et iniicere tectis ignem, aratrum vetustis urbibus inducere, potentiam putat: et unum occidi iubere aut alterum, parum imperatorium credit, nisi eodem tempore grex miserorum subiectus stetit, crudelitatem suam in ordinem coactam putat. Felicitas illa, multis salutem dare, et ad vitam ab 5 ipsa morte revocare, et mereri clementiâ civicam. Nullum ornamentum Principis fastigio dignius pulchriusque est, quam illa corona ob cives servatos. Non hostilia arma detracta victis, non currus barbarorum sanguine cruenti, non parta bello spolia. Haec divina potentia est, gregatim ac publice servare: multos autem occidere, et indiscretos, incendii ac ruinæ potentia est.

etc. conf. ad de Ira II, 8, 2.

4. *necessariis*] i. cognatis, affinis. *deinde*, deinceps. *aratrum vetustis urbibus*, quas funditus deleri iussit, *inducere*, ex more antiquitatis factis noto. Horat. Od. I, 16, 20. 21. *in ordinem coactam*, i. repressam. ad Conf. ad Helv. 13, 3.

5. *Nullum ornamentum — servatos*] Haec corona civica

(erat autem quercea) in vestibulo Caesarum, iam inde ab Augusti consulatu sexto (a. V. C. 727.) aptata est. Dio Cass. LIII, 16. In signum victoriae laureatae erant fores eorum, in signum clementiae corona civica ornatae. Consol. ad Polyb. 35, 4. (ad quem locum conf. Sueton. Calig. 22.) Sueton. Tib. 26. Claud. 17.



D E C L E M E N T I A

LIBER SECVNDVS.

I.

Vt de clementia scriberem, Nero Caesar, una me vox tua maxime compulit: quam ego non sine admiratione, et, quum diceretur, audisse memini, et deinde aliis narrasse. Vocem generosam, magni animi, magnae lenitatis, quae non composita, nec alienis auribus data, subito erupit, ^aet bonitatem tuam cum fortuna tua litigantem in medium adduxit! Animadversurus in latrones ^bduos Burrhus praefectus tuus, vir egregius, et tibi Principi ^cnotus, exigebat a te, scribe-

VARIETAS LECTIIONIS.

- Cap. I. a. *et bonitatem* recte sic dedit Gronov. e codd. et edd. praeter Muretum, qui dederat; *sed b.* e sola coniectura. Sententia poscit *et*. Vox illa neque ficta erat, subito enim erupit, neque alienis auribus data, sed naturae dicentis congruebat. Sic bene Gronov. Muretum redarguit. *Fortunam* cum Lipsio de dignitate imperatoris explices, quae iustitiam a principe exerceri volebat.
- b. *duos*. Quum mox sequitur: *in quos* etc. *το' duos* corruptum puto. Fortasse scriptum erat: *ductos* sc. in vincula.
- c. *notus* i. familiaris, *γνώριμος*. Muretus tamen argute coniecerat: *natus*. Sed MSS. et Erasim. vulgatam tuentur. Mox *scriberes* Lipsio displicuisse videtur, quare mavult: *subscriberes*: sed *scriberes* bene se habet: occurrit quoque eodem sensu infra, 2, 3.

ANIMADVERSIONES.

Cap. I. Laudat Neronem ob dictum egregium. *Burrbus* Afranius. De eo cf. Dio Cass. LXI, 3. 4. LXII, 13. Nero eum interfici iussit a. V. C. 815. Sueton. Ner. 35. fin. Fuit egregiae militaris famae vir ab Agrippina, Claudio etiam-

scriberes, in quos et ex qua causa animadverti velles. hoc saepe dilatatum, ut aliquando fieret, instabat. 2 Invitus invito quum chartam protulisset, traderetque, exclamasti: „Vellem nescire literas!“ O dignam vocem, quam audirent omnes gentes, quae Romanum imperium incolunt, quaeque iuxta iacent dubiae libertatis, quaeque se contra viribus aut animis attollunt! O vocem, in concionem omnium mortalium mittendam, in cuius verba Principes regesque ^d iurarent! O vocem publicâ generis humani innocentiam dignam, 3 cui redderetur antiquum illud seculum! Nunc profecto consentire decebat ad aequum bonumque, expulsâ alieni cupidine, ex qua omne animi malum oritur: pietatem integritatemque cum fide ac modestia resurgere: et vitia diuturno abusa regno tandem felici ac puro seculo dare locum.

II. Fu-

d. *iurarent*. Secutus sum Gronovium in eo tamen dicto haud audiens ei, quod τω regesque deleto utinam scribi maluit: principes utinam iurarent. Antea: iuvent: s. ap. Erasim. *iuramentum faciant* (quod tamen puriter latine non dicitur). Imperfectum hic requiritur propter sequens: *redderetur*: et sic noster loqui amat.

num imperante, ad regimen cohortium admotus, ideoque praefectus praetorio. Moneo hoc, ne praefectus h. l. synonymum esse putes τω custos morum. A Tacito saepe laudatur e. c. Annal. XIII, 6. XIV, 51. Docta disputatio de Burrho exstat in Actis Societ. lat. Ienens. anni 1752. p. 156 sqq. Ceterum ille fuisse dicitur, cui Paulus Apostolus a centurione Iulo traditus est. Act. Apostol. XXVIII, 16.

Et quum de supplicio cuiusdam, capite damnati, ut ex more subscriberet, admoneretur: Quam vellem, inquit, nescire literas! *dubiae libertatis*, quae legibus quidem suis adhuc utuntur, e. c. Iudaei, et regibus suis parent, sed sola Caesaris clementia. *in concionem — mittendam*, si reges regnum suum auspicerent, ideoque de imperio quaecunque bona promittant.

2. *Vellem — literas!*] Et Sueton. Ner. c. X. affert:

3. *Nunc profecto — locum*] Nunc optimum esset tempus, in quo genus humanum

II. Futurum hoc, Caesar, ex magna parte sperare et ^a confiteri libet: tradetur ista animi tui mansuetudo, diffundeturque paulatim per omne imperii corpus, et cuncta in similitudinem tui formabuntur. A capite bona valetudo: inde omnia vegeta sunt atque erecta, aut languore demissa, prout animus eorum ^b viget, aut marcet. Et erunt cives, erunt focii digni hac bonitate, et in totum orbem recti mores revertentur: ^c parcetur ubique manibus. Tuis diutius me morari hic patere, non ut blandum auribus tuis: nec enim mihi hic mos est. maluerim veris offendere, quam placere adulando. quid ergo est? ^d praeter id, quod bene

Cap. II. a. *confiteri* recte Gronov. tuetur contra Lipsi., *confidere* praefertentem. Praeterquam enim quod receptae lectionis maior est auctoritas codd. et MSS., exquisitius est *confiteri* i. de magna re, nec temere dicenda, post aliquam dubitationem aut dissimulationem, ideoque deliberationem exponere. Mox: *aut erecta*, emend. Rittershus. Sac. Lectt. IV, 3. p. 259. malim *et erecta*. Non male!

b. *viget*. Dedi, Erasmo, qui hoc in codd. suis invenerat, obsequus: et oppositione ipsa iubente. Saepissime autem *vigere* et *marcere* sibi et alias opponi notum est; quam oppositionem τω *vivere* et *marcere* inesse, Gronovius, qui lectt. *vixit* ante Erasmo. in edd. obviam ope codd. tuetur, nullis exemplis idoneis adstruxit.

c. *parcetur ubique manibus*. *Tuis diutius me m. b. p., non ut blandum a. t.* Nusquam vis, caedes, raptus regnabunt. Tuis factis .et verbis hic me immorari patiaris diutius, non tanquam *blandum*, i. adulatorem. — Haec est lectio codd. a Lipsio et Gronov. bene restituta. Disceffi tamen a viris hisce doctissimis in eo, quod, interpunctione mutata, post manibus puncto posito, τω *Tuis* ad: *morari* retuli, sensu, ut videbatur, postulante. Antea: *parcetur ubique manibus tuis*. *Diutius m. m. b. p. non ut blandiar a. t.*

d. *praeter id* e codd. recepit Gronov. Antea: *propter id*: sensu refragante.

manum consentiret ad virtutem et innocentiam colendam etc.

Cap. II. Sperat inde, fore ut in similitudinem Neronis mansueti et boni omnes im-

perii gentes formentur, et recti mores revertantur.

2. *maluerim veris, veritate*] Idem de se Seneca professus est ap. Tacit. Annal. XV, 61., quem locum iam lau-

bene factis dictisque tuis quam familiarissimum esse te cupio, ut, quod nunc natura et impetus est, fiat iudicium; illud mecum confidero, multas voces magnas, sed detestabiles, in vitam humanam pervenisse, celebresque vulgo ferri: ut illam: „Oderint, dum metuant!“ Cui Graecus versus similis est, qui se mortuo terram misceri ignibus iubet, et alia huius notae. Ac nescio, quomodo ingenia immania et invisa, materiae secundiori expresserunt sensus vehementes et concitados. Nullam adhuc vocem audivi ex bono lenique animosam. Quid ergo est? ut raro, invitus, et cum magna cunctatione, ita aliquando scribas necesse

a. *secundiori* i. obsequentiore, faciliore, translatione a fingendo et cera desumpta. De vita beat. 27, 4. mollem cedentemque materiam: de Benef. VI, 29, 1. Recte recep. Gronov. e codd. Antea: *secundiori*, sensu improbante. Modeste proposuerat Lipsius, vir acutissimus, legendum: *nescio quomodo ingenia, immani et invisa materia, secundiori ore e.*, a Gronovio vehementer improbatum. Nescio, ait Seneca, quomodo tyrannis sensus vehementes et concitati facilius se dante ac praebente materia, exciderint.

laudavimus supra p. 207. in argum. ad. Consol. ad Pol. lybium. *Odevint — moruant.* v. ad de Ira I, 16, 26. *Cui graecus versus — notae.* Ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιλθαίτω πυρὶ (Me terra functo miscetur ignibus). Hunc versum posthac Nero in deterius ad eo vertit. Nam dicente quodam in sermone convivii ἐμῆ κ. τ. λ., immo, inquit Nero, ἐμοῦ ζώντος (me vivo). Sueton. Ner. c. 38. Dio Cass. LVIII, 23. tradit, hunc versum saepe Tiberium in ore habuisse. Alludit eo Cicero de finib. III, 19. fin. Euripideus versus e dramate deperdito esse putatur.

Vol. I.

3. *Nullam — animosam*] Lipsius ad h. l. observat: „Quid mirum? nam bonitas placida est et iacens: nec impetum in verbis, quum in animo non habeat, capit.“ Enimvero huic sententiae non subscripserim. Conferas modo collectionem apophthegmatum regum et ducum apud Plutarch. T. VIII. p. 82 sqq. Hutten., ubi multa aequae animosa invenies dicta regum, quae scilicet praeteriisse Senecae intererat, quum Neronem laudibus extollere constituisset. *scribas*, i. subscribas sententiae criminali, quae fecit, ut illam vocem emittes.

Hh

cessu est illud, quod tibi in odium literas adduxit: sed, sicut facis, cum magna cunctatione, cum multis dilationibus.

III. Et ne forte decipiat nos speciosum clementiae nomen, aliquando et in contrarium abducatur: videamus quid sit clementia, qualisque sit, et quos fines habeat. Clementia est temperantia animi, in potestate ulciscendi: vel, lenitas superioris adversus inferiorem in constituendis poenis. ^aPlura proponere, est tutius, ne una definitio parum rem comprehendat, et, ut ita dicam, formulam excidat: itaque dici potest et inclinatio animi ad lenitatem in poena exigenda. Illa definitio contradictiones inveniet, quamvis maxime ad verum accedat. Si dixerimus, clementiam esse moderationem, aliquid ex merita ac debita poena remittentem; reclamabitur, nullam virtutem quidquam minus debito facere. Atqui hoc omnes intelligunt, clementiam esse, quae se flectit citra id quod merito constitui posset. Huic contrariam imperiti putant severitatem; sed nulla virtus virtuti contraria est.

IV. Quid ergo opponitur clementiae? Crudelitas, quae nihil aliud est, quam atrocitas animi in exigendis

Cap. III. ^a. Plura recte Gronov. recepit e codd. et Erasmo. Mutatio enim generis optimis auctoribus familiaris est. Antea Pincianus e coniectura dederat: *plures* sc. definitiones.

Cap. III. Clementiae definitiones. Cf. Cic. de Invent. II, 54. qui tamen locus dubiae lectionis est.

1. *formulam excidat*] i. ne laxior aut angustior sit, quam pro veritate. Jam supra monuimus, esse locutionem iuris. Formulam excidere, formulam cadere dicitur is, qui a formula s. verborum conceptionibus et formis, in causa pri-

vata sollennibus, e. c. in testamentis, sponsonibus etc. recessisset, et plus minusve dixisset. Ernesti Clav. Cic. Formula. Simile quid et apud Anglos hodieque in usu est.

Cap. IV. Opposita est crudelitas (quam et Cic. Verr. V, 44. opponit), quae definitur. Quomodo differat misericordia.

dis poenis. Sed quidam non exigunt poenas, crudeles tamen sunt: tanquam, qui ignotos homines et obvios non in compendium, sed occidendi causa occidunt. Nec interficere contenti saeviunt; ut Sinis ille et Procrustes, et piratae, qui captos verberant, et in ignem vivos imponunt. Haec crudelitas quidem: 2 sed quia nec ultionem sequitur, (non enim laesa est) nec peccato alicui irascitur, (nullum enim antecessit crimen) extra finitionem nostram cadit: quae finitio continebat in exigendis poenis intemperantiam animi. Possimus dicere, non esse hanc crudelitatem, sed feritatem, cui voluptati saevitia est: possumus insaniam vocare. nam varia sunt genera eius, et nullum certius, quam quod in caedes hominum et laniationes pervenit. Illos ergo crudeles vocabo, qui puniendi 3 causam habent, modum non habent. Sicut in Phalari, quem aiunt non quidem in homines innocentes, sed super humanum ac probabilem modum saevisse. Possimus effugere cavillationem, et ita finire, ut sit crudelitas inclinatio animi ad asperiora. Hanc clementiam repellit longius a se: nam severitatem illi a convenire, certum est. Ad rem pertinet, quaerere hoc loco, 4

Hh 2 quid

Cap. IV. a. convenire, certum est. Ad rem p. Erasimum sequor: Lipsius contra in suo et aliis scriptis invenit: convenire, adesse, certum est. Pertinet. „Quidam, addit, praesens adesse habent ad rem: ex quo Erasini haec lectio manavit: nec damno.“ Adesse h. l. stare nequit, quippe quod fini-

1. in compendium] i. lucri causa. Sinis ille et Procrustes, latrones famosi, ille in Ithmo, qui homines arboribus flexis curvatisque alligabat et sic dabat distrahendos; (Apollodor. III, 16, 2. Plutarch. Thef. c. 8. ib. Leopold., qui nostram locum non neglexit), hic in Attica,

qui viatores lecto metiebatur: si longiores essent, prominentes corporis partes amputabat, sin breviores, pedes extendebat (Plutarch. Thef. c. XI. ib. Leopold.).

2. sed quia nec ultionem] animo conceptam seq.

3: Phalari] v. ad de Ira II, 5, 1.

quid fit misericordia. Plerique enim ut virtutem eam laudant, et bonum hominem vocant misericordem. ^bAt haec vitium animi est. Vtraque circa severitatem, circaque clementiam posita sunt: quae vitare debemus, ne per speciem severitatis in crudelitatem, neve per speciem clementiae in misericordiam incidamus. In hoc, levioere periculo erratur, sed par error est a vero recedentium.

V. Ergo quemadmodum religio deos colit, superstitio violat: ita clementiam mansuetudinemque omnes boni praestabunt, misericordiam autem vitabunt. Est enim vitium pusilli animi, ad speciem alienorum malorum succidentis. Itaque pessimo cuique familiarissima est. Anus et mulierculae sunt, quae lacrimis nocentissimorum moventur, quae, si liceret, carcerem effringerent. Misericordia non causam, sed fortunam ² spectat; clementia rationi accedit. Scio male audire apud imperitos sectam Stoicorum, tanquam nimis du-
ram,

tionibus Senecae de clementia adversatur. Non enim semper adest severitas, sed si adsit, convenit.

b. At posui, sententia postulante. Erasim. habet, eodem sensu: *Haec autem vitium animi est.* Antea: *Et h.*

4. *Vtraque — posita sunt*] int. crudelitas vicina est severitati, misericordia clementiae, una ab altera non longe abest. *Sed par error — recedentium:* e decreto Stoicorum, aequalia esse peccata. Cic. Paradox. III.

Cap. V. Misericordia, ut vitium animi pusilli, vitanda est, secundum praecepta Stoicorum, qui hac occasione a calumniis imperitorum defenduntur. Cf. Gataker. ad Antonin. p. 69 sq.

1. *Itaque pessimo — est*] i. imperitissimo, qui impulsu, non iudicio, ad agendum utitur.

2. *Scio male audire etc.*] De his objectionibus iam supra quaedam annotavimus ad de Constant. Sapient. 3, 1. cf. Lipsii manu duct. in philof. Stoic. III, 19. ubi nec nostrum locum praetermisit. Cic. Tusc. disp. IV, 8. qui alibi tamen diversam sententiam tuetur, e. c. pro L. Muræna c. 29 sqq., ubi tamen non

ram, et minime principibus regibusque bonum daturam consilium. Obiicitur enim illi, quod sapientem negat misereri, negat ignoscere. Haec si per se ponantur, invisa sunt: videntur enim nullam spem relinquere humanis erroribus, sed omnia delicta ad poenam deducere. ^a Quod si est, quidni haec scientia, ³ quae dediscere humanitatem iubet, portumque adversus fortunam certissimum mutuo auxilio cludit? Sed nulla secta benignior leniorque est, nulla amantior hominum, et ^b communibus bonis attentior: ut propositum sit usui esse aut auxilio, nec sibi tantum, sed universis singulisque consulere. Misericordia est aegritudo animi, ob alienarum miseriarum speciem: aut, tristitia ex alienis malis contracta, quae accidere immerentibus credit. Aegritudo autem in sapientem vi- ⁴

Hh 3 rum

Cap. V. a. *Quod si est, quidni haec scientia* (sc. invisa sit), quae etc. Omnium fere codd. lectio. Scientiâ enim et sapientiâ pro secta usus est noster. cf. Lipsii Manuduct. II, 7. Erasimus habet: *Quod si est, quid in hac scientia, quae dediscere* etc. Ante Lipsium vulgata erat: *Q. s. e., quid hac secta durius*; quae tamen in nullo cod. comparuit. Lipsius emend. *Quod si est, quidni huic succenseas, quae*. Gronovio tandem vocabulum *scientia* ex *secta* corruptum esse videbatur: itaque scribendum putabat: *Quod si est, quidni haec secta* (sc. invisa sit). Sed a codd. scriptura non recedendum erat. Mox: *mutuo auxilio*, i. portus firmissimus est propter aux. m. Lipsius maluit: *mutuum auxilium*, vel certe *mutui auxilii*.

b. *communibus bonis attentior*. Recte Gronov. tuetur contra Gruterum, qui insulsam lectionem hanc vulgatam vocaverat. Est res notissima *attentum esse tui et tibi* dici: neque patet, cur *communis bona* dici nequeant. Nonnulli autem libri: *communis boni* habere dicuntur. Erasimus vulgatam tenet. Mox: *contracta* Grutero deberur, facienti e codd. scriptura: *contra*. Erasim. habet eodem sensu: *concepta*.

non ut philosophus rem tractavit. De finib. IV, 27. apud imperitos tum illa dicta sunt: aliquid etiam coronae datum.

3. *Sed nulla secta — consulere*] Cf. de Otio Sapient.

28, 4. *Misericordia — credit*. Cicero l. I. Stoicorum definitionibus et partitionibus in perturbationibus describendis usus: misericordia, ait, est aegritudo ex miseria alterius, iniuriâ laborantis: nemo

rum non cadit: ferena eius mens est, nec quidquam incidere potest, quod illam obducat. ^cNihilque, quam magnus animus decet: non potest autem magnus esse idem, si metus et moeror ^dcontundit, si mentem obducit et contrahit. Hoc sapienti ne in suis quidem accidet calamitatibus, sed omnem fortunae iram re-
 5 verberabit, et ^eante se franget. eandem semper faciem servabit, placidam, inconcussam: quod facere non posset, si tristitiam reciperet. Adiice, quod sapiens providet, et in expedito consilium habet. nunquam autem liquidum sincerumque ex turbido venit. Tristitia enim inhabilis est ad dispiciendas res, utilia excogitanda, periculosa vitanda, ^faequa aestimanda. ^gErgo non miseretur, quia et sine miseria animi non fit. cetera omnia, quae qui miserentur solent facere, hic libens et alius animo faciet.

VI. Suc-

- ^c. *Nihilque, quam.* E codd. Gruteri aliisque et Vossii recte restituit Gronov. Non enim de quovis homine, sed de sapiente agitur. Antea ubique in edd.: *Nihilque aequae hominem, quam.*
- ^d. *contundit.* Gronov. in cod. Nazari. invenit. Erasmus quoque tenet. Antea: *confundit.* Ceterum Gronovio ex vestigijs Naz. legendum videbatur: *si metus et moeror contundit mentem, abiicit et contrahit.*
- ^e. *ante se franget,* ut laxum, quod fluctus allisps rumpit. Hinc Lipsii coniectura: *et stante se franget* prorsus iugulatur.
- ^f. *aequa.* Pincianus ex suis codd. receperat, a Gronovio laudatus. Erasmus, uti omnes scripti: *aeque:* impedito sensu. De vera enim et aequo ab iniquo discernendo agitur.
- ^g. *Ergo non miseretur, quia et sine miseria animi non fit* etc. Lipsii iudicio debetur haec lectio. *alius animo,* i. alio animo. Locum tamen non omnino restitutum puto. Codd. enim et Erasmi. habent: *Ergo non miseretur, quia et sine miseria animi facit cetera omnia, quaeque miseretur (quae qui miserentur. Erasmi.). Volo facere libens et alius omnia faciet (quae alius animo faciet Erasmi.).* Hinc nostram lectionem concepnavit Lipsius.

mo enim parricidae aut proditoris supplicio misericordia commovetur.

4 et 5. Quae hic de Sapiente praecipuntur, iam

antea inculcantem vidimus: e. c. de Tranq. anim. III. XI sqq. de Constant. Sap. et al. *hic libens et alius animo faciet* i. alio animo.

VI. Succurret alienis lacrimis, non accedet: dabit manum naufrago, exuli hospitium, egenti stipem, non hanc contumeliosam, quâ pars maior horum, qui se misericordes videri volunt, abiicit et fastidit quos adiuvat, contingique ab his timet: sed ut homo homini, ex communi dabit. Donabit lacrimis maternis filium, et catenas solvi iubebit, et ludo eximet, et cadaver etiam noxium sepeliet. At faciet ista tranquillâ mente, vultu suo. Ergo non miserebitur sapiens, sed succurret, sed proderit, in commune auxilium natus ac publicum bonum, ex quo dabit cuique partem: etiam ad calamitosos, pro portione, improbandos et emendandos bonitatem suam permittet. Afflictis vero, et a fortius laborantibus, multo libentius subveniet. Quotiens poterit, fortunae intercedet. ubi enim opibus potius utetur, aut viribus,

Hh 4

quam

Cap. VI. a. *fortius*. Antiqua lectio, quam et Erasmi. repraesentavit, et ea longe eximior istâ, quam Pincianus excogitavit, a Lipsio vehementer probatam: *fortnitis*. Recte quidem observat Lipsius: „praeivit de improbandis vel emendandis, i. quos culpa sua premit: at nunc de iis loquitur, quos fortuna afflixit.“ Iam vero hoc imperium fortunae voce: *afflictis* satis expressum est: addit etiam fortitudinem, qua afflictis calamitatem tolerant, haud dubie vel eo nomine meriti, quibus subveniatur.

Cap. VI. Stoici, quamvis misericordiam vitandam putent, tamen vel maxime *Φιλάνθρωποι* sunt.

1. *succurret — accedet*] Auxilium feret lacrimantibus, nec solum accedet, ut spectator. *ex communi*, quatenus e Stoicorum praeceptis mundus et quae in eo sunt bona, hominum deorumque gratia producta sunt: ad haec homines omnes cognati. Galtaker. ad Antonin. p. 47.

48. *catenas — iubebit*, servi. *ludo*, bestiario f. gladiatorio, ubi publica vel privata servitute attinebantur. *et cadaver — sepeliet*. inhumatum enim iacere, magno dedecori in antiquitate fuisse constat. *suo*, non murato, sibi constante.

2. *in commune auxilium — permittet*] Cf. ad de Ira I, 5, 2. *calamitosos*, suâ culpâ. Ut malos homines, quantum res postulet, reprehendat mo- neatve ideoque emendet, cum

quam ad restituenda, quae casus impulit? vultum quidem non deiiciet, nec animum ^bob aeruscantis civis aridam ac pannosam maciem, et innixam baculo senectutem: ceterum omnibus dignis proderit, et deorum more calamitosos propitius respiciet. Misericordia vicina est miseriae: habet enim aliquid, trahitque ex ea. Imbecilles oculos esse scias, qui ad alienam lippitudinem et ipsi suffunduntur: tam mehercule, quam morbum esse, non hilaritatem, semper arridere ridentibus, et ad omnium oscitationem ipsum quoque os diducere. Misericordia vitium est animorum, nimis miseriae faventium: quam si quis a sapiente exigit, prope est, ut lamentationem exigit, et in alienis funeribus gemitus.

VII. ^aAt quare non ignoscat, dicam. Constituamus nunc quoque quid sit venia, ut sciamus dari illam a sapiente non debere. Venia est poenae merita remissio. Hanc sapiens quare non debeat dare, reddunt rationem diutius, quibus hoc propositum est. Ego ut

^b. *ob aeruscantis* (i. mendici, Aul. Gell. IX, 2.) *civis aridam ac pannosam maciem, et innixam baculo senectutem.* Dedi locum, uti a Pinciano, quem laudabat Lipsius, et Gronovio constitutus est ap. Erasimum prorsus deest. Quam Gronovius in cod. Nazariano invenisset: *obcrusati cuius aridum aut panno iam maciem et in noxam baculo; inde fecit docte magis, quam verius: „ob Iri alicuius aridam ac pannosam maciem et innixam baculo senectutem.“* Locum adhuc in mendo cubare, quivis intelliget.

Cap. VII. a. *At quare non ignoscat, dicam.* Erasimus: *At q. n. ignoscer vacuum?* Omnes scripti: *vacuam.* *Dicam* a Pinciano est. Lipsius emendat: *vis dicam?* Mihi suppositum esse videretur, nec a Seneca profectum.

his bonitatem suam communicat. *impulit*, evertit.

Cap. VII. Ut doceat, a sapiente veniam dari non debere, definit, quid sit venia, quae in sapientem non cadit, quippe qui non igno-

scit, sed parcit et corrigit: brevi, clemens est. Nec ceteri philosophi a Stoicis nisi verbo distant.

1. *Hanc sapiens — est]* Omnes fere Stoicos, qui quidem philosophiam stoicam exposue-

ut breviter, tanquam in alieno iudicio, dicam: ei ignoscitur, qui puniri debuit; sapiens autem nihil facit, quod non debet, nihil praetermittit, quod debet. itaque poenam, quam exigere debet, non donat; sed illud, quod ex venia consequi vis, honestiore tibi viâ tribuit: parcit enim sapiens, consulit, et corrigit. Idem facit, quod si ignosceret, nec ignoscit: quoniam 2 qui ignoscit, fatetur aliquid se, quod fieri debuit, omis- sisse. Aliquem verbis tantum admonebit, poenâ non afficiet, aetatem eius emendabilem intuens: aliquem invidiâ criminis manifeste laborantem, iubebit incolumem esse, quia deceptus est, quia per vinum lapsus. Hostes dimittet salvos, aliquando etiam laudatos, si honestis causis pro fide, pro foedere, pro libertate in bellum accincti sunt. Haec omnia non veniae, sed 3 clementiae opera sunt. Clementia liberum arbitrium habet: non sub formula, sed ex aequo et bono iudi-

Hh 5

cat.

posuerunt, hanc doctrinam contra ceteros philosophos, qui eam impugnarunt, e. c. Peripatericos, defendisse putes. Diogenes quoque Laert. VII, 123. laudat e Chrysisso Zenonis effatum: sapientes ἐλεήμονας τε μὴ εἶναι, συγκυνώμην τε ἔχειν μηδενί ubi vid. Menag. qui nec nostrum locum praetermisit. Gatak. ad Antonin. p. 28. 29. Noster tamen sibi parum constat in hac doctrina: cf. de Benef. I, 10. Consol. ad Marc. 4, 3. *in alieno iudicio*, quia philosophorum stoicorum decreta promulgat.

Parcit — omis[s]isse] Poenam non remittit meritam, sed mitem infligit, nec infaman-

tem, (*honestiore viâ*) et, ut emendet, consilio et correctione adest ei, qui poena afficitur. Huc spectat quoque admonitio, quae verbis fit: est autem poenae loco.

2. *invidiâ — laborantem*] i. in odium hominum ob crimen commissum incurrit. Stoici igitur puniendos statuebant non nisi eos, qui consilio ac praemeditatione peccaverant, eos tamen clementer tractandos, qui erraverant, s. rem bonam, quamvis nobis invitis, egerant. Cf. de Ira II, 26 et 27. al. Quapropter, si Stoici ignoscunt, clementiam, non veniam, exercent.

3. *formula*] legis, quam migrare iudex non potest.

taxa-

cat. et absolvere illi licet, et quanti vult, taxare litem. Nihil ex his facit, tanquam iusto minus fecerit, sed tanquam id quod constituit, iustissimum sit. Ignoscere autem est, quae iudicas punienda, non punire. Venia, debitae poenae remissio est: clementia hoc primum praestat, ut quos dimittit, nihil aliud illos pati debuisset pronuntiet. Plenior est ergo quam venia, et honestior. De verbo (ut mea fert opinio) controversia est; de re quidem convenit. Sapiens multa remittet, multos parum sani, sed sanabilis ingenii, servabit. Agricolas bonos imitabitur, qui non tantum rectas procerasque arbores colunt: sed illis quoque, quas aliqua depravavit causa, adminicula quibus regantur, applicant. Alias circumcidunt, ne proceritatem rami premant: quasdam, infirmas vitio loci, nutriunt, quibusdam, alienâ umbrâ laborantibus, coelum aperiunt. Secundum haec videbit perfectus sapiens, quod ingenium quâ ratione tractandum sit, quo modo in rectum prava flectantur,

Multa desunt.

taxare litem cf. ad II, de Ira, 27, 4. i. poena afficere.

4. *Plenior*] plura comprehendit, laxior est.

5. *Agricolas* etc.] Similia vides apud nostrum de Ira I, 5, 5. et in Consol. ad Marc. 16, 5., ad quae loca cf. nott. *depravavit* proprie

h. l. sumas de figura arboris incurvata (ad de Ira I, 5, 4.).

nutriunt stercoratione. *coelum aperiunt* ramis abscissis.

Locutionem hanc nautis propriam esse, constat, quippe qui locum aperiunt, quem procul conspiciunt: vid. Intpp. ad Virg. Aen. III, 291.

DE
BREVITATE VITAE
LIBER VNVS
AD PAVLLINVM.

A R G V M E N T V M.

*Querela tam vulgi imprudentis ac turbæ, tam clarorum quoque vi-
rorum, e. c. Hippocratis, de vitæ brevitate falsa est; non enim
accepimus breuem vitam, sed fecimus. Rerum natura benigne
se erga nos gessit, modo nos neque libidinibus, neque vitis atque
erroribus vitam nostram perdentibus traderemus. C. I et II. Pro-
inde tempus suum nihili faciunt homines, nunquam fragilitatis
suae recte memores. C. III et IV. Quam hominum inconstan-
tiam exemplis Augusti, Ciceronis, Livii Drusii illustrat, C. V
— VI, 3. Quorum tamen querelæ de vitæ brevitate, neque
ipsos neque ullum alium mutaverunt. Nemo iis impeditur, quo-
minus ad libidines et vitia proiciatur, parum memor, vivere esse
artem tota vita discendam: iccirco præcipitant homines isti vitam
suam, futuri desiderio laborantes, aliter ac illi, qui vitam bene
agere sciunt, et nullum non tempus in usus suos conferunt. Igi-
tur diu esse et diu vivere non eandem habet potestatem ac vim.
Miseri sane sunt ii, qui temporis iustam aestimationem non tenent,
C. VI, 3 — IX. Sequitur eorum descriptio. Sunt autem occu-
pati, et semper ex crastino pendent expectantes. Vita eorum est
brevissima. C. IX — X, 2. Iam docet, ut illis errorem suum
exprobret, occupatos tempus suum male collocare: quum enim vita
in tria tempora dividatur, quod est, quod fuit, quod futurum
est, occupati præteritum, quod est certum, omittunt, at præsens
iis subducitur. Quod apparebit, si senes ægros ac moribundos ad-
verteris, comparatione cum iis, quibus vita procul ab omni nego-
tio agitur, instituta. X, 2 — XI, 3. At quinam sunt ii, qui
occupatorum nomine digni sint? Præter eos, qui propalam in oc-
cupatis numerantur, illos quoque eo referas otiosos, luxui cuius-
cunque generis deditos, atque quummaxime grammaticos, s. eos,
qui in literarum inutilium studiis detinentur: hæc infra fusus
per-*

persequitur auctor, nec multum abest, quin, quod haud raro ei accidit, in idem vitium, quod reprehendit, incidat. — XIV, 4. Sequitur descriptio veri otii. Soli omnium otiosi sunt, qui sapientiae vacant: soli vivunt. Omni tempore, et praeterito, instante et venturo bene utuntur. Haec egregie tractata sunt. — XVI. Neque tamen occupati isti longam agere vitam putandi sunt propterea, quod interdum vel mortem invocant; faciunt id metu; vel longus illis videtur dies; fit imprudentia. Nam nec occupatione, nec otio bene uti sciunt; aliunde alio confugiunt, nunquam nec ulla re contenti. — XVIII. Quibus expositis convertitur oratio ad Paullinum exhortandum, ut officio publico, quamvis honorifico, quo fungatur, abdicato, in otium se recipiat et totum sapientiae se tradat. — fin. Inscriptus est hic liber, de cuius bonitate constat, Paullino, amico Senecae, ut colligimus e cap. I, et XVIII. Fuerit Paullinae, Senecae uxoris, frater, an affinis, non liquet. Praefectum tamen annonae, aut unum ex curatoribus eum fuisse, ideoque hominem celebrem, e cap. laud. sqq. apparet: in primis XVIII, I. 4 sq. XIX, I. De tempore huius scripti nihil certi statui potest. Lipsio tamen placuit propter cap. XVIII., post Caligulam, et quidem statim post conceptum esse. Equidem nihil ibi reperire potui, unde vir ille acutissimus haec duxerit: nisi forte, id ex illis: „Cogita praeterea, quantum sollicitudinis sit, ad tantam te molem obicere“ collegisse statuamus Lipsium; haec enim verba et sequentia haud parvi sane momenti esse videntur ad hanc opinionem obscurandam, ut Paullinum, qui in eo fortasse erat, ut praefecturam annonae adiret, ab eo officio debortaretur. Sed fac vel maxime hoc sic se habuisse, inde tamen minime sequitur, statim id factum esse Caligula extincto: quandoquidem quae de isto monstro horrendo §. 4. narrantur, magis ad periculum eius officii, quam ad tempus, quo hoc scriptum compositum sit, designandum trahenda esse videntur. Atque totus orationis tenor, ut opinor, tempus remotius significat.

Ceterum iam in antecedentibus, praesertim in libro de Tranq. Anim. c. II. III. etc. hanc eandem quaestionem, an sapienti ad rempublicam capeffendam adire liceat, tractatam vidimus, diversa tamen ratione, quam hoc libro, ubi secus ac Socrates praeverat, philosophiae studiosos e terra ad caelum avocatos legimus. Iam etsi Senecam bene memini, calore disputandi abreptum quandoque vinea sua ipsum caedere, tamen inde causam eius agi posse putaverim, quod non omnino Reip. tractationem reiicere, sed maiore aut aliqua certe aetatis parte Reip. insumta secessum suadere videtur. Etenim Paullinus aliquantum temporis in Republica administranda exegerat. Sed quum nec de tempore huius scripti, nec de Paullino ipso quae-

stio ad liquidum perducī possit, satius esse videtur, ut ad praecepta aurea, quibus hic liber abundat, animum vitamque nostram attemperemus, quam ut, operose nihil agendo, quaestionum inutilium illecebris detineamur.

I.

Maior pars mortalium, Paulline, de naturae malignitate conqueritur, quod in exiguum aevi gignimur, quod haec tam velociter, tam rapide dati nobis temporis spatia decurrant: adeo ut, exceptis admodum paucis, ceteros in ipso vitae apparatu vita destituat. Nec huic publico, ut opinantur, malo, turba tantum et imprudens vulgus ingemuit: clarorum quoque virorum hic affectus querelas evocavit. Inde illa maximi medicorum exclamatio est: „Vitam brevem esse, longam artem.“ Inde Aristoteli, cum re-²rum naturâ exigenti, minime conveniens sapienti viro lis est: illam animalibus tantum indulgisse, ut quina aut dena secula^a educerent, homini in tam multa ac magna genito, tanto citeriorem terminum stare. Non

VARIETAS LECTIONIS.

Cap. I. a. *educerent* i. *consumerent*. Scriptorum lectio] bona et ea exquisitior. Poeticas enim formas dicendi noster praeferre solet. Antea: *edurent*.

ANIMADVERSIONES.

Cap. I. Communis quidem querela tam vulgi, quam sapientum de Vitae brevitate, sed falsa est.

1. *maximi medicorum*] Hippocratis, initio Aphorismorum: *ὁ βίος βραχύς ἢ δὲ τέχνη μακρὴ*. Cf. Gatak. ad Antonin. p. 149.

2. *Aristoteli*] Memoria nostrum lapsum esse condonemus. Theophrastus enim ille

fuit, qui „moriens accusasse naturam dicitur, quod cervis et cornicibus vitam diuturnam, quorum id nihil interesset; hominibus, quorum maxime interfuisset, tam exiguam vitam dedisset,“ referente Cic. Tusc. disp. III, 28., qui ibidem et Aristotelem memorat, nulla tamen querelae mentione iniecta. *exigenti*, exoptulanti, querenti.

3 Non exiguum temporis habemus: sed multum perdimus. Satis longa vita, et in maximarum rerum consummationem large data est, si tota bene collocaretur. Sed ubi per luxum ac negligentiam defluit, ubi nulli rei bonae impenditur; ultimâ demum necessitate cogente, quam ire non intelleximus, transisse
4 sentimus. Ita est, non accepimus brevem vitam, sed fecimus: nec inopes eius, sed prodigi sumus. Sicut amplae et regiae opes, ubi ad malum dominum pervenerunt, momento dissipantur, at quamvis modicae si bono custodi traditae sunt, usu crescunt: ita aetas nostra bene disponenti multum patet.

II. Quid de rerum natura querimus? illa se benigne gessit: vita, si scias uti, longa est. Alium infatiabilis tenet avaritia: alium in supervacuis laboribus operosa sedulitas: alius vino madet: alius inertiam torpet: alium defatigat ex alienis iudiciis suspensa semper ambitio: alium mercandi praeceptus cupiditas circa omnes terras, omnia maria, spe lucri, ducit. Quosdam torquet cupido militiae, nunquam non aut alienis periculis intentos, aut suis anxios: sunt quos ingratus superiorum cultus voluntariam servitute
2 consumat. Multos aut affectatio alienae fortunae, aut suae

3. *Non exiguum* —] Hanc eandem sententiam tribuit iam Herodot. VII, 46. Artabano. *Sed ubi* — *sentimus*. Recte confert Lipsius Sallustium Iugurth. I. addas Catilin. I. 2. *ire*, i. abire vitam.

Cap. II. Prave aliud agendo et cupiditatibus indulgendo vita temere consumitur et transcurrit.

1. *alienis periculis*] quae inferant, *suis*, ut evitent.

sunt — *cultus*, salutatione, et omni officiorum et necessitudinum genere. Coniuncti sunt hi cum illis, qui e iudiciis aliorum suspensam agunt vitam, sed non iidem: distat enim ab iis, ut species a genere. *ingratus*, molestus, improbus. Lipsius interpretatur: qui gratiam non reddit.

2. *affectatio*] studium eadem fortuna fruendi, quae alii

suæ ^aodium detinuit: plerosque nihil certum sequentes, vaga et inconstans, et sibi displicens levitas, per nova consilia iactavit. Quibusdam nihil quo cursum dirigant, placet, sed marcentes oscitantesque fata deprehendunt: adeo ut quod apud ^bmaximum poetarum more oraculi dictum est, verum esse non dubitem:

Exigua pars est vitae, quam nos vivimus.

certum quidem omne spatium, non vita, sed tempus est. Urgentia circumstant vitia undique: nec resurgere, aut in dispectum veri attollere oculos finunt, sed merfos, et in cupiditatibus infixos premunt. Nunquam illis recurrere ad se licet, si quando aliqua quies

Cap. II, a. *odium*. Quoniam vox haec non fuit conspicua in ullo cōd. Gruteri, coniecit Gronovius: *aut suæ taedium; plerosque* — *iactavit*: eiecto τῷ *detinuit*. et relato τῷ *iactavit ad affectationem et taedium*. Erasmus *odium* tuetur, et in vulgata acquiescamus.

b. *maximum poetarum more oraculi dictum est*. Menandrum hic intelligi, infra in notis monuimus. Idem cum Iano Rutgersio itatuebat Gataker in Dissert. de novi instrumenti stylo c. XI. Sed nude eum appellari poetam maximum, haud expectaveris. Nisi omnia me fallunt, locus corruptus est, et post τῷ *poetarum*, vox: *comicorum* s. *minicorum* (cf. de vit. beat. 27, 2.) excidisse videtur. *more oraculi* noster ep. 108. fin. versum Virgilii: Optima quaeque tanquam *missum oraculo* laudat. De Comoedia Menandri, sit conversa in linguam latinam nec ne, parum constat. Sed vide Not.

alii fruuntur: *aut suæ odium*, ut qui forte sua non contenti sunt. *Quibusdam* — *deprehendunt*; sunt vacillantes homines, qui supra in Epist. Sereni ad nostrum descripti sunt (de Tranq. Animi c. 1.): nec opinantes hos mors rapit. Versus est Menandri (de quo poeta novae Comœdiae celeberrimo, nat. Athenis Ol. 109, 3. mort. Ol. 122, 3. conf. Fabric. Bibl.

Graec. Vol. II: p. 454 sq. Harl.), in cuius fragmentis exstat: *Μικρὸν τι τοῦ βίου καὶ σενὸν ζῶμεν χρόνον*. Ianus Rutgersius, quod sciam, primus Menandri esse versum, intellexit, Var. lectt. IV, 17. p. 432. (ed. 1618. Lugd. Bat.). Exstat ap. Stobaeum Floril. tit. 108., desumptus e comoedia, cui inscriptio erat *Πλόκιον*. Fabric. l. l. p. 467.

quies fortuito contigit: velut in profundo mari, in quo post ventum quoque volutatio est, fluctuantur, nec unquam illis a cupiditatibus suis otium instat. De istis me putas differere, quorum in confesso mala sunt? aspice illos, ad quorum felicitatem concurritur: 4 bonis suis effocantur. Quam multis graves sunt divitiae? quam multorum eloquentia, quotidiano ostentandi ingenii ^cspatio, sanguinem educit? quam multi continuis voluptatibus pallent? quam multis nihil liberi relinquit circumfusis clientium populus? Omnes denique istos, ab infimis usque ad summos, pererrant hic advocat, hic adest: ille periclitatur, ille defendit, ille iudicat. Nemo se sibi vindicat: alius in alium 5 ^dconsumitur. Interroga de istis, quorum nomina ediscuntur: his illos dignosci videbis notis: „Hic illius cultor est, ille illius, suus nemo.“ Deinde dementissima quorundam indignatio est: queruntur de superiorum fastidio, quod ipsis adire volentibus non vacave-

c. *spatio* recte praefert Gronov., Grutero et Lipsio istud: *spatio* extrudentibus, hoc et *studio* proponente. Non de lusoria modo declamatorum facundia capiam, ait Gronov., cum Lipsio, sed etiam, et multo magis, de decretoria patronorum. Translatam loquendi rationem ab exercitio cursorum facile intelliges.

d. *consumitur* ex Erasmo rediit: sensu etiam postulante, quandoquidem non nisi de istis, qui bonis suis ideoque felicitate sua quasi suffocantur, sermo est, nec de omnibus hominibus. Antea: *consumimur*.

3. *velut — fluctuantur*] Cf. de Tranq. An. c. 2. init.

4. in *quotidiano* — *spatio* f. e.] Imago est ab exercitio cursorum, quorum proprium *spatium*, depromta: illis cursu calefactis educitur sudor. Sic, inquit Seneca, multis, dum quotidie dicendo ostendendi ingenii illud spatium in-

genti contentione decurrunt, sanguis educitur et eliquatur. Sic fere Gronov.

5, *Interroga — ediscuntur*] a servis nomenclatoribus. Nomina superiorum, quos antea appellavit, equitum, senatorum, quid multa? patronorum intelligit a clientibus cultorum. Deinde — vacave-

caverint. Audet quisquam de alterius superbiâ queri, qui sibi ipse nunquam vacat? Ille tamen, quisquis est, insolenti quidem vultu, sed aliquando respexit: ille aures suas ad tua verba demisit: ille te ad latus suum recepit; tu non inspicere te unquam, non audire dignatus es.

III. Non est itaque, quod ista officia cuiquam imputes: quoniam quidem quum illa faceres, non esse cum alio volebas, sed tecum esse non poteras. Omnia licet, quae unquam ingenia fulserunt, in hoc unum consentiant, nunquam fatis hanc humanarum mentium caliginem mirabuntur. Praedia sua occupari a nullo patiuntur, et si exigua contentio est de modo finium, ad lapides et arma discurrunt: in vitam suam incedere alios sinunt, immo vero ipsi etiam possessores eius futuros inducunt. Nemo invenitur, qui pecuniam suam dividere velit: vitam unusquisque quam multis distribuit? Adstricti sunt in continendo patrimonio: simul ad temporis iacturam ventum est, profundissimi in eo, cuius unius honesta avaritia est. Libet itaque ex seniorum turba comprehendere aliquem! „Pervenisse te ad ultimum aetatis humanae videmus: centesimus tibi, vel supra, premitur annus: agedum, ad computationem aetatem tuam revoca! Dic, quantum ex isto tempore creditor, quantum amica, quantum

caverint. Saepe hanc querelam, republicâ liberâ haud dubie inusitatam, recurrere meminimus. *ad latus — recepit*, tecum ambulando. Latus superioris vilior claudere, tegere (i. ad sinistram esse), dicebatur. Post Lipsium Elector. II, 2. p. 455 sq. res nota.

Vol. I.

Cap. III. Ceterarum rerum maxima, temporis nullâ fere ratio habetur.

1. *ista officia*] superiorem honoris causa adeundi, salutandi etc. *cuiquam imputes*, quasi tibi gratiam reddere debeat, devinctus sit. *non esse cum alio*, quam cum patrono illo. *in hoc unum consentiant*,

Ii

siant,

tum ^a reus, quantum cliens abstulerit: quantum lis uxoria, quantum fervorum coërcitio, quantum officio-
 3 fa per urbem discursatio. Adiace morbos, quos manu fecimus: adiace, quod et sine usu iacuit: videbis te pauciores annos habere, quam numeras. Repete memoriâ tecum, quando certus consilii fueris, quotus quisque dies, ut destinaveras, recesserit; qui tibi usus tui fuerit; quando in fratu suo vultus, quando animus intrepidus; quid tibi in tam longo aevo facti operis sit; quam multi vitam tuam diripuerint, te non sentiente quid perderes; quantum vanus dolor, fluita laetitia, avida cupiditas, blanda conversatio abstulerit; quam exiguum tibi de tuo relictum sit: intelliges, te immaturum mori!“

IV. Quid ergo est in causa? tanquam semper vituri vivitis: nunquam vobis fragilitas vestra succurrit.

Cap. III. a. *reus* vulgata et ea optima lectio: i. quantum temporis in eo consumseris, quod vel accusares, vel accusareris. cf. infra 7, 3. Ille reus etc. Lipsius in suo invenit: *rex*, haud improbens. Parasitis quidem patronos interdum reges esse appellatos, constat, sed h. l. de parasito

viant, in hac re consideranda operam suam collocent.

2. *premitur*] agitur. *Dic quantum* — *discursatio*. Sumit senem ex turba, qui seculo suo inde a pueris indulgendo, ideoque nominibus contrahendis, amica (*ἔταιρα*) alenda, se defendendo ab accusationibus etc. tempus suum trivisset. Nec mirandum; talem hominem semper in cupiditatibus infixum in uxorem fervosque parum mitem fuisse.

3. *manu fecimus*] luxu aut vitio nostro arcessivimus. Lō-

cutionem hanc Senecae familiarem iam supra notavimus. *quando certus consilii*, in exsequendo consilio firmus, tibi que constans. *qui tibi usus tui fuerit*, in viribus animi ad prudentiam et virtutem excolendis. *quando* — *vultus*, ideoque liber a cupiditatibus. *blanda conversatio*, cum amica.

Cap. IV. Causa est fœcordia, et oblivio mortalitatis.

1. *tanquam* — *vivitis*] Simile Democriteum illud ap. Stob. Floril. XVI. p. 154. (333. Schow.) οἱ Φειδωλοὶ τῶν

rit. Non observatis quantum iam temporis transierit: velut ex pleno et abundanti perditis, quum interim fortasse ille ipse, alicui vel homini vel rei donatus, ultimus dies sit. Omnia, tanquam mortales, ^a time- tis: omnia, tanquam immortales, concupiscitis. Au- dies plerosque dicentes: „a quinquagesimo in otium secedam: sexagesimus annus ab officiis me demittet.“ Et quem tandem longioris vitae praedem accipis? quis ista, sicuti disponis, ire patietur? Non pudet ^{te} 2 reliquias vitae tibi reservare, et id solum tempus bo- nae menti destinare, quod in nullam rem conferri possit? Quam ferum est, tunc vivere incipere, quum desinendum est? quae tam stulta mortalitatis oblivio, in quinquagesimum et sexagesimum annum differre sana consilia: et inde velle vitam inchoare, quo pau- ci perduxerunt? Potentissimis, et in altum sublatis ³ hominibus, excidere voces videbis, quibus otium optent, laudent, omnibus bonis suis praeferant. Cu- piunt interim ex illo fastigio suo, si tuto liceat, de- scendere. Nam ut nihil extra laceffat, aut quatiat: in se ipsa fortuna ruit.

Ii 2

V. Di-

non agitur. Erasim. habet: *Resp.* bono etiam sensu. Apud eundem est quoque: *discursatio.*

Cap. IV. a. *tinētis.* Omnium codd. et edd. lectio, praeter unum Palatin. ap. Gruter., qui habuit: *tenētis*, quod magis pro librarii aberratione, quam pro vera et antiqua lectione habeam: Gronovio tamen prae vulgata valde placuit. Inconstantiam hominum reprehendit Seneca: cetera omnia cum timore haberis tanquam homines, quibus nihil stabile est, ne vobis mox effluant, temporis autem vestri nullam curam agitis. Si *tenētis* praeferas, sensus erit ex Gronovii sententia: quidquid possidetis, id vobis adest tan-

των τῆς μελίτσης οἴτου
ἔχουσιν, ἐργαζόμενοι ὡς
αἰεὶ βιωσόμενοι. a quinquagesimo, exemplo militiae, a qua tunc vacatio, ait Lipsius, et sexagesimus annus, exem-

plō Senatorum. cf. c. 20, 3. ab officiis — demittet, i. in otium secedam.

3. Nam ut nihil — ruit] Etiam si nihil externi poten- tissimos illos sollicitat, fortu-

nae

V. Divus Augustus, cui dii plura quam ulli praestiterunt, non desit quietem sibi precari, vacationem a Republica petere. Omnis eius sermo ad hoc semper revolutus est, ut sibi asperaret otium. Hoc labores suos, etiam si falso, dulci tamen oblectabat solatio: „aliquando se victurum sibi.“ In quadam ad senatum missa epistola, quum requiem suam non vacuum fore dignitatis, nec a priore gloria discrepantem, pollicitus esset, haec verba inveni: „Sed ista fieri speciosius, quam promitti possunt. me tamen cupidus temporis optatissimi mihi, provexit, ut quoniam rerum laetitia moratur adhuc, praeciperem aliquid voluptatis ex verborum dulcedine.“ Tanta visa est res otium, ut illam, quia usu non poterat, cogitatione praesumeret! Qui omnia videbat ex se uno pendentia, qui hominibus gentibusque fortunam dabat, illum diem laetissimus cogitabat, quo magnitudinem suam exueret. Expertus erat, quantum illa bona, per omnes

quam mortalibus, quasi in dies, imo in horas, perdituris aut derelicturis.

Cap. V. a. *speraret*: bona et vulgata: in spe enim substitit. *Pararet* est librarii aberratio, et ab Erasmo.

nae tamen ipsi multa adsunt, quae lacescant et premant eos, ut fieri possint superbi, molles, altiora petentes, et plerumque rebus secundis uti inficii.

Cap. V. Exempla virorum clarorum serio otium optantium: Augusti, Ciceronis.

1. *Divus Augustus* — *perere*] Saepius simulatione hac usum esse Augustum constat, ut precibus senatus tandem cogi videretur ad Reipublicae gubernacula retinenda.

Bis tamen de reddenda Republica cogitasse, refert Suet. Octav. 28. Dio Cass. LIII, 2. fin. et 3 — 10. ubi oratio, quam Senatui praelegit, exstat. Bene observat ibi Dio cap. II. Augusti simulationem et prudentiam, qua effecit, ut imperium sibi commissum a Senatu populoque Romano videretur. Hinc semper huius spei, fore, ut, quando in otium secederet, mentionem iniecit: a quo consilio eum vel invitum Livia, Maecenas al. avocassent, si ei fuisset.

omnes terras fulgentia, fudoris exprimerent, quantum occultarum solitudinum tegerent: cum civibus primum, deinde cum collegis, novissime cum affinibus, coactus armis decernere, mari terrâque sanguinem fudit: per Macedoniam, Siciliam, Aegyptum, Syriam, Asiamque, et omnes prope oras bello circumactus, Romanâ caede lassos exercitus ad externa bella convertit. Dum Alpes pacat, immixtosque me-
 diae paci et imperio hostes perdomat, dum ultra Rhenum, Euphratem et Danubium terminos movet, in ipsa urbe, Murenæ, Caepionis, Lepidi, Egnatorum in eum mucrones acuebantur. Nondum horum effugerat insidias: filia, et tot nobiles iuvenes adulterio velut sacramento adacti, iam infractam aetatem territabant: ^b plusque et iterum timenda cum Antonio

Ii 3

mulier.

b. *plusque et iterum.* Recte praefert Gronov. e codd. Iulia erat magis timenda quam illa Cleopatra, quam iterum repraesentavit cum Antonii filio coniuncta. Magis timenda, ut domestica hostis, quae ideo minus caveri poterat. Antea: *Postquam et iterum.* Ap. Erasim. *postquam iterum.*

3. *cum civibus primum*] bellum cum M. Antonio apud Mutinam gestum, Panfa et Hirtio cos., Dio Cass. XLVI, 37. et illud contra Brutum Cassiumque ideoque aciem ad Philippos significasse videtur. *deinde cum collegis*, M. Lepido, quem triumviratu et copiis spoliavit, et M. Antonio in bello Perusino. *affinibus*, Sext. Pompeio et M. Antonio. *per Macedoniam — circumactus*: in omnibus his regionibus aut bella gessit, aut eas belli causa transiit. Suet. Oct. 17.

4. *Dum Alpes — perdomat*] intellig. populos alpinos, Gal-

liam et Italiam interiectos. Sueton. Octav. 21. init. *ultra Rhenum*, duce Druso. Dio Cass. LIV, 32 sq. *Euphratem*, duce Caio Caesare, Iuliae filio. Dio Cass. LV, 11. *Danubium*, duce inprimis Tiberio. Dio Cass. LV, 34. etc. Recte tamen observat Lipsius, ultra Danubium fines non esse motos: *moveret* itaque de conatu intelligas. *Murenæ — acuebantur*: cf. ad I. de Clement. 9. *filia*, Iulia, cuius amore illicito ita, ut sacramento milites, erant devincti ad insidias struendas. vid. Var. lect. ad I. de Clem. 10, c. *servitabant*: in iis fuit, ut
 Dio

- 5 mulier. Haec ulcera cum ipsis membris absciderat: alia subnascebantur. ^cvelut grave multo sanguine corpus, parte semper aliquâ rumpebatur. Itaque otium optabat: in huius spe et cogitatione labores eius residebant. hoc votum erat eius, qui voti compotes facere poterat. Marcus Cicero inter Catilinas Clodiosque iactatus, Pompeiosque et Craffos, partim manifestos inimicos, partim dubios amicos, dum fluctuatur cum republica, et illam pessum euntem tenet, novissime abductus, nec secundis rebus quietus, nec adversarum patiens, quotiens illum ipsum consulatum suum
- 6 non sine causa, sed sine fine laudatum, detestatur? quam flebiles voces exprimit in quadam ad Atticum epistola,
- iam

c. *velut grave multo sanguine corpus parte semper aliqua rumpebatur*, sc. Caesar Augustus. *velut g. m. f. c.* e codd. et antiquis edd. restituit Gronovius: reliqua sunt ex eiusdem egregia coniectura. Antea enim erat: *partes semper aliquae rumpebantur*: unde tres superfluas literas abiecit Gronov. Priorem autem lectionis partem: *velut quum* —

Dio Cass. LV, 10. ex traditione narrat, Iul. Antonius, qui Iuliae ope rerum potendarum cupidus deferebatur et Augusti iussu interficiebatur, cum aliis, a. V. C. 752. (Augustus agebat annum 61. aetatis.) Huc alludunt sequentia verba: *plusque et iterum timenda cum Antonio mulier*. Maiorem sane terrorem Augusto incussit secundus Antonius (filius M. Antonii ex Fulvia) una cum Iulia, quasi secunda Cleopatra: erat enim hostis domi et in visceribus latens, uti bene observat Gronov., atque eo minus poterat cavere. De Iulo Antonio, quem

Augustus ad Consulatum evererat, cf. Intpp. ad Tacit. Annal. I, 10.

5. *Marcus Cicero*] Lipsius confert, quae Aufidius Bassus de Cicerone (ap. Senecam patrem suaforia VII. p. 42. Bip.: sed tota haec suaforia legi meretur;) attulit. Nisi scripta, inprimis eius epistolae satis confirmarent, quae Seneca de Cicerone iudicat, Livii, Asinii Pollionis, quin totius antiquitatis iudicium et historia documento esset. Middleton tamen eius causam egit in *Life of Cicero*.

6. *Atticum*] Epistola haec interit. Si hodieque exstaret, locus eius esset in *Epp. Cicer.*

iam victo patre Pompeio, adhuc filio in Hispania fracta arma refovente? „Quid agam,“ inquit, „hic, quaeris? moror in Tusculano meo semiliber.“ Alia deinceps adiicit, quibus et priorem aetatem complorat, et de praesenti queritur, et de futura desperat. Semiliberum se dixit Cicero! at mehercules nunquam sapiens in tam humile nomen procedet, nunquam semiliber erit: integrae semper libertatis et solidae, solutus, et sui iuris, altior ceteris. Quid enim supra eum potest esse, qui supra fortunam est?

VI. Livius Drusus, vir acer et vehemens, quum leges novas et mala Gracchana movisset, stipatus ingenti totius Italiae coetu, exitum rerum non providens, quas nec agere licebat, nec iam liberum erat semel inchoatas relinquere, execratus inquietam a primordiis vitam, dicitur dixisse: „Vni sibi, nec puero quidem, unquam ferias contigisse.“ Ausus enim et pupillus adhuc et praetextatus, iudicibus reos commendare, et gratiam suam foro interponere tam efficaciter, ut quaedam iudicia constet ab illo rapta. Quo non irrumperet tam immatura ambitio? scires in malum ingens, et privatum et publicum, evasuram illam tam praecoquem audaciam! Sero itaque querebatur, „nullas sibi ferias contigisse,“ a puero seditiosus,

Ii 4

fus,

est corpus Mureti emendandi et sua pro antiquis vendendi prurigini adscribendam esse constat.

Cicer. libro XII ad Atticum. Quae autem Lipsius affert e Cic. Epp. lib. XIII, ad Attic. 31. ubi semiliberum se ipse appellat Cicero, ea huc non pertinere et tempus, in quo epistola haec scripta est, et verba docent.

Cap. VI. Livius Drusus item exemplo est. Alii rebus levibus occupati sunt.

1. *Livius Drusus*] Cf. de eo ad Consolat. ad Marc. XVI, 3. *Ausus* — *rapta*: i. ante annum aetatis suae decimum sextum, quo toga virilis, quae et pura, s. libera audiebat, praetexta bullaque posita, fumi solebat. *rapta*: sententias extorsit: unde mox dicitur: foro gravis.

- 3 sus, et foro gravis. Disputatur, an ipse sibi manus attulerit. subito enim vulnere per inguen accepto collapsus est: aliquo dubitante, an mors voluntaria esset: a nullo, an tempeſtiva. Supervacuum est commemorare plures, qui quum aliis felicissimi viderentur, ipsi in severum testimonium dixerunt, prodentes omnem actum annorum suorum. Sed his querelis nec alios mutaverunt, nec se ipsos. Nam quum verba eruperunt, affectus ad consuetudinem relabuntur. Vestra mehercule vita, licet supra mille annos exeat, in arctissimum contrahetur: ista vitia nullum non seculum devorabunt: hoc vero spatium, quod, quamvis natura eurrat, ratio dilatat, cito vos effugiat necesse est.
- 4 Non enim apprehenditis, nec retinetis, nec velocissimae omnium rei moram facitis, sed abire ut rem supervacuum ac reparabilem finitis. In primis autem et illos numero, qui nulli rei, nisi vino ac libidini vacant: nulli enim turpius occupati sunt. ceteri, etiam si
vanâ

Cap. VI. a. *nullo, an tempeſtiva*. Lipsio, qui τὸ *nullo* e scriptis aliquot in textum reduxit, accedo. Seneca, per antitheses efferendi sua cupido, perquam digna lectio! Antea sine τὸ *nullo*. Mox: *prodentes omnem actum annorum suorum* e codd. restituit bene Gronovius, i. deferentes, indefensum relinquentes: cf. I. F. Gronov. Obs. III, 20. Antea ap. Pincianum: *perosi omnem* etc. Rudolph. Agricola cum Erasmo totum hoc delent, qui nostram nunc receptam lectionem, quam et in suis codd. invenerant, pro sermone interpretis habuere et submoverunt.

2. *scires*] inde colligi poterat. *Disputatur — tempeſtiva*. Iam supra l. l. e Ciceron. de nat. Deor. III, 33. monui, Q. Varium pro interfectore L. Drusi habitum esse. Fortasse eo respexit noster verbis: *aliquo dubitante — esset*.

3. *prodentes — suorum*] Gronovio interprete: deferentes, indefensum relinquentes. Cf. Var. Lect. *Nam quum — relabuntur*: etsi se infelicissimos esse quererentur, tamen nihil mutaverint in vitae suae ratione solita. *Ista vitia*, in quae proiecti estis, nullo quamvis longissimo tempore explebuntur.

4. *velocissimae omnium rei*] tempori vitae, quod Virgilius Ge. III, 284. recte irreparabile appellavit.

vanâ gloriae imagine teneantur, speciose tamen erant. Licet avaros mihi, licet vel iracundos enu-
 rant. Licet avaros mihi, licet vel iracundos enu-
 res, vel odia exercentes iniusta, vel bella: omnes
 isti viriliter peccant. in ventrem ac libidinem projecto-
 rum inhonesta labes est. Omnia istorum tempora ex-
 cute: adspice quamdiu computent, quamdiu insidien-
 tur, quamdiu timeant, quamdiu colant, quamdiu co-
 lantur, quantum vadimonia sua atque aliena occupent,
 quantum convivia, quae iam ipsa officia sunt; vide-
 bis, quemadmodum illos respirare non sinant vel ma-
 la sua, vel bona. Denique inter omnes convenit, nul-
 lam rem bene exerceri posse ab homine occupato:
 non eloquentiam, non liberales disciplinas: quando
 districtus animus nihil altius recipit, sed omnia velut
 inculcata respuit. Nihil minus est hominis occupati,
 quam vivere: nullius rei difficilius est scientia.

VII. Professores aliarum artium vulgo multique
 sunt. quasdam vero ex his pueri admodum ita perce-
 pisse visi sunt, ut etiam praecipere possent. vivere
 totâ vitâ discendum est: et quod magis fortasse mira-

Ii 5 bere,

5. *Omnia istorum*] male
 occupatorum. *computent*, avari
insidientur, iracundi etc.
timeant — *occupent*, gloriae
 cupidi. *vadimonia*, coram iu-
 dicibus causas suas alienas-
 que agendo.

6. *liberales disciplinas*] phi-
 losophia, lectio poetarum,
 mathesis, musica al. quae li-
 bero homine digna putaban-
 tur. *quando* — *recipit*, levi-
 ter attingit omnia. *inculcata*,
 quae cum taedio et quasi vio-
 lenter obtruduntur: cf. de
 vit. beat. 24, 1. *Nihil mi-
 nus*, ad hominem occupatum

pertinet, hominis districti in-
 terest quam vita: *nullius*
 enim *rei* — *scientia*, cui ta-
 men ille non vacat.

Cap. VII. Scientiam viven-
 di et moriendi pauci tenent:
 et vanae sunt querelae de
 occupationibus et negotiis ul-
 tro quaesitis.

1. *pueri admodum* — *pos-
 sent*. Lipsius mirans hoc ex-
 empla quaedam e lapidibus
 de praecocibus ingeniis af-
 fert: quamquam nullam mi-
 rationem hoc movere debere
 puto, quod puer XIV annos
 natus geometriam e. c. ita
 te-

bere, totâ vitâ discendum est mori. Tot maximi viri, relictis omnibus impedimentis, quum divitiis, officiis, voluptatibus renuntiaffent, hoc unum in extremam usque aetatem egerunt, ut vivere scirent: plures tamen ex his nondum se scire confessi e vita abierunt: **2** nedum ut isti sciant. Magni, mihi crede, et supra humanos errores eminentis viri est, nihil ex suo tempore delibari finire: et ideo vita eius longissima est, cui quantumcunque patuit, totum ipsi vacavit. Nihil inde incultam otiosumque iacuit: nihil sub alio fuit, neque enim quidquam reperit dignum, quod cum tempore suo permutaret custos eius parcissimus. Itaque fatis illi fuit: his vero necesse est defuisse, ex quorum **3** vita multum populus tulit. Nec est quod putes, hinc illos non intelligere damnum suum. plerosque certe audies ex his quos magna felicitas gravat, inter clientium greges, aut causarum actiones, aut ceteras honestas misérias exclamare interdum: „Mihi vivere non licet!“ Quid ni non liceat? omnes illi qui te sibi advocant, tibi abducunt. Ille reus quot dies abstulit? quot ille candidatus? quot illa anus, efferendis heredibus lassâ? quot ille ad irritandam avaritiam captantium simulatus aeger? quot ille potentior amicus, qui vos non in amicitia, sed in apparatu habet? **4** Dispunge, inquam, ac recense vitae tuae dies: videbis pau-

tenuerit, ut alios eam docere possit. *vivere — mori.* cf. Consol. ad Marc. 23, 2. ibiq. not. *Tot — maximi viri*, e. g. Democritus, Epicurus, al. *nedum ut isti*, homines districti, quos modo descriperat.

3. *omnes illi*] laudat Lipsius Plinii Epp. I, 9. *quot*

illa anus — lassâ? cuius et tu heredipeta es, ideoque multum temporis et operae consumis in eius tibi favore conciliando. cf. Horat. I. Epp. I, 78. Eo sequentia: *quot — aeger*, referam. *quot ille — habet*, ad officia potentiori praestanda spectat.

4. *Dispunge*] computa. de Benefic. IV, 32, 4. *videbis*
— re-

paucos admodum et ^aridiculos apud te refedisse. Affecutus ille quos optaverat fascēs, cupit ponere, et subinde dicit: „Quando hic annus praeteribit?“ Facit ille ludos, quorum sortem sibi obtingere magno aestimavit: „Quando,“ inquit, „istos effugiam?“ Diripitur ille toto foro patronus, et magno concursu omnia, ultra quam audiri potest, complet: „Quando,“ inquit, „res proferentur?“ Praecipitat quisque vitam suam, ⁵ et futuri desiderio laborat, praesentium taedio. At ille, qui nullum non tempus in usus suos confert, qui omnes dies tanquam vitam ordinat, nec optat crastinum, nec timet. Quid enim est, quod iam ulla hora novae voluptatis possit afferre? Omnia nota, omnia ad satietatem percepta sunt: de cetero fors fortuna, ut volet, ordinet; vita iam in tuto est. Huic adici potest, detrahi nihil: et adici sic, ^bquemadmodum aliquis ventre saturo iam, non pleno, aliquid cibi, quod nec desiderat, capit.

VIII. Non est itaque, quod quemquam propter canos aut rugas putes diu vixisse: ^anon ille diu vixit, fed

Cap. VII. a. *ridiculos*. omnium scriptorum lectio. *Reiculos* Erasmus in margine notaverat, quod Lipsius probavit.

b. *quemadmodum aliquis ventre saturo iam, non pleno, aliquid cibi quod nec desiderat, capit*. Adieci $\tau\alpha$ *aliquis ventre* et $\tau\omicron$ *desiderat* Erasmo obsequutus. Lipsius eum neglexerat, nescio quare. Totus hic locus ap. Erasim. sic legitur: Huic potest detrahi nihil, adici sic, sicut aliquis ventre quoque admodum saturo iam, non pleno, aliquid cibi, quod nec desiderat, capit. *Nec desiderans* c. ex conii. dederat Lipsius, Gronovio non repugnante.

Cap VIII. a. *non ille diu*. Erasimum sequor: saepe noster particulas causales omittit. Antea: *non enim ille d.*

— *refedisse*, tibi remanent pauci dies, qui in nullam rem a te vitae bene collocandae ignaro conferri possunt, ideoque sunt ridiculi (cf. supra IV, 2). *fascēs*, ut consul. *ludos*, ut praetor: nam inter praetores (sub im-

peratoribus) fors aut ludos aut iurisdictionem dabat. *diripitur*, gratia ac favore. cf. ad III. de Ira 23, 3. *Quando* — *proferentur?* quando feriae incipient? Prolatae res pro iustitio dicebantur. Ernesti Clav. Cic.

fed diu fuit. Quid enim? fi illum multum putes navigaviffie, quem faeva tempeftas a portu exceptum huc et illuc tulit, ac viribus ventorum ex diverfo furentium per eadem fpacia in orbem egit? non ille multum navigavit, fed multum iactatus eft. Mirari foleo, quum video aliquos tempus petere, et eos, qui ro-
 2 gantur, facillimos. Illud uterque fpectat, propter quod tempus petitum eft: ^b ipfum tempus quidem neuter. Quafi nihil petitur, quafi nihil datur: re omnium pretiofiffimâ luditur. Fallit autem illos, quia res incorporalis eft, quia fub oculos non venit: id-
 3 eoque viliffima aestimatur, immo paene nullum pretium eius eft. Annua congiaria homines ^c clariffimi accipiunt, et his aut laborem, aut operam, aut diligentiam fuam locant: nemo aestimat tempus. utun-
 tur illo laxius, quafi gratuito. At eodem aegros vide, fi mortis periculum admotum eft propius, medicorum genua tangentes: fi metuunt capitale fupplicium, omnia fua, ut vivant, paratos impendere. tanta in illis difcordia affectuum eft. Quodfi poffet, quemadmodum praeteritorum annorum ^d cuiusque nu-
 merus

b. *ipfum tempus.* *ro* tempus ex Erasmo adieci.

c. *clariffimi* fc. Senatores. Libri fere: *cariffimi*. Vnde Lipfius coniecit: *rariiffimi*, aut *cariffime* i. in magno habent, care aestimant. Fortaffe erat: *a clariffimis*, quo referendum efferet *ro* bis, quod fequitur.

d. *cuiusque*. Lipfius mavult *cnique*. Equidem *quibusque* praeferrem.

Cap. VIII. Tempus rerum omnium pretiofiffimum nihili aut parvi aestimatur.

1. *Non eft — fuit*] Cf. Confolat. ad Marc. 20, 10 fq. Lipfius recte Varronis in Modio laudat: Non illos optime vivere, qui diutiffime, fed qui modetiffime. Quaedam collegit Gataker. ad Antonin. p. 111. a. 37.

2. *Annua congiaria*] Cf. Sueton. Nerone X. Senatorum nobiliffimo cuique, fed a re familiari deftituto annua falaria et quibusdam quingena conftituit. Collectanea bona de hac re dedit Lipfius Elector. I, VIII. Nostro pro dono quocunque vox congiarium in ufu eft. Confol. ad Marc. 22, 2.

merus proponi, sic futurorum: quomodo illi, qui paucos viderent superesse, trepidarent, quomodo illis parcerent? Atqui facile est, quamvis exiguum dispensare, quod certum est: id debet servari diligentius, quod nescias quando deficiat. Nec est tamen, quod 4 ignorare putes illos, quam cara res sit. Dicere solent iis, quos validissime diligunt, paratos se partem annorum suorum dare. Dant, nec intelligunt: dant autem ita, ut sine illorum incremento sibi detrahant: sed hoc ipsum an detrahant, nesciunt: ideo tolerabilis est illis iactura detrimenti latentis. Nemo restituet annos, nemo iterum te tibi reddet. Ibit quâ 5 coepit aetas, nec cursum suum aut revocabit aut supprimet: nihil tumultuabitur, nihil admonebit velocitatis suae: tacita labetur. Non illa se regis imperio, non favore populi longius proferet. sicut e missa est a primo, decurret: nusquam divertet, nusquam remorabitur. Quid fiet? tu occupatus es, vita festinat: mors interim aderit, cui, velis nolis, vacandum est.

IX. ^a Potestne quisquam, dico, hominum eorum, qui prudentiam iactant, et operosius occupati sunt, quam ut melius possint vivere? Impendio vitae vitam instruunt, cogitationes suas in longum ordinant: maxi-

e. *missa*: alii: *inssu*. Illud propter cursum, ut metaphora servaretur, placuit editoribus. Nec immerito. *Die curvet* recte reiecit Gronov., reducto *decurret*. *A primo* est formula cursoribus familiaris. Res nota.

Cap. IX. a. *Potestne quisquam* (sc. morti vacare), *dico hominum eorum, qui prudentiam iactant, et operosius occupati sunt, quam ut melius possint vivere?* Haec e codice suo sic edidit Erasimus: *Potestne quisquam sensus hominum, eorum dico, qui prudentiam iactant, operosius occupari sibi, ut melius possint vivere?* *To melius* Lipsio displicet. Locum tamen suum bene tuetur: vivunt, sed non ita, ut deberent, si vere vivere vellent.

Cap. IX. Igitur nihil differas, quod hodie perfici potest, in crastinum diem.

1. *Impendio — ordinant*]
Vitam suam perdunt, dum et id meditantur, quomodo recte

maxima porro vitae iactura dilatio est. Illa primum quemque extrahit diem, illa eripit praesentia, dum ulteriora promittit. Maximum vivendi impedimentum est expectatio, quae pendet ex crastino. Perdis hodiernum: quod in manu fortunae positum est, disponis: quod in tua, dimittis. Quo spectas, quo te extendis? omnia quae ventura sunt, in incerto iacent: **2** protinus vive. Clamat ecce maximus vates, et velut ^b divino ore instinctus salutare carmen canit:

*Optima quaeque dies miseris mortalibus aevi
Prima fugit.*

Quid cunctaris, inquit, quid cessas? Nisi occupas, fugit: quum occupaveris, tamen fugiet. Itaque cum celeritate temporis, utendi velocitate certandum est: velut ex torrente rapido, nec semper casuro, cito hauriendum est. Hoc quoque pulcherrime ad improbandam infinitam cogitationem, quod non optimam **3** quamque aetatem, sed diem dicit. Quid securus. et in tantâ temporum fugâ lentus, menses tibi et annos, et longam seriem, utcunque aviditati tuae visum est, exporrigis? de die tecum loquitur, et de hoc ipso fugiente. Non dubium est ergo, quin prima quaeque optima dies fugiat mortalibus miseris, id est, occupatis: quorum pueriles adhuc animos senectus opprimit, ad quam imparati inermesque veniunt. Nihil enim provisum est: subito in illam, nec opinantes inciderunt: accedere eam quotidie non sentiebant.

Quem-

^b. *divino ore i. f. c. c.* Optime e codd. omnibus et edd. antiquis restituit. Muretus: *divino furore* supposuerat. *Divino sermone*, dictione egregia, ut ap. Horat. I Sat. IV, 43. 44. Os magna sonaturum, de sublimi eloquutione. ^{To}. *instinctus* sc. afflatu sacro coniungas, monet Gronov., cum verbo canit.

recte vitam agere velint, et cogitantes diu vivere vitam quasi dividunt et in ordinem redigunt. *protinus*, statim.

2. Versus exstant apud Virgil. Georg. III, 68. Confer Senecae Epistol. 108. post med.

Quemadmodum aut sermo, aut lectio, aut aliqua interior cogitatio iter facientes decipit; pervenisse se ante sciunt, quam appropinquasse: ita hoc iter vitae assiduum et citatissimum, quod dormientes vigilantesque eodem gradu facimus, occupatis non apparet, nisi in fine.

X. Quod proposui, si in partes velim et argumenta diducere, multa mihi occurrent, per quae probem brevissimam esse occupatorum vitam. Solebat dicere Fabianus, non ex his cathedrariis philosophis, sed ex veris et antiquis: „contra affectus impetu, non subtilitate pugnandum, nec minutis vulneribus, sed incursum avertendam aciem non probam: cavillationem enim retundi debere, non vellicari.“ Tamen ut illis error exprobratur suus, docendi, non tantum deplorandi sunt. In tria tempora vita dividitur: quod est, quod fuit, et quod futurum est. Ex his quod agimus, breve est: quod acturi sumus, dubium: quod egimus, certum. Hoc est enim, in quod fortuna ius perdidit, quod in nullius arbitrium reduci potest.

Hoc

Cap. X. a. *avertendam aciem non probam: Cavillationem enim* etc. Lectio librorum vet., quam et Erasmi. propemodum repraesentavit. Quam a Lipsio mutatam accepimus: *avertendam aciem. Non probam cavillationem esse, ret.* etc. Sed vulgata bona est. Affectus contenderat Fabianus cum hoste malevolo et fallaci atque cum cavillatione, haud dubie ad clandestinos eorum incursums exprimendos.

Cap. X. Occupati in levibus brevissimam vitam agunt.

1. *Fabianus*] Cf. de eo ad Consol. ad Marc. 23, 3. *cathedrariis*, qui in sella sua, non item in vita philosophi sunt. Cathedra autem de quacunque sella, praesertim de elegantiore feminarum, quales videre licet in Picture d' Ercolano, T. IV. tav. 43.

potentiorum, e. c. de Cle- ment. I, 9, 5. professorum dicebatur. Hanc ipsam sententiam Fabiani sequutus est noster in consolatione ad Marc. I.

2. *Hoc est — potest*] Lipsius recte laudat Plin. Nat. Hist. II, 5. p. 125. Bip. — ne deum quidem posse omnia. Namque nec sibi etc. — nul- lum-

Hoc amittunt occupati: nec enim illis vacat praeterita respicere, et si vacet, iniucunda est poenitendae rei recordatio. Inviti namque ad tempora male exacta animum revocant, nec audent ea retentare, quorum vitia etiam quae aliquo praesentis voluptatis lenocinio subripiebantur, retractando patefcunt. Nemo, nisi a quo omnia acta sunt sub censura sua, quae nunquam
 3 fallitur, libenter se in praeteritum retorquet. Ille qui multa ambitiose concupiit, superbe contemfit, impotenter vicit, infidiose decepit, avare rapuit, prodige effudit, necesse est memoriam suam timeat. Atqui haec est pars temporis nostri sacra ac dedicata, omnes humanos casus supergressa, extra regnum fortunae subducta: quam non inopia, non metus, non mor-
 4 borum incurfus exagitat. Haec nec turbari, nec eripi potest: perpetua eius et intrepida possessio est. Singuli tantum dies, et hi per momenta praesentes sunt: at praeteriti temporis omnes, quum iusseris, aderunt, ad arbitrium tuum se inspici ac detineri patientur: quod facere occupatis non vacat. Securae et quietae mentis est, in omnes vitae suae partes discurrere; occupatorum animi velut sub iugo sunt, flectere se
 ac

lumque habere in praeterita ius, praeterquam oblivionis. Iam antea cecinerat ut Stoicus Horatius Od. III, 29. 45—48.: non tamen irritum Quodcunque retro est, efficiet (deus), neque Diffringet, infectumque reddet Quod fugiens semel hora vexit; ubi conf. Böttiger p. 135 sq. *Inviti — patefcunt.* Omnia tempora praeterita eorum vel manifesto prava sunt, vel quae non male exacta videbantur, quia vitiositas eo-

rum voluptatis quadam specie menti clam subducta est, ea animo istuc revocato ut prava patefcunt.

3. *Atqui haec*] memoria temporis antea acti, in quam nemini ius competit, quae violari nequit et semel constituta et fixa est.

4. *Haec nec — potest*] Cf. de vit. beat. 6, 1. de benef. 3, 4, 1. Est Epicuri quoque, quem noster magni facit, sententia e Socraticorum rivulis in hortos suos derivata.

ac respicere non possunt. Abiit igitur vita eorum in 5 profundum, et ut nihil prodest, quantumlibet ingeras, si non subest quod excipiat, ac fervet: sic nihil refert, quantum temporis detur, si non est ubi subsidat. per ^b quassos foratosque animos transmittitur. Praefens tempus brevissimum est, adeo quidem, ut 6 quibusdam nullum videatur: in cursu enim semper est, fluit et praecipitatur: ante definit esse, quam venit: nec magis moram patitur, quam mundus, aut fidera, quorum irrequieta semper agitatio, nunquam in eodem vestigio manet. Solum igitur ad occupatos praefens pertinet tempus: quod tam breve est, ut arripi non possit, et id ipsum illis, districtis in multa, subducitur.

XI. Denique vis scire, quam non diu vivant? vide quam cupiant diu vivere. Decrepiti fenes paucorum annorum accessionem votis mendicant. minores natu se ipsos esse fingunt, mendacio sibi blandiuntur, et tam libenter fallunt, quam si fata unâ decipiant. Iam vero

b. *quassos*: i. male affectos. Lipsio et ante eum Grutero placuit *casso*: nulla tamen ratione iudicii allata. Gronovius bene repulit, usu vocis exemplis nunc fati obviis declarato.

5. *Abiit — transmittitur*] Ad Danaidum dolium (Ovid. Heroid. XIV.) alludi manifestum est. Saepe veteres hoc mytho usi sunt ad alias res translato in comparationibus. Exemplo est Lucian. T. IV. p. 81. ed. Bipont. Hermotim. ubi philosophia illi Danaidum dolio opponitur: cf. T. I. p. 89. ib. not. Euripid. ap. Stob. Floril. p. 33. Gesn. (p. 113. Schow.).

6. *Praefens — videatur*] In his erat Parmenides (Tiedemann's *Geist der specular. Philos.* I, 177. e Simplicii comment. in Aristotel. Physic. I.). Plutarchum laudat Lipsius, sine libelli de ditione El apud Delphos. *in cursu — venit*: secundum Heracliti decretum: πάντα ῥεῖ, omnia sunt in cursu. Tiedemann I, 217. Reliqua esse stoica, iam supra monuimus.

Cap. XI. Ipsi fenes ex his otiosis turpiter queruntur moribundi, se parum vixisse.

vero quum illos aliqua imbecillitas mortalitatis admonuit, quemadmodum paventes moriuntur, non tanquam exeant de vita, sed tanquam extrahantur? stultos se fuisse, quod non vixerint, clamitant, et, si modo evaserint ex illa valetudine, in otio victuros.

- 2 Tunc, quam frustra paraverint, quibus non fruerentur, quam incassum omnis labor ceciderit, cogitant. At quibus vita procul ab omni negotio agitur, quid ni spatiosa fit? nihil ex illa delegatur, nihil alio atque alio spargitur, nihil inde fortunae traditur, nihil negligentiam interit, nihil largitione detrahitur, nihil supervacuum est: tota (ut ita dicam) in reditu est. Quantulacunque itaque abunde sufficit: et ideo quandocunque ultimus dies venerit, non cunctabitur vir
- 3 sapiens ire ad mortem certo gradu. Quaeris forte, quos occupatos vocem? non est quod me solos putes dicere, quos a basilica immissi demum canes eiiciunt; quos

1. *Decrepiti — decipiant*] Antiquissima observatio est, Aristoteli quoque adhibita Rhetor. II, 13. p. 232. T. IV. Bipont. Καὶ Φιλόζωοι (οἱ πρεσβύτεροι) καὶ μάλις α ἐπὶ τῇ τελευταίᾳ ἡμέρᾳ, διὰ τὸ τῆ ἀπόντος εἶναι τὴν ἐπιθυμίαν καὶ οὐ ἐνδεεῖς, τῶντε μάλις α ἐπιθυμῶσι. Horat. Art. poet. 72. ibid. Bentley.

2. *At quibus — agitur*] ut Alphenus fenerator ap. Horat. Epod. II. ab omnibus negotiis, quibus homo urbanus expositus esse solet, officiis, salutationibus (Voss ad Virgil. Georg. p. 144.) etc. *Spatiosa fit*, multa amplectatur. *delegatur*, assignatur:

delegare est in re nummaria vox propria, et debitores creditori delegantur: Senec. Benef. IV, 11, 2. VII, 19, 2. *in reditu est*, ut pecunia, quae certa fide in fenore est.

3. *non est — eiiciunt*] De iis, qui ita astuosi et in causis dediti essent, ut ultimi e basilica (vid. ad III, de Ira, 33, 1.) egrederentur, et vix quum claudendae basilicae essent, canesque earum custodes, iam soluti immitterentur, explicat Lipsius. Sed quum aedificia haec non nisi porticibus constarent (cf. Ernesti Excurs. ad Sueton. Aug. 31.), de hac explicacione dubius sum. Quomodo enim et cur clausas et a canibus

quos aut in suâ vides turbâ speciosius elidi, aut in alienâ contemptius; quos officia domibus suis evocant, ut alienis foribus illidant; quos hasta praetoris infami lucro, et quandoque suppurato, exercet. Quorundam otium occupatum est: in villa, aut in lecto suo, in media solitudine, quamvis ab omnibus recesserunt, sibi ipsi molesti sunt. quorundam non otiosa vita est dicenda, sed desidiosa occupatio.

XII. Illum tu otiosum vocas, qui Corinthia paucorum furore pretiosa, anxîâ subtilitate concinnat, et maiorem dierum partem in aeruginosis lamellis consumit? qui in ceromate (nam, pro facinus, ne Romanis quidem vitiis laboramus!) spectator puerorum rixantium sedet? qui a victorum suorum greges in aetatum et colorum paria diducit? qui athletas no-

Kk 2

tiffi-

Cap. XII. a. *victorum suorum greges*. Lectio scriptorum est. Intellego de servis, quos ille ad spectacula aluit et exercuit, imprimis ut aurigae s. agitatores essent: quorum factiones notae sunt. Hi greges proprie appellabantur coloribus distincti, factio alba s. albata, ruffata, veneta, prasina. Lipsius *victorum* scribendum putavit, i. *μεμαρασμένων*, exoletorum, iocose et contemptim. Antea: *vinctorum*. Mox

nibus custoditas fuisse basilicas putemus? *sua* — *turba*, quum ipsi magnifice domum deducuntur; *aliena*, alios deducendo, comitando. *quos hasta* — *exercet*, qui auctio-nibus, quae sub hasta fiebant, bonorum proscrip-torum ad-erant, et lucrum infame idemque suppurato- rum i. in exitium eorum, rerum mu- tatione facta, evaturum, ca- ptabant.

Cap. XII. Et qui plerumque otiosi et delicati vocantur, vel maxime inter occupatos numerandi sunt.

1. *Corinthia*] sc. vasa, quae modo in esculenta, modo in lucernas aut trulleos, nullo munditiarum respectu, trans-ferri solebant. Cf. de tranq. anim. IX. fin. ib. not. Idem furor et Plinii tempore (Nat. Hist. XXXIV, 3. Bip.) animos elegantiorum invaserat. *concinnat*, apte collocat, ordi- nat. *aeruginosis lamellis*: his ipsis Corinthiis: lamella enim ut lamina, lamna de supel- lectile argentea aut aurea dicebatur: sed h. l. cum con- temtu. *ceroma*, *κῆρωμα* un- guentum ex oleo et cera, quo

- tiffimos pascit? Quid? illos otiosos vocas, quibus apud tonforem multae horae transmittuntur, dum decerpitur, si quid proximâ nocte succrevit, dum de singulis capillis in consilium itur, dum aut disiecta coma restituitur; aut deficiens hinc atque illinc in
 2 frontem compellitur? Quomodo irascuntur, si tonsor paulo negligentior fuit? tanquam virum tonderet! Quomodo excandescunt, si quid ex iuba sua decisum est, si quid extra ordinem iacuit, nisi omnia in annulos suos reciderunt? Quis est istorum, qui non malit rempublicam suam turbari, quam comam? qui non sollicitior sit de capris sui decore, quam de salute? qui non comitior esse malit, quam honestior? Hos tu otiosos vocas. inter pectinem speculumque occupatos?
 3 Quid illi, qui in componendis, audiendis, dicendis canticis operati sunt: dum vocem, cuius rectum cursum natura et optimum et simplicissimum fecit, inflexu modulationis inertissimae torquent? Quorum digiti ali-quod inter se carmen metientes semper sonant: quorum

notissimos ex Lipsii conii. praefero. Antea: *novissimos*, nullo sensu. Manifesto de homine divite sermo est, qui omne tempus et studium in servis ad spectacula alendis et iis optimae notae habendis collocaret, ut omnium oculos in se converteret.

quo ephebi certaturi se lineabant apud Graecos, a quibus res defluxit ad Romanos, quibus ceroma de loco etiam gymnasii, ubi ad certamen unguendo se praebarabant, dicebatur. Plin. Nat. Hist. XXXV, 2. init. *Quid? illos otiosos.* In tota re similia vide apud Musonium in Stobaei Florileg. 6. (p. 180. Schow.) *περὶ novῶν. decerpitur*, voltellis. Tenendum est, in tonstrina et tonsam barbam et curatam esse co-

mam: quod utrumque hodieque in Gallia etc. munus unius eiusdemque hominis est.

2. *tanquam virum tonderet!* i. negligentius. *iuba.* ironice, propter annulos pendentes et cincinnos, in modum iubae: ut ipse noster Epist. ultim.

3. *Quid illi — torquent]* de carminibus publice recitandis et decantandis hic sermonem esse, constat. *dicere*, i. recitare, declamare. Iuvenal. Sat. III, 9.

rum quum ad res serias, saepe et tristes, adhibiti sunt, exauditur tacita modulatio? non habent isti otium, sed iners negotium. Convivia mehercule horum non posuerim inter vacantia tempora, quum videam, quam solliciti argentum ordinent, quam diligenter exoletorum suorum tunicas succingant, quam suspensi sint, quomodo aper a coquo exeat: quantâ celeritate, signo dato, glabri ad ministeria discurrant: quantâ arte scindantur aves in frustra non enormia: quam curiose infelices pueruli ebriorum sputa detergeant. Ex his elegantiae lautitiaeque fama captatur, et usque eo in omnes vitae successus mala sua illos sequuntur, ut nec bibant sine ambitione, nec edant. Nec illos quidem inter otiosos numeraveris, qui fellâ se et lecticâ huc et illuc ferunt, et ad gestationum suarum, quasi deferere illas non liceat, horas occurrunt: quos, quando lavari debeant, quando natate, quando coenare, alius admonet: et usque eo nimio delicati animi languore solvuntur, ut per se scire non possint, an esuriant. Audio quendam ex delicatis (si modo deliciae vocandae sunt, vitam et consuetudinem humanam dediscere!) quum ex balneo inter manus elatus, et in sella positus esset, dixisse interro-

Kk 3

gan-

4, quum videam — ordinent] vasa piscaria, patinas, pocula etc. exoleti, glabri, eunuchi. non enormia, regularia. cf. de vit. beat. 17, 2. Ep. 47. in omnes vitae successus, i. in omni vitae cursu, procurso, ut ap. Virg. Aen. XII, 616.

5. sella] gestatoria. Sueton. Aug. 53. Erat apta ad sedendum, eoque discreta a lectica, quae ad iacendum in usu erat. Cf. Lipsii Elect.

1, 19. gestationum, motuum, qui per fellam etc. fiunt.

6. Simile est illa Sybaritarum mollities. II, de Ira, 25. Non est, ut fufius doceamus, hanc reprehensionem non cadere in Niciam (ap. Stobaeum Floril. Serm. 29.), Archimedes, Neutronum aliosque vere magnos viros, qui tantopere labori dediti fuerint, ut corporis sui prope obliviscerentur.

gando: „Jam fideo?“ Hunc tu ignorantem an fideat, putas fcire an vivat, an videat, an otiofus fit? non facile dixerim, utrum magis miferear, fi hoc igno-
 7 ravit, an fi fe ignorare finxit. Multarum quidem re-
 rum oblivionem fentiunt, fed multarum et imitantur: quaedam vitia illos quafi felicitatis argumenta, dele-
 ctant. Nimis humilis et contemti hominis effe vide-
 tur, fcire, quid faciat. I nunc, et mimos multa
 mentiri ad exprobrandam luxuriam puta. Plura me-
 hercule praetereunt quam fingunt, et tanta incredibili-
 um vitiorum copia, ingeniofo in hoc unum feculo,
 proceffit, ut iam mimorum arguere poffimus negli-
 gentiam. Effe aliquem, qui usque eo deliciis interi-
 erit, ut an fideat, alteri credat?

XIII. Non eft ergo otiofus hic: aliud nomen im-
 ponas. aeger eft; immo mortuus eft. Ille otiofus eft,
 cui otii fui fensus eft: hic vero femivivus, cui ad in-
 telligendos corporis fui habitus indice opus eft. quo-
 modo poteft hic alicuius temporis dominus effe? Per-
 fequi fingulos longum eft, quorum aut latrunculi, aut
 pila,

7. *mimos*] cf. ad de Ira II, 4. *Ingeniofo* — *feculo*. Saepe ab hac parte feculum fuum traducit, idque recte. Cf. Nat. Quaest. VII, 31. 32.

Cap. XIII. Delicatorum vita non magis otiofa eft, quam eorum, qui in literarum in-
 utilium ftudiis detinentur.

1. *latrunculi*] Cf. de Tranq. anim. XIV, 4. Non fatis conftat de natura ludi latrun-
 culorum. Egrege tamen de eo difputavit Wielandus (Opp. T. XXIV, p. 130 fqq.) no-
 ftro loco non praetermiffio. Romanis fuiffe proprium lu-

dum hunc, inde difcimus, qui eo nomen duxerit, quod belli imaginem daret: etenim la-
 tro, latrunculus idem valuit antiquiffimis temporibus, quod miles. Calculis autem albis XII. contra totidem nigros lufor utebatur, ut eos vel demeret vel defigeret (alligaret). Confilium huius ludi conveniebat ludo fchachico, qui Indiae originem fuam debet, fed ratione et indole prorfus diftabant. *aut exco-
 quendi* — *cura*, i. in folando fe, f. apicando, et unguendo. de Tranq. anim. 3, 1. Per-

pila, aut excoquendi in sole corporis cura, consum-
 fere vitam. Non sunt otiosi, quorum voluptates mul-
 tum negotii habent. Nam de illis nemo dubitavit,
 quin operose nihil agant, qui in literarum inutilium
 studiis detinentur: quae iam apud Romanos quoque
 magna manus est. Graecorum iste morbus fuit, quae-
 rere, quem numerum remigum Vlyffes habuisset:
 prior scripta esset Ilias, an Odyffea: praeterea, an
 eiusdem esset auctoris. Alia deinceps huius notae:
 quae siue contineas, nihil tacitam conscientiam iuvant:
 siue proferas, non doctior videberis, sed molestior.
 Ecce Romanos quoque invasit inane studium superva-
 cua discendi! His diebus audivi quendam sapientem
 referentem, quae primus quisque ex Romanis duci-
 bus fecisset. Primus navali proelio Duillius vicit, pri-
 mus Curius Dentatus in triumpho duxit elephantos.
 Etiam nunc ista, etsi ad veram gloriam non tendunt,
 circa civilium tamen operum exempla versantur. Non

Kk 4

est

Perfii Sat. IV, 18. et 33. ib. Intpp. De otio in mollitie
 peracto, ideoque de ludis
 commodioribus, cui Romani
 in Campo Martio operam da-
 bant (graecari Horat. Serm.
 II, 4, 10. A. P. 380.), sermo est.

2. *Graecorum — auctoris*] Occurrebant hae quaestiones
 in commentariis grammatico-
 rum, inprimis Alexandrino-
 rum, nec desierant institui
 Senecae tempore. Iam Bion
 (ad Tranq. Anim. 8, 2.)
 grammaticos in haec tanquam
 inutilia inquirentes carpsit.
 Stob. Serm. 4. p. 118. De
 priore quaestione parum aut
 nihil nobis servatum est, se-

cundae fit mentio ab Eusta-
 thio, quem Lipsius laudat;
 tertiam, an utrumque poema
 eiusdem Homeri esset, a nul-
 lo veterum, quos legimus,
 praeter Senecam memoratam,
 F. A. Wolfius summa do-
 ctrina, elegancia et subtilitate
 excussam recte negavit. Cf.
 Ei. Prolegomena ad Home-
 rum (Halis Sax. 1795.)
 et Praefat. ad Homeri Iliad.
 ab eodem Viro *κρίτικωτάτω*
 recensitam (Halis Sax. 1794.).

3. *Ecce Romanos — dis-
 cendi*] De Tiberio etiam me-
 moriae prodidit Sueton. 70.
Duillius. Liv. Epit. 17. Cic.
 Orat. 45. *Curius Dentatus*.
 Plin. Nat. Hist. VIII; 6.

est profutura talis scientia: est tamen quae nos speciosa rerum vanitate detineat. Hoc quoque quaerentibus remittamus, quis Romanis primus persuasit navem conscendere? Claudius is fuit: Caudex ob hoc ipsum appellatus, quia plurium tabularum contextus, caudex apud antiquos vocabatur: unde publicae tabulae, codices dicuntur: et naves nunc quoque, quae ex antiqua consuetudine per Tiberim commeatus sub-
 5 vehunt, caudicariae vocantur. Sane et hoc ad rem pertineat, quod Valerius Corvinus primus Messanam vicit, et primus ex familia Valeriorum, urbis captae in se translato nomine Messana appellatus est, paulatimque vulgo permutante literas, Messala dictus. Num et hoc quemquam curare permittas, quod primus L. Sulla in circo leones solutos dedit, quum alioquin alligati darentur, ad conficiendos eos missis a rege
 6 Boccho iaculatoribus? et hoc sane remittatur. Num et Pompeium primum in circo elephantorum duodeviginti pugnam edidisse, commissis more proelii noxiis hominibus, ad ullam rem bonam pertinet? Princeps civitatis, et inter antiquos principes, ut fama tradidit, bonitatis eximiae, memorabile putavit spectaculi genus, novo more perdere homines. Depugnant? parum est. lancinantur? parum est: ingenti mole animalium ^a exterantur. Satius erat ista in oblivionem ire, ne quis postea potens disceret, invidetque rei minime humanae.

XIV.

Cap. XIII. a. *exterantur*. Gronov. dedit e MSS. Antea: *obterantur* s. *exenterantur*.

4. *Caudex*] Cf. Sueton. latus est, a. V. C. 590. Tib. 2. Varro de vit. Rom. Repetit quoque Macrobius II. ap. Nonium. Factum hoc Saturnal. I, VI. p. 224. Bip. est a. V. C. 489. T. I. L. Sulla. Plin. N.

5. *Valerius Corvinus*] Fa- H. VIII. 20. Bip. idem nar- sti Capitolini: M. Valerius, rare videtur.

M. F. M. N. Maximus, qui 6. *Num et Pompeium*] Plin. in hoc honore Messala appel- Nat. Hist. VIII, 7. confirmat.

XIV. O quantum caliginis mentibus humanis obicit magna felicitas! Ille se supra rerum naturam esse tunc credidit, quum tot miserorum hominum catervas sub alio coelo natis belluis obiiceret; quum bellum inter tam disparia animalia committeret; quum in conspectu populi Romani multum sanguinis funderet, mox plus ipsum fundere coacturus. At idem postea Alexandrinâ perfidiâ deceptus, ultimo mancipio transfodiendum se praebeuit, tum demum intellectâ inani iactatione cognominis sui. Sed ut illô revertar, unde decessi, et in alia materia ostendam supervacuum quorundam diligentiam: idem narrabat, Metellum, victis in Sicilia Poenis, triumphantem, unum omnium Romanorum ante curram centum et viginti captivos elephantos duxisse: Sullam ultimum Romanorum protu-

K k 5

lisse

Cap. XIV. Pergit in traducendis Grammaticorum ineptiis. Tum eos omnium otiosos esse docet, qui sapientiae vacent.

1. *plus ipsum — coacturus*] vides ex argutiarum captatione hoc enuntiatum ortum esse. *ultimo mancipio*, Achilla ad Alexandriam: cf. ad II, de Ira 2, 4. *tum demum cognominis sui*, i. Magni, quod Sulla ei dederat. Plut. Pompei. p. 731. T. III. Reisk. Haud equidem scio, an haec iactatio ab ullo veterum sit memorata. Nec in Pompeium cadere videtur, si, quae de eo narrata sint, adverteris, e. c. Plutarch. l. l. Esse tamen potuit, ut Seneca ad iambica Sophoclis, quae ad uxorem et filium

conversus Pompeius, tanquam nunc servus factus, pronuntiasse narratur Plutarch. p. 866. respiceret.

2 *idem*] sapiens quidam. vid. cap. praeced. §. 3. *Metellum*. Fuit L. Metellus Consul. Liv. Epit. 19. Flor. II. 2. ib. Intpp. Res gesta est bello Punico primo. In numero elephantorum variant auctores. *Sullam*. Terminos urbis propagare ei dabatur ex antiquo more, qui Italicum agrum Reipublicae addidisset. Qui mos illis temporibus ortus esse videtur, in quibus non nisi cum Italis res esset Romanis, quumque hi adhuc populo victo civitateque donato (Cic. de Off. I, XI, 4. Heusing.) secum in urbe habitandi locum facerent. De agro

liffe pomoerium, quod nunquam provinciali, sed Italico agro acquisito mos proferre apud antiquos fuit.

3 Hoc scire magis prodest, quam Aventinum montem extra pomoerium esse, ut ille affirmabat, propter alteram ex duabus causis: aut quod plebs eo secessisset, aut quod Remo auspicante illo loco aves non addixissent! Alia deinceps innumerabilia, quae aut ficta sunt, aut mendacii similia. Nam ut concedas omnia eos fide bonâ dicere, ut ad praestationem scribant: tamen cuius ista errores minuent? cuius cupiditates prement? quem fortio rem, quem iustio rem, quem liberalio rem

4 facient? Dubitare se interim Fabianus noster aiebat, an fatius esset nullis studiis admoveri, quam his implicari. Soli omnium otiosi sunt, qui sapientiae vacant: soli vivunt. nec enim suam tantum aetatem bene tuentur: omne aevum suo adiiciunt. Quidquid annorum ante illos actum est, illis acquisitum est. Nisi ingrati ssimi simus, illi clarissimi sacrarum opinionum conditores, nobis nati sunt, nobis a vitam praeparave-

Cap. XIV. a. vitam. Lipsius mavult: *viam*. Non invenio, cur ei vulgata displicuerit. Quum sapientes soli vivunt,

agro itaque provinciali acquirendo non cogitabant isto tempore. Sed postea ad provincialem agrum extendebatur quoque iste mos. Sulla tamen ultimus non fuit, qui Romanorum pomoerium proferret: et Iul. Caesar de hac re cogitavit, et Augustus eam effecit. Postea quoque Claudius simile quid instituit. Cf. Tacit. Annal. XII, 23. 24. Liv. I, 44. et ad utrumque locum Intpp.

3. aut quod plebs — secesser] Liv. II, 32. Aul. Gell.

13, 14. Remo. Incerta erat traditio, utrum de loco condendae urbis, an de conditore, et a quo urbs sit appellanda, litigaverint Romulus et Remus: ille auspicabatur in monte Palatino, hic in Aventino. Cf. Liv. I, 5. Plutarch. Rom. 9 sq. ib. Intp. Nam ut — etsi periculo suo hoc scribant.

4. Fabianus] Consol. ad Marc. 23, 3. Hic philosophus saniora itaque sequutus est, quam Ruffavius, quem omnibus literis, si per ipsum stetit-

verunt. Ad res pulcherrimas, ex tenebris ad lucem 5
erutas, alieno labore deducimur: nullo nobis seculo
interdictum est: in omnia admittimur: et si magni-
tudine animi egredi humanae imbecillitatis angustias
libet, multum per quod spatium temporis est. Dis-
putare cum Socrate licet, dubitare cum Carneade,
cum Epicuro quiescere, hominis naturam cum Stoicis
vincere, cum Cynicis excedere, cum rerum natura in
confortium omnis aevi pariter incedere. Quidni ab 6
hoc exiguo et caduco temporis transitu, in illa nos
toto demus animo, quae immensa, quae externa sunt,
quae cum melioribus communia? Isti qui per officia
discursant, qui se aliosque inquietant, quum bene in-
fanierint, quum omnium limina quotidie perambula-
verint, nec ullas apertas fores praeterierint, quum
per diversas domos meritoriam salutationem circum-
tulerint: quotum quemque ex tam immensa, et variis
cupiditatibus districta, urbe poterunt videre? quam
multi erunt, quorum illos aut somnus, aut luxuria,
aut inhumanitas submoveat? quam multi, qui illos, 7
quum diu torserint, simulatâ festinatione transcurrant?
quam multi per refertum clientibus atrium prodire
vitabunt, et per obscuros aedium aditus profugient?
quasi non inhumanius sit decipere, quam excludere!
quam

praeceptis suis tradendis efficiunt, ut et ipsi vitam bene
agere possimus.

stetisset, exitium parasse con-
stat.

5. *Disputare — incedere*]
Facile intelligas, cum acu-
mine haec posita esse, quum
alius dixisset: tibi licet Socra-
tem, qui disputando docebat,
sequi, sive Carneadem (Aca-
demiâ novam, cuius du-
bitatio, τὸ ἐπέχειν propria
erat, Tiedemann II, p. 572

sq. Fabric. Bibl. Gr. III,
p. 166.) etc.

6. *meritoriam salutationem*]
accepere enim clientes,
iique pauperiores, munera,
quae nomen sportulae s. escu-
lentorum plenae s. pecuniae
summam continentis, ha-
bebant. Iuvenal. Sat. I, 95.
III, 249. Martial. I, 60, 11.

quam multi heffernâ crapulâ femifomnes et graves, illis miseris fomnum suum rumpentibus, ut alienum expectent, vix allevatis labiis infufurratum millies
 8 nomen, oscitatione superbissimâ reddent? Hos in veris officiis morari licet dicamus, qui Zenonem, qui Pythagoram quotidie, et Democritum, ceterosque antistites bonarum artium, qui Aristotelem et Theophrastum volent habere quam familiarissimos! nemo horum non vacabit, nemo non venientem ad se beatioram amantioremque sui dimittet, nemo quemquam va-
 9 cuis a se manibus abire patietur. Nocte conveniri et interdium ab omnibus mortalibus possunt. Horum te mori nemo coget, omnes docebunt: horum nemo annos tuos conteret, suos tibi contribuet: nullius ex his sermo periculofus erit, nullius amicitia capitalis, nullius sumtuosa observatio.

XV. Feres ex his quidquid voles: per illos non stabit, quo minus, quantum plurimum ceperis, haurias. Quae illum felicitas, quam pulcra senectus manet, qui se in horum clientelam contulit? habebit cum

7. *illis miseris* — *expectent*] matutine enim salutaris surgendum erat, qui rupto suo fomno expectarent, donec patrono suum fomnum interrumpere liberet. *infufurratum*, a seruo nomenclatore.

8. *horum*] philosophorum, si quis eorum libros attente legere velit. *Pythagoram* — eius scripta, si quae fuerint, non seruata esse, omni dubio exemptum est (Fabric. B. G. I, p. 779 sq.); respicit itaque noster ad doctrinam Pythagorae, quae a multis, et

iis praeclaris, viris tractata erat, e. c. Archyta etc.

9. *Horum te mori* — *observatio*] Spectare haec ad pericula, quibus expositi erant, qui potentiores colerent, patet. *Mori*, e. c. cogebat Canum Iulium Caligula (de Tranq. Anim. XIV.), Senecam ipsum Nero. *conteret*, perdet, dum patronis tuis adsis, iis officia praestes etc. *nullius ex* — *capitalis*, ut in Seiano. *sumtuosa o.*, munera patronis et seruis eorum dando. Confirmat Iuvenal. Sat. III, 184. 188. 189.

Cap. XV. Laudes sapientiae.

cum quibus de minimis maximisque rebus deliberet, quos de se quotidie consulat, a quibus audiat verum sine contumelia, laudetur sine adulatione, ad quorum se similitudinem effingat. Solemus dicere, non fuisse in nostra potestate, quos fortiremur parentes: forte nobis datos. nobis vero ad nostrum arbitrium nasci licet. Nobilissimorum ingeniorum familiae sunt. elige ² in quam adscisci velis: non in nomen tantum adoptaberis, sed in ipsa bona. quae non erunt sordide nec maligne custodienda: maiora fient, quo illa pluribus diviseris. Hi tibi dabunt ad aeternitatem iter, et te in illum locum, ex quo nemo eiiciet, sublevabunt: haec una ratio est extendendae mortalitatis, immo in immortalitatem vertendae. Honores, monumenta, quidquid aut decretis ambitio iussit, aut operibus exfruxit, cito subruitur: nihil non longa demolitur vetustas, ^a et movet ocius, quod consecravit. Sapientiae noceri non potest. nulla delebit aetas, nulla diminuet. sequens ac deinde semper ulterior aliquid ad venerationem conferet. quoniam quidem in vicino verifatur invidia: simplicius longe posita miramur. Sa-
pien-

Cap. XV. a. et movet ocius, quod consecravit. S. Vulgata bene habet. Sed quoniam duo Palat. MSS. offerunt: unus, et movet ocium, alter, et monet ocium, Lipsius legendum putat: At manet otium, quod consecravit sapientia: ei noceri non potest. Sive etiam: et movet. At iis, quos consecravit sapientia, noceri non potest. Ingeniose! Mox: nulla delebit aetas, nulla diminuet. Sequens ac d. Gronovii iudicium sequor, qui codd. Grut. et Pinciano, *ro praesens* post:

1. Solemus dicere — licet] Similia sunt in Consol. ad Marc. 18, 6. Lipsius laudat Arriani Disputat. 1, 12. nasci, quatenus culturae patientem commodamus aurem, et ad similitudinem philosophorum nos effingimus.

2. familiae] sectae, Cic. de Orat. III, 16. maligne, invidiose et parce. vetustas, tempus.

3. quoniam quidem in vicino — miramur] Laudat Lipsius locum notum Velleii Paterculi II, 92. Praesentia invi-

pientis ergo multum patet vita: non idem illum, qui ceteros, terminus includit. solus generis humani legibus solvitur: omnia illi secula, ut Deo, serviunt.

4 Transivit tempus aliquod? hoc recordatione comprehendit. instat? hoc utitur. venturum est? hoc praecipit. Longam illi vitam facit omnium temporum in unum collatio. illorum brevissima ac sollicitissima aetas est, qui praeteritorum obliviscuntur, praesentia negligunt, de futuro timeant: quum ad extrema venerint, fero intelligunt miseri, tamdiu se, dum nihil agunt, occupatos fuisse.

XVI. Nec est, quod hoc argumento probari putes, „longam illos agere vitam, quia interdum mortem invocant.“ Vexat illos imprudentia incertis affectibus, et incurrentibus in ipsa quae metuunt: mortem saepe ideo optant, quia timeant. Illud quoque argumentum non est, quod putes, diu viventium, „quod saepe illis longus videtur dies: quod dum veniant ad conditum tempus coenae, tarde ire horas queruntur.“ nam si quando illos deserunt occupationes, in otio relictii aestuant, nec quomodo id dispo-

2 nant, aut extrahant, sciunt. Itaque ad occupationem aliquam tendunt, et quod interiacet, omne tempus grave

aetas non praebentibus obtemperandum censuit. Quum editores το sequens ad nulla diminuet retraxissent, facilis lapsus erat ad: praesens vel effingendum, vel intrudendum.

invidia, praeterita veneratione prosequimur: et his nos obrui, illis instrui credimus.

4. hoc praecipit] i. praesumit, anticipat.

Cap. XVI. Levitas et inconstantia vulgi et delicatorum carpitur.

I. Vexat — timeant] Et ignorantio rerum et affectus,

quibus agitantur, incerti. i. inordinati faciunt, ut mortem optent. Lipsius laudat Democritum (ap. Stob. Serm. 3. p. 121. Schow.) Ἀνοήμονες, τὸ ζῆν ὡς συγκόντες, ζῆν ἐθέλουσι δείματι ἄλδω· et, ἄνθρωποι. τὸν θάνατον Φεύγοντες, διώκουσιν. conditum, statutum. extrahant, terant, consumant.

grave est: tam mehercule, quam quum dies muneris gladiatorii edictus est, aut quum alicuius alterius vel spectaculi vel voluptatis expectatur constitutum, transilire medios dies volunt. Omnis illis speratae rei longa dilatio est. At illud tempus, quod amant, breve est, et praeceps, breviusque multo fit suo vitio: aliunde enim aliô transfugiunt, et consistere in una cupiditate non possunt. non sunt illis longi dies, sed invisi. At contra, quam exiguae noctes videntur, 3 quas in complexu scortorum, aut vino exigunt? Inde etiam poetarum furor, fabulis humanos errores alentium, quibus visus est Iupiter, voluptate concubitus delinitus, duplicasse noctem. Quid aliud est vitia nostra incendere, quam auctores illis inscribere deos, et dare morbo, exemplo divinitatis, excusatam licentiam? Possunt istis non brevissimae videri noctes, 4 quas tam care mercantur? diem noctis expectatione perdunt, noctem lucis metu. Ipsae voluptates eorum trepidae, et variis terroribus inquietae sunt, subitque quum maxime exultantes sollicita cogitatio: „Haec quam

2. *At illud tempus, quod amant*] i. tempus constitutum, ad quod tendunt. *suo vitio*, quo ipsi laborant, vitiositate.

3. *Inde*] ex hac vitiositate ortus est poetarum *furor*, enthusiasmus (*μανία*). Alludit ad Iovis concubitum cum Alcmena, matre Herculis, notissimum. Cf. Apollodor. II, 4, 8. ubi Heyne p. 324 sq. Nonnulli duas, alii tres, alii novem noctes in Hercule procreando a Iove esse consumptas tradidere. Hemsterhus. ad Luciani Somn. T. I. p. 200 sq. Bip. Ceterum haec

investio ad fabularum auctores iam a Xenophane et Platone instituta nostro digna est: qui et in eo a Stoicis desciscit, quod nulla interpretatione allegorica mythorum ineptias mitigaverit. Quae hic obiter perstringit, ea singulari libro de superstitione inscripto acerrime pertractavit. Cuius libri, proh dolor perdit, fragmenta ex Augustino de Civitate Dei VI, 10. collegit Lipsius Electorum II, 18.

4. „*Haec quam diu?*“ Idem occurrit de Tranq. Animi 2, 13. ubi vide.

quam diu? Ab hoc affectu reges suam flere potentiam, nec illos magnitudo fortunae suae delectavit, sed venturus aliquando finis exterruit. Quum per magna camporum spatia porrigeret exercitum, nec numerum eius, sed mensuram comprehenderet Persarum rex insolentissimus, lacrimas profudit, quod intra centum annos nemo ex tanta iuventute superfuturus esset. At illis erat admoturus fatum ipse, qui flebat, perditurusque alios in terra, alios in mari, alios in proelio, alios in fuga, et intra exiguum tempus consumpturus illos, quibus centesimum annum timebat!

XVII. Quid, quod gaudia quoque eorum trepida sunt? non enim solidis causis innituntur, sed eadem, quâ oriuntur, vanitate turbantur. Qualia autem putes tempora esse, etiam ipsorum confessione misera: quum haec quoque, quibus se attollunt, et supra hominem efferunt, parum sincera sint? Maxima quaeque bona sollicita sunt: nec ulli fortunae minus bene, quam optimae, creditur. Aliâ felicitate ad tuendam felicitatem opus est: et pro ipsis, quae successerunt votis, vota facienda sunt. Omne enim, quod fortuito evenit, instabile est: quo altius surrexerit, opportunius est in occasum. neminem porro casura delectant.

Cap. XVII. a. *quo altius surrexerit, opportunius est in occasum.*
e codd. Grut. et Bruxell. Gronov. laudat, ut expeditius:

5. *Quum — superfuturus esset*] Xerxes. Herod. VII, 45. 46. Ἐσῆλθε γὰρ με λογισάμενον κατοικτεῖραι, ὡς βραχὺς εἶη ὁ πᾶς ἀνθρώπινος βίος, εἰ τούτων γε ἐόντων τοσούτων οὐδεὶς ἐς ἑκατοσὸν ἔτος περιέσσει.

Cap. XVII. Et gaudia eorum trepida sunt; aliunde enim alio tendunt et transfugiunt.

1. *Maxima — creditur*]

Quae quum observassent homines antiquissimi, hanc fortunae manentis raritatem diis, felicitati hominum invidentibus, tribuerunt. Cf. Herodot. VII, 10 et 46. I, 32. Horat. Od. I, 24, 14. III, 29, 49 sq. Lipsius laudat Aeschyli Septem adv. Thebas 771 sq. Schütz.

stant. Miserrimam ergo necesse est, non tantum brevissimam, vitam eorum esse, qui magno parant labore, quod maiore possideant: operose assequuntur quae volunt, anxii tenent quae affecuti sunt. Nulla interim nunquam amplius redituri temporis est ratio. No-³vae occupationes veteribus substituuntur, spes spem excitat, ambitionem ambitio: miseriarum non finis quaeritur, sed materia mutatur. Nostri nos honores torserunt? plus temporis alieni auferunt. Candidati laborare desivimus? suffragatores incipimus. Accusandi deposuimus molestiam? iudicandi nanciscimur. Iudex desit esse? quaesitor est. Alienorum bonorum mercenariâ procuracione consenuit? suis opibus detinetur. Marius caliga dimisit? consulatus exercet. Quintus dictaturam properat^b pervadere? ab aratro⁴ revocabitur. Ibit in Poenos nondum tantae maturus rei Scipio, victor Hannibalis, victor Antiochi, sui
con-

h. e. magis patet, paratius est in occasum. Notionem vocabuli τὸν *opportunus* egregie illustratam dedit Gronov. avus, ad Liv. XXV, 30. nunc satis notam. Antea: *q. a. surrexit opportunum est in occasum*, e. c. ap. Erasmi. *vergit pronius in occ.* Pincian. etc.

b. *pervadere* ex Gronovii sententia recepi. Fecit hanc lectionem e quinque codd. Grut., ubi erat: *praevadere*. Antea: *evadere*.

3. *suffragatores*] ut candidatos in petendis honoribus gratia nostra iuvenimus. Ernesti Clav. Cic. suffragari. *quaesitor*, i. praetor, qui iudicio criminali, quaestioni, e. c. de repetundis, praest, ideoque iudices constituit. Hoc tempore XIV usque ad XVIII praetores fuisse, qui omnes anno exacto forte in provincias praetorias mitterentur, docet Lipsius Excurs. D. ad
Vol. I.

Tacit. Annal. I, 14. e Dione Cassio LX, 10. cf. Ernesti Clav. Cic. Praetor. Quaestio. *Marius* — *exercet*. Inferiores militiae gradus designat caliga, ut ap. Plin. N. H. VII, 44. Bip. De Mario hoc e Sallustio Iugurth. et Plutarcho (T. II. Reisk.) omnia nota sunt.

4. *Quintus*] Cincinnatus, in bello contra Sabinos. Liv. III, 26. *Ibit in Poenos* —
LI
am-

consulatus decus, fraterni sponfor: ni per ipsum mora fit, cum Iove reponetur? civiles servatorem agitantur seditiones, et post fastiditos a iuvene diis aequos honores, iam senem contumacis exfilii delectabit ambitio. Nunquam deerunt vel felices, vel miserae sollicitudinis causae: per occupationes intercludetur otium: nunquam agetur, semper optabitur.

XVIII. Excerpe itaque te vulgo, Paulline carissime, et in tranquillio rem portum, non pro aetatis spatio iactatus, tandem recede. Cogita quot fluctus subieris, quot tempestates partim privatas sustinueris, partim publicas in te converteris. Satis iam per laboriosa et inquieta documenta exhibita virtus est: experire, quid in otio faciat. Maior pars aetatis, certe melior, Reipublicae data fit: aliquid temporis tui sume etiam tibi. Nec te ad segnem aut inertem quietem voco: non ut somno, et caris turbae voluptatibus, quidquid est in te indolis vivae, demergas. Non est istud acquiescere. invenies maiora omnibus adhuc strenue tractatis operibus, quae repositus et securus agites. Tu quidem orbis terrarum rationes administras, tam abstinenter quam alienas, tam diligenter quam tuas, tam religiose quam publicas. in officio amo-

ambitio. P. Corn. Scipio Africanus minor, a P. Cornel. Scipione, Africani maioris filio adoptatus, filius L. Aemilii Pauli Macedonici, Hannibalem vicit ad Zamam, et Antiochum magnum, ut legatus L. Scipionis fratris, de cuius successu adeo sponpondit. Honores paene divinos populus ei decrevit (*cum Iove reponetur?*). Valer. Max. IV, 1. VIII, 15. *civiles — sedi-*

tionis, a tribunis pl. excitatione in eum ob male administratam pecuniam Asiaticam. *exfilii*, quod Linterni egit. cf. ep. 86. init. Valer. V, 3. Cf. doctum excurs. Wezelii ad Ciceronis Catonem.

Cap. XVIII. Paullinum adhortatur, ut otium capeffat periculosa officia fugiendo.

1. *Paulline.*] Cf. de eo Argumentum huius libri.

amorem conſequeris; in quo odium vitare difficile eſt: ſed tamen, mihi crede, ſatius eſt vitae ſuae rationes, quam frumenti publici noſſe. Iſtum animi vigorem, rerum maximarum capaciffimum, a miniſterio honorifico quidem, ſed parum ad beatam vitam apto, ad te revoca: et cogita, non id egiffe te ab aetate prima, omni cultu ſtudiorum liberalium, aut tibi multa millia frumenti bene committerentur: maius quiddam et altius de te promiſeras. Non deerunt et frugalitatis exactae homines, et laborioſae operae. Tanto aptiora exportandis oneribus tarda iumenta ſunt, quam nobiles equi: quorum generoſam pernicitatem quis unquam gravi ſarcinâ preſſit? Cogita praeterea, quantum ſollicitudinis ſit, ad tantam te molem obiicere. cum ventre humano tibi negotium 4

LI 2 est:

Cap. XVIII. a. *ut tibi multa millia* (ſc. modiorum) *frumenti bene committerentur.* Ex tribus codd. Grut. et Brux. reponit recte Gronovius. Bene autem dicitur alicui aliquid male aut bene credere, committere, docente Gronov. ad h. l. Lipſius in ſuo cod. invenerat: *vere*, unde maluit: *vivo* facere: ingenioſe: ſed de veritate cum Gronov. dubito.

2. *Tu quidem — noſſe]* ram frumenti tradidit quatuor viris, qui iam Praetores fuerant. Dio Caſſ. LIV, 17. LV, 31. Mox ſub Tiberio praefectura annonae inſtituta eſt, officio hoc in unum virum devoluto. Distribuendi frumenti, ſ. cibariorum, ratio per teſſeras, ſ. ligneas, ſ. aereas, ſ. plumbeas erat: quocumque menſe, et quidem nonis, ut videtur, horrea publica, in quibus frumentum condebatur, aperiebantur. Plura dabit Lipſius Electorum I, 8.

De frumentatione, i. de frumento plebi publice idque gratuito dando hic fermo eſt, cuius adminiſtrandi atque distribuendi curam geſſit cum aliis et Paullinus. Republicâ quidem liberâ frumentum modico aliquo pretio definito, quaefloribus curantibus, publice datum eſſe cuique, notum eſt; ſed inde a Iul. Caefare gratuita haec largitio initium cepit (Sueton. Iul. 41.), mox ab Auguſto et reliquis Caefaribus continuata. A. V. C. 736. Auguſtus primum cu-

est: nec rationem patitur, nec aequitate mitigatur, nec ullâ prece flectitur populus esuriens. ^b Modo intra paucos illos dies, quibus C. Caesar periit (si quis inferis sensus est, hoc gravissime ferens, quod decebat populo Romano superstitē), septem aut octo certe dierum cibaria superesse! dum ille pontes navibus iungit, et viribus imperii ludit, aderat ultimum 5 malorum obsessis quoque, alimentorum egestas. Exitio paene ac fame constitit, et, quae famem sequitur, rerum omnium ruinâ, furiosi, et externi, et infeliciter superbi regis imitatio. Quem tunc animum habuerunt illi, quibus erat mandata frumenti publici cura? ferrum, saxa, ignes, ^c gladium excepturi summâ dissimulatione tantum inter viscera latentis mali tegebant: cum ratione scilicet. Quaedam enim ignorantibus

b. *Modo intra paucos illos dies, quibus C. Caesar periit (si quis inf. s. e., hoc gr. f. q. decebat p. R. s.), i. aut — superesse!* Sic locum interpunctione adiuvandum putavi, uncinis additis. *Decedebat* Pincianus optime correxit: antea: *dicebat*. nullo sensu. De Caligula agi apparet. Post eius mortem ἀναρχία quaedam dierum paucorum erat, donec Claudius, avunculus eius, ex angulo quodam protractus, rerum potiretur. Dio Cass. LX, 1. Sueton. Claud. X.

c. *gladium*. Erasmo al. obsequutus reduxi. Antea: *Caium*, probante Lipsio, qui explicat: quasi Caii vultus et ira super omnia tormenta aut tela. Adiiicerem Lipsiano iudicio calculum, nisi de extincto iam Caio intelligenda haec essent.

4. *Modo — superesse — ferrum — tegebant*. Seditio-
 egestas] Dio Cass. LIX, 17. nem, in qua ferrum, saxa, similia tradit. Iunxit autem faces, quibus ii, quos noxios Caligula a. V. C. 792. pontem navibus a villa sua Baulis ad Puteolos. Excandefactam annonam quoque tangit Dio. *populo Romano superstitie*: nec hoc Dio Cass. LIX, 30. neglexit.

5. *furiosi — imitatio*] Xerxis, Hellepontum pontibus iungentis. Herodot. VII, 36. tarent.

tibus aegris curanda sunt. causa multis moriendi fuit, morbum suum nosse.

XIX. Recipe te ad haec tranquilliora, tutiora, maiora. Simile tu putas esse, utrum cures, ut incorruptum a fraude advehentium et negligentiam frumentum transfundatur in horrea, ne concepto humore vitietur, et concalescat, ut ad mensuram pondusque respondeat: an ad haec sacra et sublimia accedas, sciturus, quae materia fit diis, quae voluptas, quae conditio, quae forma? quis animum tuum casus expectet, ubi nos a corporibus dimissos natura componat? quid sit, quod huius mundi gravissima quaeque in medio sustineat, supra levia suspendat, in summum ignem ferat, fidera a curibus suis excitet? Cetera deinceps ingentibus plena miraculis. Vis tu, relicto solo, mente ad ista respicere? nunc, dum calet sanguis, vigentibus ad meliora eundum est. Expectat te in hoc genere vitae multum bonarum artium, amor vir-

Ll 3 tu-

Cap. XIX. a. *Curibus*. Plurium codd. et edd: e. c. Erasmi. lectio: cui acquiescere licet. Lipsius tamen e lectione haud paucorum codd. *civibus*, fecit *vicibus*.

Cap. XIX. Ad sapientiae studia ut se recipiat P., admonet. Miserrima eorum conditio, qui ad alienum nutum laborant.

1. *Horrea*] publica, per singulas regiones urbis ab antiquissimis inde temporibus fructa. Circiter 306. horrea e P. Victorii urbis descriptione fuisse Romae, putat Lipsius. Vides hic curatorum frumenti officia, ab iis, quae in nostris horreis publicis (Magazine), utique quum navibus advehitur frumentum, praestantur, parum distantia,

an ad haec — Stoicorum sunt quaestiones, deum, i. mundum totum definitivum, corpus intelligens et mentem in materia: cuius *voluptas* in gaudio sui ipsius et operis sui; *conditio* Iovis unius aeterna (ceteri combustione pereunt), *forma* rotunda. Ep. 113. De his Stoicorum scitis cf. Tiedemann II, 536 sq. *quis* — *componat?* conf. Confol. ad Marc. 19, 4. Ep. 64. fin. *in summum ignem*, i. aetherem.

2. *vigentibus*] nobis. *bonarum artium*, philosophiae.

tutum atque usus, cupiditatum oblivio, vivendi atque moriendi scientia, alta rerum quies. Omnium quidem occupatorum conditio misera est: eorum tamen miserima, qui ne suis quidem occupationibus laborant. ad alienum dormiunt somnum, ad alienum ambulant gradum, ad alienum comedunt appetitum; amare et
 3 odisse, res omnium liberrimas, iubentur. Hi si velint scire, quam brevis ipsorum vita sit, cogitent, ex quota parte sua sit. Quum videris itaque praetextam saepe iam sumtam, quum celebre in foro nomen, non invideris. Ista vitae damno parantur: ut unus ab illis numeretur annus, omnes annos suos conterent. Quosdam autem quum in summum ambitionis eniterentur, inter prima luctantes, aetas reliquit: quosdam quum in consummationem dignitatis per mille indignitates irrupissent, misera subiit cogitatio, ipsos laborasse in titulum sepulcri: quorundam ultima senectus, dum in novas spes, ut iuventa, disponitur, inter conatus magnos et improbos invalida defecit.

XX. Foedus ille, quem in iudicio pro ignotissimis litigatoribus grandem natu, et imperitae coronae assentationes captantem, spiritus liquit! turpis ille, qui vivendo lassius citius quam laborando, inter ipsa officia collapsus est! turpis, quem accipiendis immorientem rationibus diu tractus risit heres! Praeterire,

3. *Quum — sumtam*] magistratus honores plus simplici vice, quorum ornamentum et insigne praetexta (vestis) erat, acceptos. *celebre in foro nomen*, s. magistratus s. oratoris, caussidici. *ut unus — conterent*, propter consula-

tum ordinarium. Cf. ad III, de Ira 31, 2.

Cap. XX. Stultitiam eorum, qui ad otium ultro secedere non possunt, exemplo Turannii exhibet.

1. *turpis — heres!*] turpis est avarus ille, qui pecuniae coa-

terire, quod mihi occurrit exemplum, non possum. Turannius fuit exactae diligentiae senex: qui 2 post annum nonagesimum, quum vacationem procurationis a C. Caesare ultro accepisset, componi se in lecto, et velut exanimem a circumstante familiâ plangi iussit. Lugebat domus otium domini senis, nec finivit ante triftitiam, quam labor illi suus restitutus est. Adeone iuvat occupatum mori? Idem plerisque animus est: diutius cupiditas illis laboris, quam facultas est: cum imbecillitate corporis pugnant: senectutem ipsam nullo alio nomine gravem iudicant, quam quod illos seponit. Lex a quinqua- 3 gesimo anno militem non cogit, a sexagesimo fenatorem non citat. difficilius homines a se otium impetrant, quam a lege. Interim dum rapiuntur et rapiunt, dum alter alterius quietem rumpit, dum mutuo sunt miseri, vita est sine fructu, sine voluptate, sine ullo profectu animi: nemo in conspectu mortem habet, nemo non procul spes intendit.

L I 4

Qui-

coacervandae solummodo intentus est: rationes accipit, i. computat facultates suas, et fortis ufuras etc., ut fenerator Alphius ap. Horat. Epod. II. *tractus*, longa nimis avari vita.

2. *Turannius*] procuratione annonae, quam sub Tiberio (Tacit. Annal. I, 7. XI, 31.) habuit, sub Caligula quoque functus esse videtur. Procuratio autem annonae iam ap. Cic. occurrit. Lipsius tamen alium intelligit, quia ipse Paullinus iamdiu hoc munus habuerat. Cf.

Argumentum. *componi se*, ut moribundum. *familiâ* fervorum.

3. *Lex a — non cogit*] Docent hoc e Taciti Annal. I, 17. al. auctores rei militaris. *a sexagesimo — citat.* Apud Senecam patrem in Controversia ultima libri primi (p. 126. ed. Bip.) P. Asprenas, fenator, ait, post sexagesimum et quintum annum in curiam venire non cogitur, nec vetatur. Rotundo numero itaque noster usus est. Plin. Epp. IV, 23. In suffragiis ferendis quoque vetus

4 Quidam vero disponunt etiam illa quae ultra vitam sunt, moles magnas sepulcrorum, et operum publicorum dedicationes, et ad rogam munera, et ambitiosas exsequias. At mehercule istorum funera, tanquam minimum vixerint, ad faces et ad cereos ducenda sunt.

vetus proverbium valuit: sexagenarios de ponte deiici. Cf. Andr. Schottum ad Senec. patris locum laud. p. 585. T. III. ed. Gronovio — Elzevir. *in conspicuo*, loco, ante oculos positam.

4. *Quidam* etc.] Haec Horatius Odd. II, 13. iam perstrinxit. *operum publicorum*, e. c. theatrorum, tem-

plorum. *munera* gladiatoria et funebres ludos. *ad faces*. Cf. de Tranq. animi XI, 5. quasi ad infantum et immature mortuorum modum efferendi sint. Hoc autem noctu fiebat. Tacit. Annal. XIII, 17. fin. Pompa funebri aut laudatione publica funera acerba aut immatura non digna habita sunt. Epist. 122.



DE
VITA BEATA
AD GALLIONEM FRATREM
LIBER VNVS.

A R G V M E N T V M.

Seneca hunc libellum scripsit Seneca, et velut defensionem praescripsit contra calumniatores, qui Opes ei et vitam obiectabant (Cf. et Ep. 84. Convitia inimicorum in eum cognosces e Tacit. Annal. XIII, 43. XIV, 65. XV, 56 et 60 sq. Sueton. Ner. 34. etc.). Beatam vitam, monstrat, in virtute esse: sed hanc externa non spernere, si accedant. Sublime scriptum est, pulcherrimum in partibus, et quod monita sensusque aureos habet. Partes eius duae sunt: Quid sit beata vita? et Quomodo eo perveniatur. De priore, negat in Opinione aut More quaerendam: per trita si itur, longius ab ea abitur. Ratio sola audienda est; ea dicit: Beatam vitam esse convenientem naturae suae: id est, positam in Virtute. Non in Voluptate, cum Epicuro? minime. et diffuse hunc et assecras refellit. usque eo, ut nec iungi cum virtute voluptatem velit, et totum hoc nomen repudiet. Haec ad Cap. XVI. Inde pars altera sequitur. Ad perveniendum igitur sola virtus amplectenda est, cetera spernenda? Negat; admitti quidem externa posse, sed non ut finem. Immo iis, qui in via adhuc sunt, et proficientium numero, opus esse aliqua indulgentia Fortuna. Hic privatam suam causam calide iam et robuste agit, et obiicientem inducit: Cur tu de Virtute sic locutus alia etiam habes? cur servos? nummos, villas, suppellectilem? Varie respondet: ac primo Sapientem se non esse, sed conari esse. Deinde aliis summatis viris, Platoni, Zenoni, Aristoteli iam olim obiecta occurrunt. At quin omnes isti non quomodo viverent, sed vivendum esset, docebant. Ardua res, Virtus. Suspiciendi etiam, qui conantur ascendere, etsi decidunt interim, aut haerent. Tum de Opibus ex professo agitur: an habendae Sapienti? a Cap. XXI. Et asserit, haberi, etsi non amari: quaesitas tamen honeste, et benigne emittendas aut emissas. Insurgit deinde in istos

conviciatores, et mucronem styli, Socrate inducto, stringit: sed finis deficit.

Hoc fere argumentum huius libri est a Lipsio profectum: cuius viri dum in vivis esset, doctissimi et sagacissimi observantiae meae hoc tribuendum duxi, ut, sicubi hoc per lectores fieri posset, repeterem, quibus de Seneca meritus sit.

Res, quae hoc libro tractantur, iam inde ab eo tempore, quo Philosophia e coelo ad terram et vitam humanam devocata a Socrate, in urbibus collocata et in domos etiam introducta sit, omnium sapientum scholas occupaverunt. Plato quidem et Aristoteles multis locis de vita beata, s. de summo bono, quod vocant, egregie commentati sunt. Sequutus eos est Theophrastus, qui singularem de vita beata, περί εὐδαιμονίας α. librum scripsit, celeberrimum in antiquitate, nunc deperditum, cuius Cicero non semel mentionem fecit. Cf. Tuscc. Disputatt. V, 9. De Finib. B. et M. V, 5. ubi testatur, se in plevisque Theophrastum sequi, nisi quod virtuti plus quam ille, fortunae minus tribuit. Fabric. Bibl. Gr. Vol. III. p. 449. Harl. Digladiati posthac sunt acerrime de hac re Stoici cum Epicureis, ut et Cicero Tuscc. Disp. V. al. et noster docent. Cf. Catalogg. Stoicorum et Epicureorum ap. Fabric. T. III. Harl., ubi libri eorum nunc deperditi περί τῶν ἀρετῶν, περί ἡδονῆς laudantur. Romani quoque philosophi huic disputationi gravissimae operam suam addixerunt: in quibus Cicero l. l. et noster primo loco nominandi, et eo magis aestimandi sunt, quam ii, quos sequuti sunt, scriptores excellentissimi, in deperditis fere habentur.

I.

Vivere, Gallio frater, omnes beate volunt: sed ad pervidendum, quid sit, quod beatam vitam efficiat, caligant. Adeoque non est facile consequi beatam vitam, ut ab ea quisque eo longius recedat, quo ad illam concitatus fertur, si viâ lapsus est: quae ubi in contrarium ducit, ipsa velocitas maioris intervalli causa fit. Proponendum est itaque primum, quid sit,

ANIMADVERSIONES.

Cap. I. Vita beata ab omnibus quidem appetitur, sed quid sit, et quomodo ad eam perveniri possit, nescitur.

1. Adeoque — causa fit] Aberratio a recto tramite ad beatam vitam in eo distat a quacunque alia aberratione, quod

fit, quod appetamus: tunc circumspiciendum est, quâ contendere illo celerrime possimus: intellecturi in ipso itinere, si modo rectum erit, quantum quotidie a profligetur, quantoque propius ab eo simus, ad quod nos cupiditas naturalis impellit. Quamdiu quidem pas-
 2
 sim vagamur, non ducem secuti, sed fremitum et clamorem dissonum in diversa vocantium, conteritur vita inter errores, brevis, etiamsi dies noctesque bonae menti laboremus. Decernatur itaque et quo tendamus, et quâ: non sine perito aliquo, cui explorata sint ea, in quae procedimus: quoniam quidem non eadem hic, quae in ceteris peregrinationibus, conditio est. In illis comprehensus aliquis limes, et interrogati incolae, non patiuntur errare: at hic tritissima quaeque via, et celeberrima, maxime decipit. Nihil ergo magis praestandum est, quam ne, peco-
 3
 rum ritu, sequamur antecedentium gregem, pergentes non quâ eundum est, sed quâ itur. Atqui nulla res nos maioribus malis implicat, quam quod ad rumorem componimur: optima rati ea, quae magno assensu recepta sunt, quorumque exempla nobis multa sunt: nec ad rationem, sed ad similitudinem vivimus. Inde ista tanta coacervatio aliorum super alios ruentium.

VARIETAS LECTIONIS.

Cap. I. a. *profligetur*. Vulgatum idque bonum, libris tuentibus et sensu: i. efficiatur. Alii, e. c. Erasmi. *proficiamus* substituerunt, insolentia eius significati.

quod maximae nobis est noxae, quum ceterae omnes aberrationes tandem eo perducant, quo cursum direxeris, etsi non sine virium et temporis dispendio. Quod secus est in itinere ad beatam vitam. *profligetur*, perficiatur. Saepe ap. Cicer. occurrit hac vi. Cf. Ernesti

Clavis Cic. Intpp. ad Gellium XV, 5. ed. Conradi.

2. *etiamsi — laboremus*] i. studeamus, ut et de re et de via, quae illo ducit, bene simus informati, ideoque virtutem amemus. *limes*, via agrestis. *errare*: religione inprimis Mercurii ducti. Theocrit. XXV, 5. 6.

4 tium. Quod in frage hominum magna evenit, quum ipse se populus premit, nemo ita cadit, ut non alium in se attrahat: primi exitio sequentibus sunt: hoc in omni vita accidere videas licet: nemo sibi tantummodo errat, sed alieni erroris et causa et auctor est. Nocet enim applicari antecedentibus: et dum unusquisque mavult credere, quam iudicare, nunquam de vita iudicatur, semper creditur: versatque nos et praecipitat traditus per manus error, alienisque perimus
5 exemplis. Sanabimur, si modo separemur a coetu: nunc vero stat contra rationem, defensor mali sui, populus. Itaque id evenit, quod in comitiis, in quibus eos factos praetores iidem qui fecere mirantur, quum se mobilis favor circumegit. Eadem probamus, eadem reprehendimus. hic exitus est omnis iudicii, in quo secundum plures ^b datur.

II. Quum de beata vita agitur, non est quod mihi illud discessionum more respondeas: „Haec pars maior esse videtur.“ Ideo enim peior est. Non tam bene cum rebus humanis agitur, ut meliora pluribus placeant:

b. *datur*. Antiqua lectio. Erasmus primus intulit: *lis datur*. Recte Gronov. observat, hanc voculam (interdum) intelligi. *Dare* enim est unum ex istis tribus Praetoris verbis (do, dico, addico), quo copiam accusandi, actionem et iudices, ideoque litem dabat. Deinde de eo, qui sententiam fert. Cf. Sueton. Claud. 15. Tacit. Annal. IV, 43. Ita secundum Messenios datum. Gronov. laudat M. Senec. praef. 3. Controvers. Plin. Ep. VII, 6.

4. *Nocet — antecedentibus*] sc. temere. *versatque*, i. sollicitat turbatque.

5. *comitiis*] sc. centuriatis. *circumegit*, mutavit. Similem sententiam invenies ap. Cic. pro L. Muraena c. 17. qui locus nostro ob oculos versatus fuisse videri potest.

Cap. II. De vero bono et vita beata non cum vulgo sentias, sed cum optimis.

1. *discessionum more*] in senatu, si princeps vel auctor sententiae, quam senatui praestitisset, in locum separatum discederet, ut ii, qui ei assentirentur, cum eo se coniungerent, contrarium

ceant: argumentum pessimi, turba est. Quaeramus, quid optimum factum sit, non quid usitatissimum: et quid nos in possessione felicitatis aeternae constituat, non quid vulgo, veritatis pessimo interpreti, probatum sit. Vulgum autem tam ^a chlamydatos, quam coronatos voco. Non enim colorem vestium, quibus ² praetexta corpora sunt, adspicio: oculis de homine non credo. habeo melius certiusque lumen, quo a falsis vera diiudicem. Animi bonum animus inveniat. Hic, si unquam illi respirare et recedere in se vacaverit, o quam sibi ipse verum, tortus a se, fatebitur, ac dicet: „Quidquid feci adhuc, infectum esse mallem: quidquid dixi quum recogito, ^b mutis invideo: quidquid optavi, inimicorum execrationem puto: quid- ³ quid timui, dii boni, quanto melius fuit, quam quod concupivi? Cum multis inimicitias gessi, et in gratiam ex odio (si modo ulla inter malos gratia est) redii: mihi ipsi nondum amicus sum. Omnem operam dedi,

Cap. II. a. *chlamydatos quam coronatos*. Sic Erasmi editio, prioresque edd., et omnes MSS. H. e. peregrini, obscuro, et clari homines, sensu ipso docente. Chlamydatis, peregrina veste induti, ideoque non conspicui, quibus ii, qui coronis erant ornati, e. c. triumphatores, opponuntur. Gronov. altius et contortius rem repetit, explicans de militibus cum machaeris, chlamydatis, qui supra vulgum et a vulgo discreti, in Graecia, et de coronatis, s. *σεφηνφόροις* vel *σεφανοφόροις*, amplissima in Oriente dignitate, qui supra milites erant. Lipsio (Elect. I, 13. p. 395. placuit: *tam candidatos quam coloratos*. „Ad vulgatum, non intelligo, ait, nec pro more hoc Romano.“

b. *mutis invideo* Gruteri con. praeferenda lectioni, quae libros infedit: *in multis video*, nullo sensu. Mox: *quidquid timui, dii boni, quanto melius f.* e. codd. praetuli lectioni: *levius f.*

rium sentientes in aliam partem transirent. Sic Senatusconsultum per discessionem fiebat: Consul enim pronuntiare solebat: haec pars maior videtur. Plin. Epp. II, 11 et 12. *Vulgum voco*, et in-

fimos et fummos. cf. Var. lectionem.

2. *quidquid dixi — invidio*] quum recogito omnem id, quod dixi; mutorum hominum conditionem praefero.

dedi, ut me multitudini educerem, et aliquâ dote notabilem facerem: quid aliud quam telis me opposui, et malevolentiae, quod morderet, ostendi?" Vides istos, qui eloquentiam laudant, qui opes sequuntur, qui gratiae adulantur, qui potentiam extollunt? omnes aut sunt hostes, aut (quod in aequo est) esse possunt. Quam magnus mirantium, tam magnus invidentium populus est.

III. Quin potius quaero aliquid usu bonum, quod sentiam, non quod ostendam. ista quae spectantur, ad quae consistitur, quae alter alteri stupens monstrat, foris nitent, introrsus misera sunt. Quaeramus aliquid non in speciem bonum, sed solidum et aequabile, et a secretiore parte formosius. Hoc eruamus. nec longe positum est: invenietur: scire tantum opus est, quo manum porrigas. Nunc velut in tenebris vicina transimus, offensantes in ipsa, quae desideramus. Sed ne te per circuitus traham, aliorum quidem opiniones praeteribo: nam et enumerare illas longum est, et coarguere: nostram accipe. Nostram vero quum dico, non alligo me ad unum aliquem ex Stoicis proceribus: est et mihi censendi ius. Itaque ali-

Cap. III. Quid sit beata vita, potissimum secundum Stoicos.

1. *usu — ostendam*] quod experientia se ut bonum mihi probaverit, et quo mecum fruar, omni iactatione et ostentatione vitata. *ista — misera sunt*: quandoquidem vulgus plerumque ea, quae vere bona sunt, diiudicare nequit, ideoque tantummodo, quae in speciem bona sunt, admiratur et laudibus extol-

lit. Sentit noster cum Phocione, qui, laudante ipsum populo, interrogasse amicum dicitur: ecquid stulti me in scio dixi? Plutarch. Phoc. Apophthegm. p. 329. Eadem de Antisthene sunt ap. Diog. L. III, 8. Consentit Cicero de finib. Bonorum et Mal. II, 15: iudico — non esse non turpe, quum id a multitudine laudetur.

2. *Nostram — proceribus*] e. c. Zenoni, Chrysippe, Clean-

aliquem sequar, aliquem iubebo sententiam dividere: fortasse et post omnes citatus, nihil improbabo ex his quae priores decreverint, et dicam: „Hoc amplius cenfeo.“ Interim, quod inter omnes Stoicos convenit, rerum naturae assentior. ab illa non deerrare, et ad illius legem exemplumque formari, sapientia est. Beata est ergo vita, conveniens naturae suae: quae 3 non aliter contingere potest, quam si primum sana mens est, et in perpetua possessione sanitatis suae. Deinde, si fortis ac vehemens, tum pulcherrima et patiens, apta temporibus, corporis sui pertinentiumque ad id curiosa; non anxie tamen: aliarum rerum quae vitam instruunt, diligens, sine admiratione cuiusquam:

Cleanthi, qui principes Stoicorum sunt. Lipsius laudat Senecae Ep. 45. non enim cuiquam me mancipavi, nullius notam fero. multum magnorum virorum! iudicio credo, aliquid et meo vindico. *Censendi*, tamquam senatori. Qua figura in seqq. utitur. *Sequar*, verbo assentiar. *aliquem — dividere*: quum senator una sententia plura complecteretur, eaque diversa, quorum unum probaret, aliud reiiceret alter senator, dicere poterat: divide, i. de singulis seorsim refer. Senec. Ep. 21. Cic. Ep. fam. 1, 2. *Hoc amplius cenfeo.* formula senatoria (Cic. Phil. XIII, 21. Senec. Nat. Qu. III, 15.) de iis, qui sententiae assentientes aliquid adderent. Hinc Sallustio Catil. 51. dicitur: addere sententiae, vel in sententiam.

verum naturae, i. Deo. Tiedemann II, 448.

3. *Beata — suae*] Est notissimum illud: sequere naturam, i. honeste vive. Cic. de finib. B. et M. II, 11. Inde Chrysippus: τὸ τέλος εἶναι ἀκουλῆθως τῇ φύσει ζῆν. Cf. Lipsii Manuduction. ad philos. Stoic. II, 14. Tiedemann II. p. 522 sqq. *sana*, i. sapiens. De Constant. Sap. XI, 1. *Deinde — curiosa.* Constantiam et in rebus adversis et in vitiorum illecebris, *pulchritudinem*, i. integritatem ac probitatem intelligit. *patiens*, cf. De Constant. Sap. XIV, 2. *corporis — diligens.* ad sui amorem spectat, quo Stoici principium ethices contineri praese ferebant. Tiedemann II, 522 sqq. *sine admiratione.* Recte Lipsius laudat Horatianum illud Epp. I, 6, 1. Nil ad-

4 quam: ufura fortunae muneribus, non fervitura. Intelligis, etiam fi non adiiciam, fequi perpetuam tranquillitatem, libertatem, depulfis his, quae aut irri- tant nos, aut territant. Nam pro voluptatibus, et pro illis quae parva ac fragilia funt, et in ipsis flagitiis noxia, ingens gaudium fubit, inconcuflum, et aequabile: tum pax et concordia animi, et magnitudo cum manfuetudine. Omnis enim ex infirmitate feritas eft.

IV. Potest aliter quoque definiri bonum nostrum, id eft, eâdem fententiâ, non iisdem comprehendi verbis. Quemadmodum idem exercitus modo latius panditur, modo in angustum coarctatur, et aut in cornua, finuatâ mediâ parte, curvatur, aut rectâ fronte explicatur: vis illi, utcunque ordinatus eft, eadem eft, et voluntas pro iisdem partibus ftandi: ita definitio fummi boni aliâs diffundi potest et exporrigi, aliâs colligi, et in fe cogi. Idem utique erit, fi di-
2 xero: Summum bonum eft, animus fortuita defpiciens, virtute laetus; aut, invicta vis animi, perita rerum,
placi-

admirari. Addere debuiffet Democritum ap. Stob. Serm. 3. (p. 78. Schow.), Heraclitum ap. Plutarch. de Poet. leg. c. 10. et ibid. Pythagoram. Hanc ἀδραμασταν fequutus quoque eft Zeno, ftoicae philof. auctor. Diog. Laert. VII, 123. Stobaeus Serm. 1. (p. 8. Schow.) de Pythagora. Nofter Ep. 45. Beatum effe, cui omne bonum in animo eft, erectum, excelsum, mirabilia calcantem. Alio fenfu miratio initium philofophiae dicitur, de tirone philofopho, apud Platon. Theaetet. II. p. 76. d. Bipont. Aristotel. Physic. I, 2.

4. *fequi perpetuam tranquillitatem*] Ep. 92. Quid eft beata vita? securitas et perpetua tranquillitas. Quae defcriptio, bene addit Lippius, ab effectu eft. *Omnis — feritas eft.* Nam magnus homo et bonus eft, a quo feritas abhorret. De Ira I, 16, 27. Horat. Epp. I, 1, 39. 40.

Cap. IV. Defcriptio latior fummi boni ex adiunctis.

1. *finuatâ*] In lunae creffcentis faciem: media parte reducta. Opponitur acies gibbera, vel flexa, quam ab Hannibale ad Cannas factam tradit Livius XXII, 47.

placida in actu, cum humanitate multâ, et converfantium curâ. Libet et ita definire, ut beatum dicamus hominem eum, cui nullum bonum malumque fit, nisi bonus malusque animus: honesti cultor, virtute contentus, quem nec extollant fortuita, nec frangant: qui nullum maius bonum eo, quod sibi ipse dare potest, noverit; cui vera voluptas erit, voluptatum contentio. Licet, si evagari velis, idem in aliam atque aliam faciem, salvâ et integrâ potestate, transferre. Quid enim prohibet nos beatam vitam dicere, liberum animum, et erectum, et interritum ac stabilem, extra metum, extra cupiditatem positum? cui unum bonum honestas, unum malum turpitudine? Cetera vilis turba rerum, nec detrahens quidquam beatæ vitæ, nec adiiciens, sine auctu ac detrimento summi boni veniens ac recedens. Hunc ita fundatum necesse est, velit nolit, sequatur hilaritas continua, et lætitia alta atque ex alto veniens, ut quæ suis gaudeat, nec maiora domesticis cupiat. Quidni ista penset bene cum minutis, et frivolis, et non perseverantibus corpusculi

2. *conversantium*] quia sapiens est in commune bonus, ut poeta, et ut noster de Clem. I, 3, 2. homo, sociale animal, communi bono genitus. Lipsius. Hanc definitionem prorsus Stoicam esse constat, vel ex Horatio III Odd. 29. Gatak. ad Antonin. p. 271.

3. *qui — noverit*] eandem cum Stoicis sententiam amplexi sunt Romani (cf. I. Fr. Gronov. ad Liv. V, 26. fin.) occasiones et eventa fortunæ; consulta præclara et

facta sibi assignantes. *potestare*, significatione. *Quid enim prohibet — positum?* Lipsius laudat Cic. Disputat. Tusc. V, 14. volumus eum, qui beatus sit, tutum esse, inexpugnabilem, septum atque munitum; non ut parvo metu præditus sit, sed ut nullo.

4. *Cetera turba rerum vilis* est præter eas, quæ honestæ et turpes sunt. *ut quæ — cupiat*, i. quoniam virtute, quam sibi ipsa dedit, contenta est.

pufculi motibus? quo die infra voluptatem fuerit, et infra dolorem erit.

V. Vides autem, quam malam et noxiam fervitutum ferviturus fit, quem voluptates doloresque, ^a incertissima dominia, impotentissimaque, alternis possidebunt. Ergo exeundum ad libertatem est. hanc non alia res tribuit, quam fortunae negligentia. Tum illud orietur inaeftimabile bonum, quies mentis in tuto collocatae, et sublinitas; expulsiisque terroribus, ex cognitione veri gaudium grande et immotum, comitasque et diffusio animi: quibus delectabitur non ut ² bonis, sed ut ex bono suo ortis. Quoniam liberaliter agere coepi, potest beatus dici, qui nec cupit, nec timet, beneficio rationis. Quoniam et saxa timore et tristitia carent, nec minus pecudes: non ideo tamen quisquam felicia dixerit, quibus non est felicitatis intellectus. Eodem loco pone homines, quos ³ in numerum pecorum et animalium redegit hebes natura, et ignoratio sui. Nihil interest inter hos, et illa: quoniam illis nulla ratio est, his prava, et malo suo atque in perversum solers. Beatus enim nemo dici potest, extra ^b veritatem proiectus. beata ergo vita

Cap. V. a. *incertissima*. i. domini vacillantes, sibi invicem cedentes: appositio est, tam ad dolorem, quam ad voluptatem pertinens. Sic bene calorem Lipsii refutavit Gronov. το' *Incertissima* enim locum non habet.

b. *veritatem*. noli emendare: *virtutem*; veritas enim est h. l. rectum certumque iudicium.

Cap. V. Beata vita in sana ratione et virtute, non in voluptate posita est.

I. *incertissima dominia*] i. domini, quibus nulla fides haberi potest, nec sibi constantibus. Vox dominium h. l. dominum significat more Graecorum, abstractum saepe pro concreto adhibentium, e.

c. σῶμα, χρῆμα, παίδευμα (alumnus. Valken. Diatribe p. 241.), θρέμμα filius (Sophocl. Philoct. 243.) etc. *diffusio animi*, i. laetitia, serenitas: διάχυσις ψυχῆς.

2. *pecudes*] quatenus timoris et tristitiae sibi non conficiae sunt; ob ignorantiam] sui.

vita est, in recto certoque iudicio stabilita, et immutabilis. Tunc enim pura mens est, et soluta omnibus malis, quum non tantum lacerationes, sed etiam vellicationes effugerit: statura semper ubi constitit, 4 ac sedem suam, etiam iratâ et infestante fortunâ, vindicatura. Nam quod ad voluptatem pertinet, licet circumfundatur undique, per omnes vias influat, animumque blandimentis suis leniat, aliaque ex aliis admoveat, quibus totos partesque nostri sollicitet: quis mortalium, cui ullum superest hominis vestigium, per diem noctemque titillari velit, deserto animo, corpori operam dare?

VI. „Sed et animus quoque,“ inquit, „voluptates habebit suas.“ Habeat sane, cedatque luxuriae et voluptatum arbiter, impleat se omnibus iis, quae oblectare sensus solent: deinde praeterita respiciat, et exoletarum voluptatum memor exsultet prioribus, futurisque iam immineat, ac spes ordinet suas, et dum

M m 2

cor-

3. *illis*] pecoribus et animalibus. *extra veritatem proiectus*, qui rationis recta et sincera viâ praetermissâ libidinibus servit unice. Veritas autem hic opponitur rationi pravae et perversae. Cf. Ernesti Clav. Cic. sub hac voce. *lacerationes* corporis, *sed etiam vellicationes* animi: cf. de Ira III, 43, 5. qui locus nostrum explicat: *effugerit*, contemnendo.

4. *etiam iratâ — vindicatura*] cf. Horat. Odd. III, 29, 53. Seneca de Constant. Sapient. VIII, 3. *Nam — dare?* Haec e Cic. de finib. B. et M. II, 34. §. 114. repetita sunt.

Cap. VI. Quum vita beata iudicio recto contineatur, virtus cum voluptate copulari nequit. In Epicurum haec dicta esse, quilibet animadvertet. Qui quum in voluptate summum bonum posuisset, a Stoicis, voluptatem etiam in animo vitiosam rem putantibus, repulsus est. Cf. Cic. de finibus B. et M. lib. II. tot., imprimis inde a cap. 14., ubi iam Chrysippum idem molitum esse videmus, quod nunc noster quoque adgreditur.

1. *inquit*] adversarius aliquis ex Epicureis. *cedatque*, voluptatibus. *exoletarum*, turpium corporis.

corpus in praesenti faginâ iacet, cogitationes ad futura praemittat! hoc mihi videtur miserior, quoniam
 2 mala pro bonis legere, dementia est. Nec sine fanitate quisquam beatus est: nec sanus, cui offutura pro optimis appetuntur. Beatus est ergo iudicii rectus: beatus est praesentibus, qualiacunque sunt, contentus, amicusque rebus suis: beatus is, cui omnem habitum rerum suarum ratio commendat. Vident et illi, qui summum bonum voluptatem dixerunt, quam turpi illud loco posuerint. Itaque negant posse voluptatem a virtute diduci, et aiunt, nec honeste quemquam vivere, ut non iucunde vivat; nec iucunde, ut non
 3 honeste quoque. Non video, quomodo ista a diversa in eandem copulam coniiciantur. Quid est, oro vos, cur separari voluptas a virtute non possit? videlicet, quod omne boni ex virtute principium est. ex huius radicibus etiam ea, quae vos et amatis et expetitis, oriuntur. Sed si ista indiscreta essent, non videmus quaedam iucunda, sed non honesta: quaedam vero honestissima, sed aspera, et per dolores exigenda.

VII. Adice nunc, quod voluptas etiam ad vitam turpissimam venit: at virtus malam vitam non admittit. et infelices quidam non sine voluptate, immo ob ipsam voluptatem sunt: quod non eveniret, si virtuti
 fe

Cap. VI. a. *diversa*. Recte abiecit Gronov. *to tam*, ante: *diversa*, quippe in nullis codd. et edd., nisi in una romana, inventum.

2. *iudicii rectus*] i. recto certoque iudicio stabilitus (V, 3.). Haec forma locutionis e poetis petita est, apud quos integer vitae similiaque occurrunt ad Graecorum normam composita. Primum erat recto iudicio, recti iudicii. *Vident* — *quoque*. Cic. de Finib. II, 22. At negat

Epicurus (hoc enim vestrum lumen est), quemquam, qui honeste non vivat, iucunde posse vivere. *ut non iucunde vivat*, i. nisi iuc. v.

Cap. XII. Nec cum mala vita, ad quam tamen voluptas etiam venit, coniungi potest virtus.

fe voluptas immiscuisset, quâ virtus saepe caret, nunquam indiget. Quid dissimilia, immo diversa componitis? Altum quiddam est virtus, excelsum, regale, invictum, infatigabile: voluptas humile, fervile, imbecillum, caducum, cuius statio ac domicilium fornice et popinae sunt. Virtutem in templo invenies, 2 in foro, in curia, pro muris stantem, pulverulentam, coloratam, callosas habentem manus: voluptatem latitantem saepius, ac tenebras captantem; circa balnea ac sudatoria, ac loca aedilem metuentia; mollem, enervem, mero atque unguento madentem, pallidam aut fucatam, et medicamentis pollutam. Sum- 3 mum bonum immortale est, nescit exire: nec satietatem habet, nec poenitentiam. nunquam enim recta mens vertitur: nec sibi odio est, nec quidquam a mutavit, quia semper secuta est optima. at voluptas tunc, quum maxime delectat, extinguitur. Nec multum loci habet. itaque cito implet: et taedio est, et post primum impetum marcet. Nec id unquam cer-

M m 3

tum

Cap. VII. a. *mutavit, quia semper secuta est optima.* Sic edd-prisca et unus Palat.; nec Grutero nec Gronovio improbantibus. Antea: *nec quidquam mutavit optima.* i. quum ipsa optima sit, nihil mutavit. Gronov. tamen fuisse suspicatur: *nec quidquam mutavit a primo.* cf. de Brevit. Vit. VIII. e. Vulgatae lectioni acquiescere iubet.

1. *cuius statio — sunt*] *fornices*, in quibus meretrices prostabant et *popinae*, ubi vina et cibaria vendebantur. Homines e plebe eas frequentabant libidinum, aleâ ludendi causa. Martial. V. epigr. ult. XIV, 1. Quum politia publica Romae curae Aedilium demandata erat, et fornice, popinae, balnea publica, sudatoria ad eorum munera spectabant. Tacit. Annal. II, 85. ib. Lipsius.

2. *coloratam*] propter laborem, ideoque valetudine prospera utentem, robustam. De Constant. Sap. XIII, 2. *medicamentis*, lenociniis et smegmatibus s. aquis artificiose compositis, et globulis e sapone confectis ad pulchritudinem vel conservandam vel augendam. Cf. Consolat. ad Helviam XVI, 4. Ovid. Medicam. Faciei 51. Iuvenal. VI, 460.

tum est, cuius in motu natura est. ita ne potest quidem ulla eius esse substantia, quod venit transitu celerissime, in ipso usu sui periturum. Eo enim pervenit, ubi desinat: et dum incipit, spectat ad finem.

VIII. Quid, quod tam bonis, quam malis, voluptas inest? nec minus turpes dedecus suum, quam honestos egregia delectant. Ideoque praeceperunt veteres, optimam sequi vitam, non iucundissimam: ut rectae ac bonae voluntatis non dux, sed comes voluptas sit. Naturâ enim duce utendum est: hanc ratio observat, hanc consulit. Idem est ergo beate vivere, et secundum naturam. Hoc quid sit, iam aperiam. Si corporis dotes, et apta naturae, conservâbimus diligenter et impavide, tanquam in diem data et fugacia; si non subierimus eorum servitutem, nec nos aliena possederint; si corpori grata et adventitia eo nobis loco fuerint, quo sunt in castris auxilia, et armaturae leves. Serviant ista, non imperent: ita demum utilia sunt menti. Incorruptus vir sit externis, et insuperabilis, miratorque tantum sui: fidens animi, atque in utrumque paratus, artifex vitae. Fides eius non sine scientia sit, scientia non sine constantia: maneat illi semel placita, nec ulla in decretis eius litura sit. Intelligitur, etiamsi non adiecero,

com-

Cap. VIII. Docet idem esse, beate vivere et secundum naturam: sola ratione dominante.

1. Ideoque — iucundissimam] cf. Gatak. ad Antonin. p. 106, 52. ubi et nostri loci memor fuit.

2. apta naturae] quae ad vitam humanam degendam bene comparata sunt, e. c. voluptates, externa. Oppo-

nuntur menti, ut seqq. docent. *auxilia*, copiae a re-gibus ad suppetias ferendas submissae Romanis. *armaturae leves*, velites, funditores, sagittarii. cf. Nasti *röm. Kriegsalterthümer*, p. 84 sq. *in utrumque*, ad secundas adversasque res: sive, ut Liplius ait, mori aut vivere. *artifex v.*, qui formare sibi vitam possit et omnem suam

vem

compositum ordinatumque fore talem virum, et in his quae aget cum comitate, magnificum. Erit vera ratio sensibus insita, et capiens inde principia: nec enim habet aliud unde conetur, aut unde ad verum impetum capiat, et in se revertatur. Nam mundus quoque cuncta complectens, rectorque universi Deus, in exteriora quidem tendit, sed tamen in totum undique in se redit. Idem nostra mens faciat: quum 4 secuta sensus suos, per illos se ad externa porrexerit; et illorum et sui potens sit, et (ut ita dicam) devinciat summum bonum. Hoc modo una efficietur vis ac potestas, concors sibi: et ratio illa certa nascetur, non diffidens nec haesitans in opinionibus comprehensionibusque, nec in sua persuasione. Quae quum se disposuit, et partibus suis consensit, et (ut ita dicam) concinuit, summum bonum tetigit. Nihil enim 5 pravi, nihil lubrici superest: nihil in quo arietet, aut labet. Omnia faciet ex imperio suo, nihilque inopinatum accidet: sed quidquid aget, in bonum exhibit, facile et parate, et sine tergiversatione agentis. Nam pigritia et haesitatio pugnam et inconstantiam osten-

Mm 4 dit.

vem reddere. *litura*, nihil deleat aut mutet: secundum Periandri, unius e septem sapientibus, dictum: *πράττε ἀμεταμέλητα* (ap. Stob. Serm. 3. p. 78. Schow.).

3. *Erit vera ratio — revertatur*] Sensus quoque ferviant rationi, τῷ ἡγεμονικῷ, cui visa (*Φαντασλας*) suppeditent, quibus rite conceptis ad verum explorandum pergit (impetum capit) et hoc bono secum fruitur. *Nam mundus — redit*. Mundus et deus Stoicis unum

idemque esse constat. Penetrare quidem, dicebant, hunc mundum s. deum omnia (in exteriora tendere) et omnibus corporibus naturam formamque dare; sed rationalem dei partem, τὸ ἡγεμονικὸν, suam sedem habere separatam, eamque summam et igneam in mundo, ad quam revertatur. Cf. Tiedemann II. p. 470. 478 sq.

5. *Omnia faciet* etc.] Sapientem depingit, cui omnia sint subiecta: qui solus rex sit. Cic. Paradox. II. V fqq.

Qua-

dit. Quare audacter licet profitearis, summum bonum esse animi concordiam. Virtutes enim ibi esse debebunt, ubi consensus atque unitas erit: dissident vitia.

IX. „Sed tu quoque,“ inquit, „virtutem non ob aliud colis, quam quia aliquam ex illa speras voluptatem.“ Primum, non, si voluptatem praestatura virtus est, ideo propter hanc petitur. non enim hanc praestat, sed et hanc: nec huic laborat, sed labor eius, quamvis aliud petat, hoc quoque assequetur. Sicut in arvo, quod segiti profcissum est, aliqui flores internascuntur, non tamen huic herbulae, quamvis delectet oculos, tantum operis infumtum est: aliud fuit ferenti propositum, hoc supervenit: sic et voluptas non est merces, nec causa virtutis, sed accessio: nec quia delectat, placet; sed quia placet, delectat. Summum bonum in ipso iudicio est, et habitu optimae mentis: quae quum ^a suum ambitum implevit, et finibus

Cap. IX. a. *suum ambitum*. Est coniectura Lipsii haud dubie praefenda scripturae codd. *finum*, quae et ap. Erasim. est, sensu et sermone impedito. Quum *suum* et *habitum* codices praeberent, inde fecit Lips. *suum ambitum*, bono certe sensu. Lipsius laudat Manuduction. suam III, 3.

Quare audacter — concordiam. Eodem spectat illud Socratis ap. Stob. I. (p. 9. Schow.). Τοῦ σοφοῦ στόματος ἀνοιχθέντος, κατὰ ἀπερ ἱεροῦ, τὰ τῆς ψυχῆς καταβλέπεται ὡς περ ἀγάλματα. Magis convenit Plauto ap. Aristotel. in Stobaei florilegio Serm. I. (p. 7. Schow.), qui διὰ θεσιν ψυχῆς συμφωνοῦσαν κατὰ πάντα μέρη commendat.

Cap. IX. Virtus non propter voluptatem petitur, sed propter se ipsam.

1. *non enim hanc praestat]* solam. *profcissum*, aratro.

2. *nec quia delectat]* non eam ob causam nobis probatur, quoniam delectationem ex ea percipimus, sed quoniam virtuti probatur, eâ delectamur. Voluptas neque bonum, neque malum, sed in adiaphoris est Stoicis, et fer-

vit

bus se suis cinxit, consummatum est summum bonum, nec quidquam amplius desiderat. Nihil enim extra totum est: non magis quam ultra finem. Itaque erras, quum interrogas, quid sit illud propter quod virtutem petam? quaeris enim aliquid supra summum. Inter-³rogas, quid petam ex virtute? ipsam. nihil enim habet melius, ipsa pretium sui. An hoc parum magnum est? Quum tibi dicam, summum bonum est infragilis animi rigor et providentia, et subtilitas, et sanitas, et libertas, et concordia, et decor: aliquid etiam nunc exigis maius, ad quod ista referantur? Quid mihi voluptatem nominas? Hominis bonum quaero, non ventris, qui pecudibus ac beluis laxior est.

X. „Diffimulas,“ inquit, „quid a me dicatur: ego enim nego quemquam posse iucunde vivere, nisi simul et honeste vivat: quod non potest mutis contingere animalibus, nec bonum suum cibo metientibus. Clare, inquam, ac palam testor, hanc vitam, quam ego iucundam voco, non sine adiecta virtute contingere.“ At quis ignorat, plenissimos esse vo-

M m 5

lupta-

vit virtuti. *Nihil — finem.* Si quis illud habeat, nihil amplius desiderari potest, quandoquidem omnes partes, quae expeti possunt, in toto iam apparent. Iam quum virtus propter virtutem expeditur, nulla causa altera patet, quae exploretur.

Cap. X. Pergit in discrimine, quod Epicureos et Stoicos de summo bono separat, docendo. Voluptatem Epicurorum cum virtute in eandem copulam coniici posse, negat. Facile est ad intelligendum, magis contra porcos

de grege Epicuri, quam contra sinceros Epicuri discipulos hic disputari. Epicurum enim et eius doctrinam scimus haec numquam praecipisse. Conf. Bayle. Epicure. Not. (N). Haec tamen secta celebrior semper fuit, quam ceterorum. Lactant. Divin. Institut. III, 17. Senec. Ep. 79. cf. infra c. XII.

1. *Diffimulas — contingere*] Haec obiectio desumpta est ex epistola Epicuri ad Menoeceum (apud Diogen. Laert. X, 132.). *At quis — quos-*

luptatibus vestris stultissimos quosque? et nequitiam abundare iucundis, animumque ipsum non tantum genera 2 nera voluptatis prava, sed multa suggerere? In primis insolentiam et nimiam aestimationem sui, tumoremque elatum supra ceteros, et amorem rerum suarum caecum et improvidum: delicias fluentes, ex minimis ac puerilibus causis exultationem; iam dicacitatem, et superbiam contumeliis gaudentem, desidia, dissolutionemque segnis animi indormientis sibi. 3 Haec omnia virtus discutit, et aurem pervellit, et voluptates aestimat, antequam admittat: nec quas probavit, magni pendit (utique enim admittit), nec usu earum, sed temperantiâ laeta est. temperantia autem quum voluptates minuat, summi boni iniuria est. Tu voluptatem complecteris: ego compesco. tu voluptate frueris: ego utor. tu illam summum bonum putas: ego nec bonum. tu omnia voluptatis causa facis: ego nihil. Quum dico, me nihil voluptatis causa facere, de illo loquor sapiente, cui soli concedis voluptatem.

XI. Non voco autem sapientem, supra quem quidquam est, nedum voluptas. Atqui ab hac occupatus quomodo resistet labori, ac periculo, egestati, et tot humanam vitam circumstrepentibus minis? quomodo conspectum mortis, quomodo doloris feret? quomodo mundi fragores, et tantum acerrimorum hostium, a tam molli adversario victus? Quidquid voluptas suaserit, faciet. Age, non vides quam multa suatura fit?

— *quosque?* Epicurei falsissimo iudicio utentes, ideoque virtute non adiecta, quae sine recto iudicio esse nequit, iucunde quidem, sed non honeste vivunt. *nequitiam*, turpem et inhonestam vivendi rationem.

2. *indormientis sibi*] uni sibi vacantis, publica et aliena spernentis. Lipsius.

3. *aurem pervellit*] admonendo cogitare serio iubet. L. Cap. XI. Continuatio.

1. *quomodo mundi fragores?*] tonitrua, terrae motus

fit? „Nihil,“ inquis, „poterit suadere turpiter, quia adiuncta virtuti est.“ Non tu vides iterum, quale fit summum bonum, cui custode opus est, ut bonum fit? Virtus autem quomodo voluptatem reget, quam sequitur, quum sequi parentis fit, regere imperantis? a tergo ponitis, quod imperat. Egregium autem virtutis apud vos officium, voluptates praegustare! Sed videbimus, an apud quos tam contumeliose tractata virtus est, adhuc virtus fit: quae habere nomen suum non potest, si loco cessit. interim de quo agitur, multos ostendam voluptatibus obsessos, in quos fortuna omnia munera sua effudit, quos fatearis necesse est malos. Adspice Nomentanum et Apicium, terrarum ac maris (ut isti vocant) bona conquirentes, et super mensam recognoscentes omnium gentium animalia. Vide hos eosdem a e suggestu rosae expectantes popinam suam, aures vocum sono, spectaculis oculos, saporibus palatum suum delectantes. Mollibus lenibus-

bus-

Cap. XI. a. e suggestu rosae, cui nempe incumbebant. Est I. F. Gronovii coniectura, quam ceteris hariolationibus

tus etc. *adversario*, voluptate.

2. Simili argumentatione usus est noster in refutando Aristotelis dogmate de Ira. Vid. de Ira I, 9. *voluptates praegustare!* Lipsius bene laudat Cleanthis imaginem ap. Cic. de finib. II, 21. §. 69. Cleanthes — iubebat eos, qui audiebant, secum ipsos cogitare pictam in tabula voluptatem — in folio sedentem: praesto esse virtutes, ut ancillulas, quae nihil aliud agerent — nisi ut voluptati, ministrarent, et eam tan-

tum ad aurem admonerent, ut caveret, nequid perferret imprudens, quod offenderet animos hominum, aut quidquam, e quo oriretur aliquis dolor. Nos quidem virtutes sic natae sumus, ut tibi ferviremus: aliud negotii nihil habemus.

3. *Nomentanum*] gulonem, coevum Apicii. Cf. ad Confolat. ad Helv. 10, 2. Horat. I. Sat. 8, 11. *et super mensam — animalia*. Confol. ad Helv. 9, 9 sqq. *aures vocum — delectantes*, symphonias, saltationes et mimos

ad

busque fomentis totum laceffitur eorum corpus: et ne nares interim cessent, odoribus variis inficitur locus ipse, in quo luxuriae parentatur. Hos esse in voluptatibus dices: nec tamen illis bene erit, quia non bono gaudent.

XII. „Male,“ inquit, „illis erit: quia multa interveniunt, quae perturbant animum, et opiniones inter se contrariae mentem inquietabunt.“ Quod ita esse concedo. sed nihilominus illi ipsi stulti, et inaequales et sub ictu poenitentiae positi, magnas percipiunt voluptates: ut fatendum sit, tam longe tum illos ab
omni

praeferendam duxi, ut haud improbabilem, doctam et elegantem, quamquam locum nondum persanatum puto. Codd. praebent: eosdem *esuccessores e.* alii: *e. esuros e.* alii: *esuccessuros e.* alii: *e successivos e.* s. *esu tessuros, e sui censuros.* Lipsius hinc fecerat: *esu censores spectantes.* Gronovius egregie docuit, Veteres in rosa cubuisse, locis allatis pluribus, e. c. Cic. V. in Verrem, II. Fin. II, 20. Senec. ep. 38. II, de Ira 25, 3. Casaubon. ad Athen. IV, 2. Exemplis tamen non adstruxit, suggestum rosae esse torum, pulvillis, rosa fatis, stratum. Quo factum est, ut Trillerus hanc Gronovii emendationem improbare (Obs. critt. p. 220 sqq.) aliam propositam: *V. b. e. e cocceis vel coccinis toris e.*, ubi docet, Salmasio duce (ad Ael. Lamprid. Alexandr. Sever. c. 42. p. 987. Exercitt. Plin. p. 194. etc.) cocceum, coccinum, et coccineum promiscue dici solere; deinde epulones in toris coccinis s. conchyliatis discubuisse (Intpp. ad Petron. 38. Burm.) tandem *c* et *s* in antiquis libris saepe confundi (Passerat. de literarum mutatione, p. 33. 142.). Equidem Gronovii iudicium sequor, donec meliora codd. me docuerint.

ad mensas adhibuisse veteres, fatis constat. Mos Graecis et Romanis communis fuit. Cf. III, de Ira 35, 2. Petron. 35. 36. Xenophon. Sympos. c. 2. Modestiores tamen et doctiores vel confabulati sunt, vel servis, qui inter coenandum dominis praelegerent, anagnostis (acromatibus), usi sunt. Corn. Nepos in vit. Attici 13, 14.

Sueton. Aug. 78. *fomentis*, pulvillis. *laceffitur*, movetur, titillatur. De hoc verbo cf. Heyne ad Virgil. Aen. X, 9. *cessent* a voluptate. *parentatur*: videntur enim sepulchrales epulae, quia velut mortui efferuntur. Ep. 12. fin. 122. init.

Cap. XII. Non sunt veri Epicurei, qui voluptatem solum sequantur.

omni molestia abesse, quam a bona mente: et (quod plerisque contingit) hilarem insaniam insanire, ac per risum furere. At contra, sapientium remissae volu-²ptates et modestae, ac paene languidae sunt, compressaeque, et vix notabiles: ut quae neque arcessitae veniant, nec quamvis per se accesserint, in honore sint, neque ullo gaudio percipientium exceptae. Mifcent enim illas, et interponunt vitae, ut ludum iocumque inter seria. Desinant ergo inconvenientia iungere, et virtuti voluptatem implicare, per quod vitium pessimis quibusque adulantur. Ille effusus in vo-³luptates, ^areptabundus semper atque ebrius, quia scit se cum voluptate vivere, credit et cum virtute: audit enim voluptatem virtute separari non posse: deinde vitiis suis sapientiam inscribit, et abscondenda profite-
tur. Ita non ab Epicuro impulsi luxuriantur, sed vitiis dediti luxuriam suam in philosophiae sinu abscondunt, et eo concurrunt, ubi audiunt laudari voluptatem. Nec aestimatur voluptas illa Epicuri, (ita enim⁴ mehercules sentio) quum sobria et sicca sit: sed ad nomen ipsum advolant, quaerentes libidinibus suis patrocinium aliquod ac velamentum. Itaque quod unum habebant in malis bonum, perdunt, peccandi verecundiam. Laudant enim ea quibus erubescabant, et vitio gloriantur: ideoque ne resurgere quidem adolescentiae licet, quum honestus turpi desidiaie titulus accessit.

XIII. Hoc

Cap. XII. a. *reptabundus*. Pinciani coniectura est, a Gronovio recte probata. Codd. omnes: *raptabundus*, nullo sensu. Gronov. tamen cum Rubenio coniecit: *lapsabundus*. Sed vulgata bene habet. *Reptare* aptum vocab. est, Gronov. docente, de iis, qui, luxu et libidine soluti, morbum incessu fatentur: vix incedunt, reptant verius, inprimis ebrii.

1. *inaequales*] sibi parum constantes, mox tristes, mox lacti. *bona mente*, virtute.
2. *Desinant ergo*] illi voluptarii homines, qui Epicuri praecepta exercere se praese ferunt.

XIII. Hoc est, cur ista voluptatis laudatio pernicioſa ſit, quia honeſta praecepta intra latent: quod corrumpit, apparet. In eâ quidem ipſe ſententiâ ſum, (invitis hoc noſtris popularibus dicam) ſancta Epicurum et recta praecepere, et, ſi propius acceſſeris, triſtia: voluptas enim illa ad parvum et exile revocatur: et quam nos virtuti legem dicimus, eam ille 2 dicit voluptati. Iubet illam parère naturae. parum eſt autem luxuriae, quod naturae ſatis eſt. Quid ergo eſt? ille quiſquis deſidioſum otium, et gulae ac libidinis vices felicitatem vocat, bonum malae rei quaerit auctorem: et dum illo venit, blando nomine inductus, ſequitur voluptatem, non quam audit, ſed quam attulit: et vitia ſua quum coepit putare ſimilia praeceptis, indulget illis, non timide nec obſcure: luxuriatur etiam inoperto capite. Itaque non dico, quod plerique noſtrorum, ſectam Epicuri flagitiorum magiſtram eſſe: ſed illud dico, male audit, infamis 3 eſt: et immerito. Hoc ſcire quis poteſt, niſi interius admiſſus? frons ipſa dat locum fabulae, et ad malam ſpem invitat. Hoc tale eſt, quale vir fortis ſtolam

Cap. XIII. Epicurus contra et ſancta et recta praecepit. Senecam videmus h. l. Ep. 33. et alias Epicuro favere, et a conviciis, quibus laeſus eſt a Stoicis Cicerone al., eum defendere. Magno ſucceſſu hoc Petr. Gaſſendi primùm in recentioribus feciſſe conſtat, in libro de vita et moribus Epicuri. Vide P. Bayle, et Tiedemann II. p. 366 ſqq.

1. *intra latent*] oppoſitum eſt: apparet. Latet eos vera voluptatis poteſtas abſtruſior, vulgari ſignificatione captos

et contentos. *popularibus*, i. Stoicis. Qui enim eiudem ſunt populi, factionis, ſectae, ii populares vocantur (Salluſt. Catil. 22. 24.) i. focii.

2. *Iubet — naturae*] Et Epicurus et eius coaevus Zeno eandem legem: ſequere naturam, dixere. Ep. 4. ſin. *bonum — auctorem*, prae ſe ferendo Epicureum. *blando nomine*, voluptatis. *audit*, ſenſu Epicuri. *inoperto capite*, nam qui pudebant, caput fere operiebant.

lam indutus. Constante tibi pudicitia ^a veritas salva est: nulli corpus tuum patientiae vacat, sed in manu tympanum est. Titulus itaque honestus eligatur, et inscriptio ipsa excitans animum ^b ad ea repellenda, quae statim enervant, quum venerint, vitia. Quisquis ⁴ ad virtutem accessit, dedit generosae indolis spem. qui voluptatem sequitur, videtur enervis, fractus, degenerans a viro, perventurus in turpia: nisi aliquis distinxerit illi voluptates, ut sciat, quae ex iis intra naturale desiderium sistant, quae in praeceps ferantur, infinitaeque sint, et quo magis implentur, eo magis inexplebiles. Agedum, virtus antecedit: tutum erit

Cap. XIII. a. *veritas*: i. rectum iudicium (cf. c. V. b. supra.) ideoque firma atque sincera vis tibi ut viro integro constat. Omnium MSS. scriptura est. Hinc Lips. fecerat: *v. s. esto*. Gronov. em. *virilitas s. est*. ingeniose. Mox: recte praefert Lipsius: *patientiae* interpretamento: *impudicitiae*. Patientes enim sunt pathici.

b. *ad ea repellenda q. st. e., q. v. v.* Quum tria priora vocabula exsulant quinque Palat. codd., et posteriora etiam variant, unum Palat. tert. sequutus Gronov., duabus literis mutatis, effinxit: *et inscriptio ipsa excitans animum, quae statim enervet, quum venerint, vitia*. In cod. erat: *enervant*. *Inscriptio*, s. *titulus* est virtus. At vulgata bonum et aptum sensum promit. Viri docti, qui hic interpolationem agnoscunt, plurium testimonio codicum freti, non meminisse videntur, unum male descriptum codicem eundemque fontem eorum, quos contulerint, interpolationis ipsis fortasse suspicionem suppeditasse.

3. *frons ipsa — invitat*] vid. 3, 11. *tympanum*, ut quoniam voluptas Epicuri summum bonum est. *stolam indutus*, i. muliebriter ind. Gallorum, sacerdotum Cybeles (Virgil. Aen. IX, 619.): Stola matronarum vestis fuit: mollia tractas et effeminata. (Horat. I. Sat. 2, 29.), ad Huc spectat Arcefilai dictum, ideo plerosque ad Epicuri sectam, nullum vero Epicureum ad ceteras se conferre, talos demissa et instita, i. quia ex viris quidem Galli fiunt, ex Gallis viri numquam. Diogen. Laert. IV, 43. lembo lato subsuta, qua meretrices et libertinas abstinere oportuit. De Hercule *Titulus — repellenda*, dicit Omphalae serviente, qui tamen vir fortis mansit, cogitasse videri potest. *patientiae*, nequitiae, libidini. de Pro-

erit omne vestigium. Voluptas nocet nimia: in virtute non est verendum, ne quid nimium sit; quia in ipsa est modus. Non est bonum, quod magnitudine laborat sua.

XIV. Rationabilem porro fortiris naturam: quae melius res, quam ratio proponitur? et si placet illa iunctura, si hoc placet ad beatam vitam ire comitatu; virtus antecedit, comitetur voluptas, et circa corpus, ut umbra versetur. Virtutem quidem ^a excellentissimam omnium, voluptati tradere ancillam, nihil magnum animo capientis est. Prima virtus sit, haec ferat signa: habebimus nihilominus voluptatem, sed domini eius et temperatores erimus. aliquid nos exorabit, nihil coget. At hi qui voluptati tradidere principia, utroque caruere. virtutem enim amittunt. ceterum non ipsi voluptatem, sed ipsos voluptas habet: cuius aut inopiâ torquentur, aut copiâ strangulantur. Miseri, si deseruntur ab illa: miseres, si obruuntur! sicut deprehensi ^b mari Syrtico, modo in sicco relin-

Cap. XIV. a. *excellētissimam*. Antiqua lectio a codd. et praeicis edd. probata et a Gronov. recte reducta, usu loquendi adstruēto. Antea Muretus e con. dederat: *excelsissima*.

b. *mari Syrt.* summa Gronovii ἀγρίβεια τοῦ in ante mari Codd. et priscaurum edd. iussu eiecit, quamquam et praepositio alibi invenitur.

4. *in virtute — modus*] Vides hic iustitiam et temperantiam (σωφροσύνην καὶ ἐγκράτειαν) scholae socraticae innui. *Non est — sua*, de nimio virtutis rigore, qui humanis viribus maior est, intelligo. Locutio est liviana, bene Lipsio monente, praefat. Histor. rom.

Cap. XIV. Virtuti et rationi imperantibus voluptas et sensus obedire debent.

1. *voluptati tradere ancillam*] Cf. ad XI, 2. locum e Cic. laudatum.

2. *principia*] manet in metaphora a militia petita: antea dixerat: *ferat signa*, i. prior sit. Principia fuit praecipua castrorum pars et prior (Liv. VII, 12.), ubi imperatoris tribunal, deorum arae, imperatorum imagines et signa. Cf. Adams *vöm. Altväter* II. p. 671. versionis german. (Er-

relinquuntur, modo torrente undâ fluctuantur. E-
 nit autem hoc nimîâ intemperantia, et amore caeco
 rei. nam mala pro bonis petenti, periculosum est as-
 sequi. Vt feras cum labore periculoque venamur, et
 captarum quoque illarum sollicita possessio est: faepe
 enim laniant dominos: ita habentes magnas volupta-
 tes in magnum malum evasere, captaeque cepere.
 Quae quo plures maioresque sunt, eo ille minor ac
 plurium servus est, quem felicem vulgus appellat.
 Permanere libet in hac etiamnunc huius rei imagine. 4
 quemadmodum qui bestiarum cubilia indagat, et —
laqueo captare feras magno aestimat, et — *magnos*
canibus circumdare saltus, ut illarum vestigia premat,
 potiora deserit, multisque officiis renuntiat: ita qui
 sectatur voluptatem, omnia postponit: et primam li-
 bertatem negligit, ac pro ventre dependit: nec volu-
 ptates sibi emit, sed se voluptatibus vendit.

XV. Quid tamen, inquit, prohibet in unum vir-
 tutem voluptatemque confundi, et effici summum bo-
 num, ut idem et honestum et iucundum sit? Quia
 pars honesti non potest esse, nisi honestum: nec sum-
 mum bonum habebit sinceritatem suam, si aliquid in
 se viderit dissimile meliori. Nec gaudium quidem
 quod ex virtute oritur, quamvis bonum sit, absoluti
 tamen boni pars est: non magis quam laetitia et
 tran-

(Erlangae 1796.). *mari Syr-
 tico*: circa Africam extremam
 duo sinus (Syrtis maior et
 minor, vicinae Aegypto, unde
 epitheton ap. poetas et ad
 Ammonem transfertur, et ad
 accolas): ut fors tulit altae,
 ait Sallust. Ingurth. 78. aliâ
 in tempestate vadofae. Nunc
 vocantur Golfo de Sidra et
 de Gabes.

Vol. I.

4. *laqueo — feras*: et *ma-
 gnos — saltus*, sunt e Vir-
 gil. Georg. I, 139. 140. de-
 sumti versus. *pro venire*, ut
 Nomentanus et Apicius, quos
 antea memoravit.

Cap. XV. Repetit, virtu-
 tem voluptatemque in unum
 cogi non posse: quippe sibi
 contrarias.

Nn

tranquillitas, quamvis ex pulcherrimis causis nascantur
 2 Sunt enim ista bona, sed consequentia summum bonum, non consummantia. Qui vero voluptatis virtutisque societatem facit, et ne ex aequo quidem, fragilitate alterius boni, quidquid in altero vigoris est, hebetat, libertatemque illam ita demum, si nihil se pretiosius novit, invictam, sub iugum mittit. Nam (quae maxima servitus est) incipit illi opus esse fortuna. sequitur vita anxiosa, suspiciosa, trepida, casuum
 3 pavens, ^a temporum suspensa momenta. Non das virtuti fundamentum grave, immobile, sed iubes illam in loco volubili stare. Quid autem tam volubile est, quam fortuitorum expectatio: et corporis, rerumque corpus afficientium varietas? Quomodo hic potest Deo parère, et quidquid evenit, bono animo excipere, nec de fato queri, casuum suorum benignus interpres, si ad voluptatum dolorumque punctiunculas concitatur? Sed nec patriae quidem bonus tutor aut vindex est, nec amicorum propugnator, si ad vo-
 4 luptates vergit. Illo ergo summum bonum escendat, unde nullâ vi detrahatur: quo neque dolori, neque spei, neque timori sit aditus, nec ulli rei quae deterius summi boni ius faciat. Escendere autem illo sola
 virtus

Cap. XV. a. *temporum suspensa momenta*. Codd. et Erasmi lectio. *ro* que post *temp.* a Mureto erat: Gronov. coniecerat — *momento*, ut allusio ad momentum librae esset apertior. Alii codd. ap. Grut. addunt: *sunt*, quo Erasmo praeunte carebimus, intellectu: *sequuntur*.

1. *confundi*] i. coniungi, mi elatio: *tranquillitas* gaudio subiecta est. cf. ad II, Cic. *Gaudium, laetitia, tranquillitas*, a Stoicis distinguuntur: ac primum virtus sine iis esse potest, quae sine virtute in sapiente cogitari non possunt: deinde *gaudium* tantum sapientis est (*ἡ χαρὰ*), *laetitia* sine ratione ani-

2. *libertatemque* — *invictam*] quatenus praecit virtus, comitante sed ferviente voluptate, quae gaudio, libertatique opponitur apud Stoicos.

virtus potest. illius gradu clivus iste frangendus est: illa fortiter stabit, et quidquid evenerit, feret: non patiens tantum, sed etiam volens: omnemque temporum difficultatem sciet legem esse naturae. Et ut 5 bonus miles feret vulnera, enumerabit cicatrices, et transverberatus telis, moriens amabit eum, pro quo cadet, imperatorem: habebit in animo illud vetus praeceptum: Deum sequere. Quisquis autem queritur, et plorat, et gemit: imperata facere vi cogitur, et invitus rapitur ad iussa nihilominus. Quae autem dementia est, potius trahi quam sequi? tam 6 mehercule, quam stultitia et ignorantia conditionis suae, dolere, quod aliquid tibi incidit durius, aut mirari, aut indigne ferre ea, quae tam bonis accidunt quam malis: morbos dico, funera, debilitates, et cetera ex transverso in vitam humanam incurrentia. Quidquid ex universi constitutione patiendum est, ^b magno nisu eripiatur animo. ad hoc sacramentum adacti sumus, ferre mortalia: nec perturbari his, quae vitare nostrae potestatis non est. In regno nati sumus: Deo parère libertas est.

XVI. Ergo in virtute posita est vera felicitas. Quid haec tibi suadebit? ne quid aut bonum, aut malum existimes, quod nec virtute, nec malitiâ continget.

Nn 2

dein-

b. *magno nisu eripiatur animo.* Librorum lectio et Erasmi: praeterquam quod alii *visu* habent: i. magna ἐνέργειᾳ velut occupetur ab animo, in antecessum arripiatur. Bono et apto sensu. Lipsio tamen placuit facere: *magno nobis excipiat animo.*

4. *illius gradu — est*] i. Stobaeum Floril. Serm. III. superandus est vi. Est poetica locutio: e. c. Sil. Ital. VIII, 555. Lucan. VIII, 374. Pythagorae de Consolat. Prosa 4.

5. *habebit — deum sequere*] Cap. XVI. Virtus ad beate vivendum sola sufficit, quin superfluit.

Sofiares tribuit uni e septem sapientibus: ἕκον θεῶν, ap.

deinde, ut sis immobilis et contra malum ex bono, ut, quâ fas est, Deum effingas. Quid tibi pro hac expeditione promittitur? ingentia et aequa divinis. Nihil cogaris: nullo indigebis: liber eris, tutus, indemnis: nihil frustra tentabis, nihil prohibeberis. Omnia tibi ex sententia cedent: nihil adversum accidet, nihil contra opinionem ac voluntatem. Quid ergo? ^avirtus ad vivendum beate sufficit? perfecta illa et divina quidni sufficiat? immo superfluit. Quid enim deesse potest extra desiderium omnium posito? quid extrinsecus opus est ei, qui omnia sua in se collegit? Sed ei qui ad virtutem tendit, etiamsi multum processit, opus est tamen aliquâ fortunae indulgentiâ, adhuc inter humana luctanti, dum nodum illum exsolvit, et omne vinculum mortale. Quid ergo interest? quod alii alligati sunt, alii adstricti, alii districti quoque. Hic qui ad superiora progressus est, et se altius extulit, laxam catenam trahit, nondum liber, iam tamen pro libero.

XVII. Si quis itaque ex istis qui philosophiam conlatrant, quod solent, dixerit: „Quare ergo tu fortius loqueris quam vivis? Quare superiori verba summittis;

Cap. XVI. a. *virtus ad vivendum beate sufficit? perfecta illa et divina quidni sufficiat?* Lipsii distinctionem excepi. Antea: *virtus — divina? Quidni etc.*

1. *ut, quâ fas — effingas]* Stoico dignum! vide e. c. de Constant. Sap. VIII, 2.

2. *Sed — mortale]* Haec vix stoica sunt: fortuna quippe censebant Stoici aut manente aut recedente facile carere posse virum bonum: vid. supra XV, 2. *quod — quoque.* Recte monet Lipsius: primum (*alligati*) mollius vinculum, *adstricti*, arctius,

districti, multiplex vinculum designare. *ad superiora*, i. perfectam illam ac divinam virtutem paene assecutus est.

Cap. XVII. Obiectioni: si virtus sola ad vivendum beate sufficiat, cur plura requiris? respondetur.

1. *fortius]* principia rigidiora iubes, quam sequeris. *superiori — summittis*, λόγων ὑπέκειναι, adularis.

mittis; et pecuniam necessarium tibi instrumentum existimas, et damno moveris, et lacrimas, auditâ coniugis aut amici morte, demittis, et respicis famam, et malignis sermonibus tangeris. Quare cultius rus 2 tibi est, quam naturalis usus desiderat? cur non ad praescriptum tuum coenas? cur tibi nitidior supellex est? cur apud te vinum aetate tuâ vetustius bibitur? cur autem domus disponitur? cur arbores praeter umbram nihil daturae conferuntur? quare uxor tua locupletis domus censum auribus gerit? quare paedagogium pretiosâ veste succingitur? quare ars est apud te, ministrare, ^b(nec temere, et ut libet, collocatur argentum, sed perite servatur) et est aliquis scindendi

Nn 3.

ob-

Cap. XVII. a, *domus*. Erasimum sequor. Lipsius tamen omittit *ro' domus*, suum aliosque codd. sequutus. Retulit ad vinum, quod in apothecis ordine annorum disponebatur. Nostra lectio explicatur de Tranq. Animi 1, 5.

b. (*nec — servatur*). Sic locum hunc distinxit, sensu poscente. Explicative enim adiectum est. Antea deerant uncini. *Servatur* omnium codd. et Erasimi lectio, et ea bona: i. cum cura haec res custoditur, ne temere fiat collocatio. Sic bene fit oppositio, et Lipsii emendatione *servitur*, Mureti *servitur*, et Ciacconi *servitur* tuto superfedebimus. Antea Mureti lectio vulgata erat.

2. *Quare — supellex est*] Huc spectat Sullii accusatio (ap. Tacit. Ann. XIII, 42.) in Senecam; adde XIV, 53. sqq. Dio Cass. LXI, 10. ubi omnia confirmantur, quae et hic Seneca de se pronuntiasse videtur. Sic interpretatur locum Lipsius: Quamquam et recte de alio divite exponas. *cur arbores — conferuntur?* e. c. platanus, quae ideo *coelebs* ap. Horat. Od. II, 15, 4. ubi intpp. Lauri, platanum, cupressi inprimis colebantur, quarum cura adeo servis, qui topiarii vocaban-

tur, mandata erat. Plin. Epp. III, 19. *quare — gerit?* Iam Horatius hunc luxum matronarum traduxit. Epod. VIII, 14. Sat. II, 3, 241. Plin. Nat. Hist. IX, 35 f. 56. Senec. Benef. VII, 9. *Paedagogium*, illa pars domus, in qua servi erudiebantur. cf. ad de Tranquill. An. I, 5. Epist. 88. Plin. Epp. VII, 27. *succingitur vestis*, i. tunica, alte, ut opera perficere possent. *ministrare*, voc. propr. de servis, qui ad cocenam apparebant. Cf. Petron. 31. Iuvenal. V, 56 sqq.

3 obsonii magister? Adiice, si vis, cur trans mare possides? cur plura, quam nosti? turpiter aut tam negligens es, ut non noveris pauculos servos; aut tam luxuriosus, ut plures habeas, quam quorum notitiae memoria sufficiat. Adiuva^o postmodum; convicia, et plura mihi quam putas, obiiciam: nunc hoc respondebo tibi. Non sum sapiens, et, ut malevo-

4 lentiam tuam pascam, nec ero. Exigo itaque a me, non ut optimis par sim, sed ut malis melior. hoc mihi fatis est, quotidie aliquid ex vitiis meis demere, et errores meos obiurgare. Non perveni ad sanitatem, ne perveniam quidem: delinimenta magis quam remedia podagrae meae compono, contentus si rarius accedit, et si minus verminatur. Vestris quidem pedibus comparatus, debiles, cursor sum.

XVIII. Haec non pro me loquor: ego enim in alto vitiorum omnium sum: sed pro illo, cui aliquid acti est. „Aliter,“ inquit, „loqueris: aliter vivis.“ Hoc, a malignissima capita et optimo cuique inimicissima, Platoni obiectum est, obiectum Epicuro, obiectum Zenoni. Omnes enim isti dicebant, non quem-

ad-

c. debiles, allocutio est ad reprehensores suos. Recte Gronovius emendat. Antea: debilis cursor s.

Cap. XVIII. a. malignissima Antea: per malign.: Lipsio et Gronov. omnium codicum iussu eiicientibus.

3. trans mare] inprimis in Lybia, Sicilia, ut ex Horat. I, 1. al. notum est. aut tam luxuriosus — sufficiat. Cf. de Tranq. Animi VIII, 4.

4. sanitatem] sapientiam stoicam. podagrae: metaphrice h. l. sumferim, de quacunque imbecillitate. verminatur, pungit, et quasi vermium more vexat. De podagrae punctiunculis inprimis

in usu est. Lipsius laudat Senec. ep. 79. 95. Pomponium veterem poetam apud Nonium c. I. n. 189.

Cap. XVIII. Non philosophi vita, sed praecepta suscipienda et imitanda sunt.

1. Platoni — Zenoni] Diogenes Laert. pluribus locis hoc confirmat: et nunc est res nota.

admodum ipsi viverent, sed quemadmodum vivendum esset. De virtute, non de me loquor: et quum vitiiis convicium facio, in primis meis facio. quum potuero, vivam quomodo oportet. Nec malignitas me 2 ista multo veneno tincta deterrebit ab optimis. ne virus quidem istud, quo alios spargitis, vos necatis, me impediēt, quo minus perseverem laudare vitam, non quam ago, sed quam agenda scio, quo minus virtutem adorem, et ex intervallo ingenti reptabundus sequar. Expectabo scilicet, ut quidquam male- 3 volentiae inviolatum sit, cui facer nec Rutilius fuit, nec Cato? Cur et aliquis non istis dives nimis videatur, quibus Demetrius Cynicus parum pauper est? Virum acerrimum, et contra omnia naturae desideria pugnantem, hoc pauperiorem, quam ceteri Cynici, quod b quum sibi interdixerint habere, interdixit et poscere, negant satis egere! Vides enim? non virtutis scientiam, sed egestatis professus est.

XIX. Diodorum Epicureum philosophum, qui intra paucos dies finem vitae suae manu sua imposuit, negant ex decreto Epicuri fecisse, quod sibi gulam praefecit. alii dementiam videri volunt factum hoc

Nn 4

eius,

b. *quum sibi interdixerint habere* — *negant satis habere!* Gronovium sequor: qui cum aliis exclamandi particula, *O virum ac.*, quae ap. Erasim. est, eiecit, unam literam addidit, ut textui sinceritatem suam restitueret. Antea enim: *interdixerit*. Nullo sensu. Omnes Cynici, recte addit Gronov., habere sibi interdixerant, non solus Demetrius; solus autem poscere. Ceterum *eo hi*, quod Gronov. ante: *quum* invexit, ut non necessarium, omisi.

2. *vos necatis*] vexatis et nocetis, quatenus a philosophia abhorretis.

3. *Rutilius*] cf. ad Confolat. ad Marc. 22, 2. *Demetrius Cynicus*. cf. ad de Provid. 3, 3.

Cap. XIX. Causae frivolae obiectionis, philosophos non praestare, quae loquantur.

1. *Diodorum Epicureum*] Eius tantummodo noster hic meminit, quantum equidem scio.

eius, alii temeritatem. Ille interim beatus, ac plenus bonâ conscientiâ, reddidit sibi testimonium vitâ excedens, laudavitque aetatis in portu et ad ancoram actae quietem, et dixit: (quid vos inviti audistis, quasi vobis quoque faciendum fit?)

„*Vixi, et quem dederat cursum fortuna, peregi.*“

- 2 De alterius vitâ, de alterius morte disputatis, et ad nomen magnorum ob aliquam eximiam laudem viro- rum, sicut ad occursum ignotorum hominum minuti canes, latratis. Expedit enim vobis, neminem videri bonum: quasi aliena virtus exprobratio delictorum ve- strorum fit. Inviti splendida cum fordibus vestris con- fertis, nec intelligitis, quanto id vestro detrimento audeatis. Nam si illi qui virtutem sequuntur, avari, libidinosi, ambitiosique sunt: quid vos estis, quibus ipsum nomen virtutis odio est? Negatis quemquam praestare quae loquitur, nec ad exemplar orationis
3 suae vivere. Quid mirum? quum loquantur fortia, ingentia, omnes humanas tempestates evadentia? quum refigere se crucibus contentur, in quas unus- quisque vestrum clavos suos ipse adigit? ad suppli- cium tamen acti stipitibus singulis pendent. Hi qui in se ipsi animadvertunt, quot cupiditatibus, tot cru- cibus

Versus est Virgilii notissi- mus Didonis, Aen. IV, 653. Senecae itaque tempore mor- tem sibi homo, ut videtur, non ignobilis, consciverit ne- cesse est. *In portu — actae.* Lipsius de quiete et privato orio, tanquam se non immise- rit in reipublicae fluctus, in- telligit; ratione loquendi e poetis satis nota, e. c. Horat. Od. II, 10. Navis enim, quae in portu est et in ancoris

consistit, in tuto est. Laudat Diodorum ut Stoicus.

3. *quum refigere — pen- dent]* Quum in eo sint, ut crucibus, i. cupiditatibus suis se liberent, vos unice hoc agitis, ut his ipsis crucibus afficiamini, vestra sponte vos- met ipsos iis adigatis. Illi ta- men si crucibus se liberare non possunt, ideoque poenas dare debent, propter unam cupiditatem puniuntur, quum

sint. Qui sibi hoc proposuit: „Ego mortem eodem vultu audiam, quo ^ciubebo et videbo. ego laboribus, quantumque illi erunt, parebo, animo fulciens corpus. ego divitias et praesentes et absentes aequae contemnam: nec, si alicubi iacebunt, tristior; nec, si circa me fulgebunt, ^danimosior. ego fortunam nec venientem sentiam, nec recedentem. ego terras omnes tanquam meas videbo, meas tanquam omnium. ego sic vivam, quasi sciam aliis me natum, et naturae rerum

3 hoc nomine gratias agam: quo enim melius genere negotium meum agere potuit? unum me donavit omnibus: uni mihi omnes. Quidquid habebō, nec sordide custodiam, nec prodige spargam. nihil magis possidere me credam, quam bene donata: non numero, nec pondere beneficia, nec ulla, nisi accipientis aestimatione, pendam. Nunquam id mihi multum erit, quod dignus accipiet. Nihil opinionis causa, omnia conscientiae faciam: populo teste fieri credam, quid-

c. *iubebo et* ex Erasmo redixi. Sic hyperbato liberabimus Senecam, qua vulgata eum oppresserat.

d. *animosior* Erasmo quoque in codd. invenisse videtur: in margine enim notavit: al. *animosior*. Scripti tamen, ut et ipse in textu, habent: *animo ducor*. Vnde Lipsius coniecit: *animo editior, vel diductior*.

2. *Qui sibi hoc proposuit*] Sunt ea omnia, quae sequuntur dogmata, e doctrina Stoicorum repetita, quae saepe in libro hoc et praecedentibus iam memorata et tractata sunt. *Ego mortem* — meam mihi obnuntiatam, ut Canus (de Tranq. An. 14.) *iubebo et videbo*, ut iudex aliis impositam. *nec si alicubi iacebunt*, nullo aut pravo usu. *ego fortunam* — recedentem. Horat. Od. III, 29. *terras* — omnium. Stoicum

enim se solum esse regem dixisse constat. Diog. Laert. VII, 122. *ego sic* — *agam*. cf. ad II, de Ira 27, 3.

3. *quo* — *potuit?*] quam meliori ratione mei curam gerere, res meas agere, potuit? *non numero* — *beneficia*, quae aliis tribuam. *accipientis*, si sit beneficio dignus. *Nihil opinionis* — *faciam*. Lipsius laudat nostrum de Ira III, 41, 2. Conscientiae satisfiat: nihil in famam laboremus.

quidquid me ^econscio faciam. Edendi erit bibendique 4
 finis, desideria naturae restringere, non implere al-
 vum, et exinanire. Ego amicis iucundus, inimicis
 mitis et facilis, exorabor antequam roger, honestis
 precibus occurram. Patriam meam esse mundum sciam,
 et praefides deos: hos supra me, circaque me stare,
 factorum dictorumque censores. Quandocunque au-
 tem natura spiritum repetet, aut ratio dimittet, testatus
 exibo, bonam me conscientiam amasse, bona studia: nul-
 lius per me libertatem diminutam, ^fa nemine meam.“

XXI. Qui hoc facere proponet, volet, tentabit,
 ad deos iter faciet: nae ille, etiamsi non tenuerit,
 magnis tamen excidet ausis. Vos quidem, qui virtu-
 tem cultoremque eius odistis, nihil novi facitis. nam
 et solem lumina aegra formidant, et averfantur diem
 splendidum nocturna animalia, quae ad primum eius
 ortum stupent, et latibula sua passim petunt, abdu-
 ntur in aliquas rimas timida lucis. Gemite, et infe-
 licem linguam bonorum exercete convicio: ⁱⁿstate,
 com-

e. *conscio*. Erasmus et sententiam sequutus dedi. Vidit et
 Gataker ad Antonin. III. §. 4. p. 69. Antea: *nescio*.

f. *a nemine meam*. Erasmus et libros aliquot sequor: i. e.
 Lipsio interprete: nulli in me ius fuit. Animo mansi ere-
 ctus et liber.

4. *Edendi — exinanire*] indifferentia, sapiens non re-
 Cf. Consol. ad Helv. 9, 10. spuit, e. c. divitiae.
Ego — facilis. cf. de Otio 1. *renuevit*] iter, cursum.
 Sap. XVIII, 4. *Patriam — magnis — ausis*, Ovidiana lo-
sciam. cf. Cic. de fin. III, cutione, Metam. II, 328.
 19. *natura*, i. dii. *ratio di- timida lucis*. Aliquoties iam
mittet, suicidio. supra observavimus, nostrum
 Cap. XXI. Improborum ca- et in eo imitari poetas, quod
 lumnias alias retundit. Et adiectiva genitivis coniungat.
 in his sunt plurima, quae Timidus procellae ap. Horat.
 Senecam traducendum dicta Art. poet. 28. occurrit. *Ge-*
 esse videantur ab eius inimi- *mite*, i. clamate. Sic ge-
 cis. Quae bona habentur, mit Bosphorus ap. Horat. Od.
 et quamvis sint fortuita, et II, 20, 14.

commordete: citius multo frangetis dentes, quam
 2 imprimetis! „Quare ille philosophiae studiosus est,
 „et tam dives vitam agit? quare opes contemnendas
 „dicit, et habet? vitam contemnendam putat, et ta-
 „men vivit? valetudinem contemnendam, et tamen
 „illam diligentissime tuetur, atque optimam mavult.
 „Et exilium nomen vanum putat, et ait: Quid est
 „enim mali, mutare regiones? et tamen, si licet,
 „senescit in patria? Et inter longius tempus et bre-
 „vius nihil interesse iudicat: tamen si nihil prohibet,
 „extendit aetatem, et in multa senectute placidus vi-
 3 „ret?“ Ait ista debere contemni: non, ne habeat;
 sed ne sollicitus habeat. non abigit illa a se: sed ab-
 euntia securus prosequitur. Divitias quidem ubi tu-
 tius fortuna deponet, quam ibi, unde sine querela
 reddentis receptura est? M. Cato quum laudaret Cu-
 rium et Coruncanium, et seculum illud in quo censo-
 rium crimen erat, paucae argenti lamellae, posside-
 bat ipse a quadringenties sestertium: minus sine dubio
 quam

Cap. XXI. a. *quadringenties* Lipsii est coniectura, quae tamen
 digna visa est, ut reciperetur: i. e. duo ferme milliones

3. *illa*] i. opes; vitam, valetudinem etc. *Contemni*, significat itaque h. l. non summo loco haberi, magni non aestimari. Erat autem in vitiis Sioicorum, ut verbis aliam ac vulgarem vim dare solerent, ut vel e Cicerone notum est. Cf. ad de Constant. Sap. 3, 1. *M. Cato*, Vticensis, ut sequentia docent. Cato enim maior s. censorius, si haec deessent, hic bene locum haberet, quippe qui ap. Cic. in Catone mai. c. 13. 16. et *M. Curium*, et *Tiber. Coruncanium*,

celeberrimos sui aevi, i. tempore belli Pyrrhi, propter simplicitatem morum et paupertatem laudibus extollit. *censorium crimen*, Val. Max. II, 9, 4. explicat: Cornelium Ruffinum bis consulem — Fabricius censor Senatu movit, quod decem pondo argentea vasa haberet (conf. Liv. epit. lib. 14. Plutarch. Sulla, c. 1. ubi vid. Leopold.). Factum hoc est hoc ipso seculo, de quo noster loquitur, a. V. C. 479. *lamellae*, vid. ad Vit. Brevit. XII, 1.

quam Crassus, plus tamen quam censorius Cato. Maiore spatio, si comparentur, proavum vicerat, quam a Crasso vinceretur. Et si maiores illi obvenissent opes, non sprevisset. nec enim se sapiens indignum ullis muneribus fortuitis putat. Non amat divitias, sed mavult: non in animum illas, sed in domum recipit: nec respuit possessas, sed continet, et maiorem virtuti suae materiam subministrari vult.

XXII. Quid autem dubii est, quin maior materia sapienti viro sit, animum explicandi suum in divitiis, quam in paupertate? quum in hac unum genus virtutis sit, non inclinari, nec deprimi: in divitiis, et temperantia, et liberalitas, et diligentia, et dispositio, et magnificentia, campum habeat patentem. Non contemnet se sapiens, etiamsi fuerit minimae staturae: esse tamen se procerum volet. et exilis corpore, ac amisso oculo valebit: malet tamen sibi esse corporis robur. Et haec ita, ut sciat esse aliud in se valentius. malam valetudinem tolerabit, bonam optabit. Quaedam enim, etiamsi in summam rei parva sunt, ut
et

thal. Borussic. s. circa 400,000 aurei, a Friderico appellati (Lipsius: decies centena millia Philippicum). Veritas coniecturae apparet ex comparatione subsequente, quum addit Seneca, magis victum ab eo proavum Catonem, quam a Crasso ipsum. Atqui Crassus bis millies possedit: i. e. quinquies tantum. Antea: *quadrages* i. plus quam 150,000 thal. Borussic. s. 30,000 aurei Fridericiani (Lipsius: centena millia Philippicum): modica, ait Lipsius, vel exigua potius summa in Catonis Uticensis illo aevo. Laudat Admiranda Romae, a se perscripta II, cap. ultim.

Cap. XXII. Sapienti divitiarum et omnia illa, quae indifferentia vocabant Stoici, ampliores praebent materiam et campum, exercendi virtutem.

1. *animum explicandi*] virtutes animi ostendendi. *diligentia*, in quaerendo et
tuendo: *dispositio* autem in collocando et administrando cernitur.
2. *in summam rei*] i. si cum bono principali i. virtute comparantur. Sunt haec, secundum Stoicos, adiaphora, notante Lipsio e Diogene Laert. VII, 104. quae nec

et subduci sine ruina principalis boni possint, adiiciunt tamen aliquid ad perpetuam laetitiam, et ex virtute nascentem. Sic illum afficiunt divitiae, et exhilarant, ut navigantem secundus et ferens ventus, ut dies bonus, et in bruma ac frigore apricus locus. Quis porro sapientum, nostrorum dico, quibus unum est bonum virtus, negat etiam haec quae indifferentia vocamus, habere in se aliquid pretii, et alia aliis esse potiora? Quibusdam ex his tribuitur aliquid honoris, quibusdam multum. Ne erres itaque, inter potiora divitiae sunt. „Quid ergo,“ inquis, „me derides, quum eundem apud te locum habeant, quem apud me?“ Vis scire, quam non habeant eundem locum? mihi divitiae si effluerint, nihil auferent, nisi semetipsas: tu stupebis, et videberis tibi sine te relictus, si illae a te recefferint. apud me divitiae aliquem locum habent: apud te, summum. ad postremum, divitiae meae sunt: tu divitiarum es.

XXIII. Define ergo philosophis pecuniâ interdicere. nemo sapientiam paupertate damnavit. Habebit philosophus amplas opes: sed nulli detractas, nec alie-

nec ad felicitatem, nec ad infelicitatem conferunt: ut sunt divitiae, sanitas etc. Mox noster ea appellat *indifferentia*, quae alias nominantur media. Cicero ea vocat producta, praeposita, praecipua (προηγμένα), et reiecta (ἀποπροηγμένα) de Finib. III, 4, 16. illa aestimationem, ἀξίαν, honorem, habent, ideoque digna sunt, quae appetantur, e. c. virtutes animi et corporis, et opes, gloria etc.; haec de-

fugienda sunt. Vfus dat iis nomen, sive quum virtus, sive quum malitia accessit. Plura dabit Lipsius in Manu-duct. II, 21, 22.

Cap. XXIII. Philosophus divitias admittet iisque bene utetur. Donabit quoque, sed ex recta causa.

1. *nemo — damnavit*] i. nullus philosophus praescripsit, ut, qui ad sapientiam adspirent, pauperes esse debeant. Loquendi ratio consonat ad illam: damnari votis, ob-

alieno sanguine cruentas, sine cuiusquam iniuria partas, sine fordidis quaestibus, quarum tam honestus sit exitus quam introitus, quibus nemo ingemiscat, nisi malignus. In quantum vis, exaggera illas, honestae sunt: in quibus quum multa sint quae quisque sua dicere velit, nihil est quod quisquam suum possit dicere. Ille vero fortunae benignitatem a se non sub-²movebit, et patrimonio per honesta quaesito nec gloriabitur, nec erubescet. Habebit tamen etiam quo gloriatur, si apertâ domo, et admiffâ in res suas civitate, poterit dicere: Quod quisque suum agnoverit, tollat! O magnum virum, optime divitem, si opus ad hanc vocem consonet! si post hanc vocem tantundem habuerit! ita dico, si tutus et securus scrutationem populo praebuerit: si nihil quisquam apud illum invenerit, quo manus iniiciat: audaciter et propalam erit dives. Sicut sapiens nullum denarium in-³tra limen suum admittet, male intrantem: ita et magnas opes, munus fortunae, fructumque virtutis, non repudiabit, nec excludet. Quid enim est, quare illis bonum locum invideat? veniant, hospitentur. Nec iactabit illas, nec abscondet. alterum ^ainfruniti animi est;

Cap. XXIII. a. *infruniti*. Lipsius e suo cod. dedit. Lud. Carrio (Emendation. Lutet. 1584. lib. II. fol. 24.) sic iam coniecerat. Antea: *infirmi*.

obstringi ad vota solvenda. *malignus*, propter invidiam.

2. *per honesta*] negotia; honeste. Est autem nostrae familiaris mos, ut neutro plurali adiectivorum uti amet loco adverbiorum, vel substantivorum. *quo manus iniiciat*, ad res suas vindicandas. Est vocabulum proprium

de eo, qui res sibi vindicat, ut proprias. Liv. III, 43.

3. *infruniti animi*] i. insolentis, itulti. In Glossis, ἀπειρόκαλος, laudante Lipsio, qui et nostrum de Benef. III, 16, 2. Auli Gellii Noct. Attic. IV, 9. et Festum adhibuit et cum ἀφρων vel infrons (a frons, tis)

com-

est; alterum timidi et pusilli, velut magnum bonum intra finem continentis. Nec, ut dixi, eiiciet illas e domo. Quid enim dicet? utrumne, inutiles estis: 4 an, Ego uti divitiis nescio? Quemadmodum etiam si pedibus suis poterit iter conficere, descendere tamen vehiculum malet: sic si poterit esse dives, volet: et habebit utique opes, sed tanquam leves et avolaturas: nec ulli alii, nec sibi graves esse patietur. Donabit. Quid erexitis aures? quid expeditis finem? Donabit, aut bonis, aut iis quos facere poterit bonos. Donabit cum summo consilio, dignissimos eligens: ut qui meminerit, tam expensorum quam acceptorum rationem esse reddendam. Donabit ex recta et probabili causa. nam inter turpes iacturas malum munus est. Habebit finem facilem, non perforatum: ex quo multa exeant, nihil excidat.

XXIV. Errat, si quis existimat facilem rem esse donare. Plurimum ista res habet difficultatis, si modo consilio tribuitur, non casu et impetu spargitur. Hunc promereor, illi reddo: huic succurro, huius misereor. Illum instruo, dignum quem non ^adeducat paupertas, nec occupatum teneat. Quibusdam non dabo, quamvis desit: quia etiam si dedero, erit defuturum. quibusdam offeram, quibusdam etiam inculcabo.

Cap. XXIV. a. *deducat* i. deprimat. Sic codd. fere omnes.
Antea: *diducat*.

comparavit. Occurrit et Macrobius Saturn. V, 1. extr.

4. *quid expeditis finem*] togae ad excipienda munera.

Cap. XXIV. Nec ulli beneficium liberalitas, nisi sapienti, a quo longe distat studiosus sapientiae: ille enim factis sententiam, divitias utiles

quidem, sed bonum non esse, comprobatur.

1. *illum instruo — teneat*] Beneficiis pauperem orno, lautiores amplioresque facio, ne a paupertate inclinatur, neu deprimatur. Hanc liberalitatem nostro proprio fuisse Iuvenalis V, 108. 109. et Martialis XII, 36, 8. qui non

bo. Non possum in hac re esse negligens: nunquam magis nomina facio, quam quum dono. „Quid? tu,“² inquis, „recepturus donas?“ immo non perditurus. Eo loco fit donatio, unde repeti non debeat, reddi possit. Beneficium collocetur, quemadmodum thesaurus alte obrutus: quem non eruas, nisi fuerit necesse. Quid? domus ipsa divitis viri, quantam habet beneficiendi materiam? Quis enim liberalitatem tantum ad togatos vocat? hominibus prodesse natura iubet: servi liberine sint, ingenui an libertini, iustae libertatis, an inter amicos datae, quid refert? ubicunque homo est, ibi beneficio locus est. Potest itaque pecuniam etiam intra limen suum diffundere, et liberalitatem exercere: quae non quia liberis debetur, sed quia a libero animo proficiscitur, ita nominata est. Haec apud sapientem nec unquam in turpes indignosque impingitur, nec unquam ita defatigata errat, ut non, quotiens dignum invenerit, quasi ex pleno fluat. Non est ergo quod perperam exaudiatis, quae honeste, forti-

non ita longe post Senecam floruerunt, a Lipsio laudati, docent. *inculcabo*, obtrudam, et vel invitis donabo. *nomina facio* commodo, do mutuum.

2. *togatos*] romanos cives, quibus toga uti tantum licuit. *libertini* s. manumissi, qui proinde ingenuis recte opponuntur. Ex hoc loco et aliis perspicias, quod obiter moneo, quam vere Ernesti Sueton. Claud. XXIV explicaverit. *liberti* ad dominum, *libertini* ad genus hominum referuntur: quod nunc notum est. *iustae* — *datae*. Iusta libertas fuit, quae secundum le-

ges data est servis, i. vindicta, censu, testamento. Hi tali modo manumissi plane pleneque erant liberi. Non iusta libertas, inter amicos, in convivio, per epistolam data libertos adhuc vinculo quodam attribuit servituti: quin etiam deleri poterat. Lipsius ad Tac. Annal. XIII, 27. Cf. Adams *Handbuch der röm. Alterthümer*. Tom. I. p. 72. sqq.

3. *Non est* — *exaudiatis*,] i. male interpretemini. *studiosis sapientiae*. Stoici, quibus virtus scientia est, vitium, ignorantia, distinguunt inter *studiosum* (*σπουδαῖον*), qui operam adhuc dat,

fortiter, animose, a studiosis sapientiae dicuntur: et
 4 hoc primum attendite. Aliud est, studiosus sapientiae: aliud, iam adeptus sapientiam. Ille tibi dicit: „Optime loquor, sed adhuc inter mala volutor plurima. Non est, quod me ad formulam meam exigas; quum maxime facio me et formo, et ad exemplar ingens attollo. si processero, quantum proposui, exige; ut dictis facta respondeant. „Asscutus vero humani boni summam, aliter tecum aget, et dicit:“ Primum, non est, quod tibi permittas de melioribus ferre sententiam. mihi iam, quod argumentum est recti,
 5 tigit, malis displicere. Sed ut tibi rationem reddam, quam nulli mortalium invideo, audi, quid promittam, et quanti quaeque aestimem. Divitias nego bonum esse: nam si essent, bonos facerent. nunc quoniam quod apud malos deprehenditur, dici bonum non potest; hoc illis nomen nego. ceterum et habendas esse, et utiles, et magna commoda vitae afferentes, fateor.

XXV. Quid ergo est? quare illas non in bonis numerem, et quid in illis praestem aliud, quam vos, quoniam inter utrosque convenit habendas, audite. Pone in opulentissima me domo, pone ubi aurum argentumque in promiscuo usu sit: non suspiciam me ob ista, quae etiam si apud me, extra me tamen sunt. In sublicium pontem me transfer, et inter egentes abiice: non ideo tamen me despiciam, quod in illorum numero confideo, qui manum ad stipem porrigunt. quid enim ad rem, an frustum panis desit, cui
 non

dat, et *eruditum* (πεπαιδευμένον), qui iam adeptus est sapientiam. Lipsius in Manud. II, 1.

C. XXV. Continuatio.

1. *praestem*] ostendam, proferam iis utens. *In sublicium pontem.* Saepius ut sedes mendicorum iste pons

Tiberi impositus, ideoque hominum praetereuntium frequentia celebratus commemoratur apud Veteres: e. c. Ovid. Ibi. 418. Martial. X, 5. Iuvenal. XIV, 134. IV. 116. De ponte sublicio cf. Adleri descriptionem Romae, p. 36.

non deest mori posse? Quid ergo est? domum illam splendidam malo, quam pontem. Pone in instrumentis splendidibus, et delicato apparatu: nihilo me felicioram credam, quod mihi molle erit amiculum, quod purpura in conviviis meis substernetur. Nihilo inferior ero, si lassae cervix mea in manipulo foeni acquiescet, si super Circense tomentum, per farturas veteris linteae effluens, incubabo. Quid ergo est? malo quid mihi animi sit ostendere, ^apraetextatus et chlamydatas, quam nudis scapulis aut semitectis. Vt ³ omnes mihi dies ex voto cedant, novae gratulationes prioribus subtexantur: non ob hoc mihi placebo. Muta in contrarium hanc indulgentiam temporis: hinc illinc percutiatur animus, damno, luctu, incurfionibus variis, nulla omnino hora sine aliqua querela sit: non ideo me dicam inter miserissima miserum, non ideo aliquem execrabor diem. provisum est enim a me, ne quis mihi ater dies esset. Quid ergo est? malo gau-

O o 2

dia

Cap. XXI. ^a. *praetextatus et chlamydatas*. Hanc lectionem in codd. reperiri apud Grat. et Lipsium in propatulo est. Sententia etiam agnoscit. Praestantissima haud dubie praeferam, ait noster, iis, quae sunt minoris pretii aut vilissimae. Iam vero et *praetextam et chlamydem* fuisse praestantiorum vestium genera, constat. Cf. Ernesti Clav. Cic. De *praetextatus* una codd. scriptura est, quam Lipsius immerito mutavit in: *pexatus*: maior varietas occupat in codd. alteram vocem: *clamidatus*, *candidatus*, *camisatus*, *causeatus*, *canusinatus* (ap. Muretum), *gausapatus*, quae posterior Lipsio placuit. *Candidatus* habet Erasim. Facile intelligis, omnes has voces vel aberrationes, vel inepta interpretamenta li-

2. *molle amiculum*:] e meliore lana confectae vestes coenatoriae, et saepe purpureae, et stragulae et pulvilli, s. triclinaria, quae Plin. N. H. IX, 36. e dibapha tyriam vulgo facta ostendit. *Circense tomentum* villi lanaeque breves et paleae sectaeque stra-

menta, ad inferciendas culcitae adhibita a pauperibus, qui s. ludis Circensibus tali tomento usi sunt, s. in Circo factis indormierunt. Martial. XIV, 159. 160.

3. *Vt omnes*] i. etiam si o. *provisum — esset*. Omnia illa ut a fortuna profecta inter in-

4 dia temperare, quam dolores compefcere. Hoc tibi ille Socrates dicit: „Fac me victorem univerfarum gentium: delicatus ille Liberi currus triumphantem usque ad Thebas a folis ortu vehat: iura reges Perfaram petant: me hominem efle tum maxime cogitabo, ^b quum Deus undique confalutabor. Huic tam fublimi fastigio coniunge protinus praecipitem mutationem: in alienum imponar ferculum, exornaturus victoris fuperbi ac feri pompam: non humilior fub alieno curru agar, quam in meo fteream.“ Quid ergo eft? vincere tamen, quam capi malo. Totum fortunae regnum defpiciam: fed ex illo, fi dabitur electio, molliora fumam. Quidquid ad me venerit, bonum fiet: fed malo faciliora ac iucundiora veniant, et minus vexatura tractantem. Non eft enim quod ullam exiftimes efle fine labore virtutem, fed quaedam virtutes

ftimulariorum efle. Eliminavi proinde Lipfii ferus: *Pexatus et gausapatus* e textu. Mox: *ant femitectis* e codd. bene eruit Lipfius. Ap. Erafinum defunt.

b. *quum Deus undique confalutabor.* Egrege reftituit Lipfius (Elect. II, 9.). Erafinus habet: *cum Diis undique confalutabo.* Pravo aut nullo fenfu.

indifferentia numero; ideoque five bene five male mecum egerit fortuna, ratio et fapientia mihi omnia, quocunque modo ceciderint, bona et candida facient. *atq; dies* i. infelix, infaufus.

4. *ille*] celeberrimus. *delicatus* — *vebat.* Triumphos ducam per totum terrarum orbem, Bacchi more, quem Thebis, Boeotiae urbe oriundum, domitis Indis, in urbem patriam rediiffe triumphantem conftat, e. c. ex Ovidii Metam. etc. Est res tritiffima. *delicatus*, molliffime

exornatus, gemmeus aureusque. *veges Perf.* vt potentiffimi in Oriente, praefertim Socratis tempore, quum reges magni nominarentur. Socratem haec loqui inducit, quoniam vt omnis philofophiae, ita ftoicae pater praedicabatur. Verbo tantum moneo, mentionem *ferculi*, currus, ut mox ipfe explicat, ad morem Imperatorum romanorum, triumphantium translata effe, parum atticum.

5. *Non eft* — *virtutem:*] hoc iam ex eo patet, quod virtus difci debet, fecundum Stoi-

stimulis, quaedam fraenis egent. Quemadmodum corpus in proclivo retineri debet, in ardua impelli: ita quaedam virtutes in proclivi sunt, quaedam clivum subeunt. An dubium sit, quin escendat, nitatur, obluetur 6 patientia, fortitudo, perseverantia, et quaecunque alia duris opposita virtus est, et fortunam subigit? Quid ergo? non aequè manifestum est per devexum ire liberalitatem, temperantiam, mansuetudinem? In his continemus animum, ne prolabatur: in illis exhortamur, incitamusque. Acerrimas ergo paupertati adhibebimus, illas, quae impugnatae fiunt fortiores: divitiis illas diligentiores, quae suspensum gradum ponunt, et pondus suum sustinent.

XXVI. Quum hoc ita divisum sit, malo has in usu mihi esse, quae exercendae tranquillius sint; quam eas, quarum experimentum sanguis et sudor est. Ergo non ego, inquit sapiens, aliter vivo quam loquor, sed vos aliter auditis. Sonus tantummodo verborum ad aures vestras pervenit: quid significet, non quaeritis. „Quid ergo inter me stultum, et te sapientem interest, si uterque habere volumus?“ Plurimum. Divitiae enim apud sapientem virum in servitute sunt: apud stultum in imperio. sapiens divitiis nihil permittit: vobis divitiae omnia. Vos, tanquam aliquis vo-

O o 3

bis

c. quae impugnatae fiunt fortiores. Erasmi et all. librr. bona lectio, quam tamen haud multum abest Lipsius, quin possinat Graecismo: *pinguare sunt fortiores*: hoc est, simplicius contortiori.

Stoicos. Aliter sensit II de Ira XIII, 3 ubi videtis. Sed quaedam — egent. illae in rebus trepidis et adversis, haec in prosperis. Bene laudat Lipsius Epistol. 66. fin. sed noster in seqq. sententiam suam ipsa fatis dilucide exposuit.

C. XXVI. Discrimen inter divitem stultum i. nullà phi-

losophiâ excultum, et sapientem. Sequitur admonitio ad virtutem suscipiendam.

i. *sanguis et sudor est*:] quae nonnisi in rebus asperis exerceri possunt: quas nonnisi sanguine, ut inter tormenta, et sudore, multo labore, ostendere et probare possumus. *habere* divitias. *Divitiae*. cf. supra Cap. XXII, 4.

bis aeternam possessionem earum promiserit, assuescitis illis, et cohaeretis: sapiens tunc maxime paupertatem meditatur, quum in mediis divitiis constitit. Nunquam imperator ita paci credit, ut non se praeparat bello: quod etiam si non geritur, indictum est. Vos domus formosa, tanquam nec ardere nec ruere a possit, insolentes vos opes, tanquam periculum omne transcenderint, maioresque sint quam quibus consumendis fatis virium habeat fortuna, obstupesciunt! Otiosi divitiis luditis, nec providetis illarum periculum: sicut barbari plerumque inclusi, et ignari machinarum. fegnes laborem obsidentium spectant, nec quo illa pertineant, quae ex longinquo struuntur, intelligunt. Idem vobis evenit: marcetis in vestris rebus, nec cogitatis, quot casus undique immineant, iamque pretiosa spolia laturo. Sapienti quisquis abstulerit divitias, omnia illi sua relinquet: vivit enim praesentibus laetus, futuri securus. „Nihil magis,“ Socrates inquit, „aut aliquis alius, cui idem ius adversus humana atque eadem potestas est, persuasi mihi, quam ne ad opiniones vestras actum vitae meae flecterem. Solita conferte undique verba: non conviciari vos putabo, sed vagire velut infantes miserimos.“ Haec dicet ille, cui sapientia contigit: quem

animus

Cap. XXVI. a. *possit, insolentes vos opes.* Sic distinxi, sententia postulante. Antea: *possit, insolentes, v.* At opes epitheto non bene carere possunt, deinde allocutio esse nequit, quum sequitur: *obstupesciunt.* Coniungo itaque *opes* cum *τψ insolentes*, magna.

2. *meditatur*] praeparat se exercetque ad paupertatem aequo animo ferendam. *quod — indictum est*, quoniam mox geri potest. Argutius hoc dictum esse, facile intelligas.

3. *sicut barbari — intelligunt.*] Apposite laudat Lip-

sus Iulii Caesaris Comment. B. G. II, 30. et Tacit. Anal. 12.

4. *cui idem — est*] atque Socrati. *opiniones* falsas et improbas. *Solita — verba* h. e. conviciamini. *cui sapientia contigit*, quocum sapientia coniuncta est.

animus vitiorum immunis increpare alios, non quia odit, sed in remedium, iubet. Adiciet his illa: „Exi- 5
stimatio me vestra non meo nomine, sed vestro mo-
vet. odisse et laceffere virtutem, bonae spei eiuratio est.
Nullam mihi iniuriam facitis; sicut ne diis quidem hi,
qui aras evertunt: sed malum propositum apparet,
malumque consilium, etiam ubi nocere non potuit.
Sic vestras allucinationes fero, quemadmodum Iupiter
optimus maximus ineptias poëtarum: quorum alius illi
alas imposuit, alius cornua: alius adulterum illum in-
duxit, et abnoctantem: alius saevum in deos, alius 6
iniquum in homines: alius raptorum ingenuorum cor-
ruptorem, et cognatorum quidem: alius parricidam,
et regni alieni paternique expugnatorem. Quibus nihil
aliud actum est, quam ut pudor hominibus peccandi
demeretur, si tales deos credidissent. Sed quamquam
ista me nihil laedant, vestrâ tamen vos moneo causâ:
suspicite virtutem. Credite his, qui illam diu secuti, 7
magnum quoddam ipsos, et quod in dies maius appa-
reat, sequi clamant. Et ipsam ut deos, et professo-

O o 4

res

5. *bonae spei eiuratio*,] ab-
dicatio. Val. Max. II, 7, 7. Lip-
sius confert de Benef. VI, 4, 2.
aversari et eiurare ius fasque—,
et Festum: eiuratio significat,
non posse id, quod desideratur,
praestari. *allucinationes*; con-
vicia ficta. *Iupiter*. Similia
occurrunt de Constant. Sap.
VI, 2. de Benef. VII, 7. —

6. Mythologica, quae se-
quuntur, notiora sunt, quam
ut iis longius immoremur.
Leda convenisse fingitur in
cygnum mutatus, Europam
cornua gerens: adulteravit
Alcmenam. Saevus fuit in
Saturnum, quem exsecuit, et

Vulcanum, quem praecipita-
vit e coelo; Ganymedem, Tro-
is filium, cognati propter stir-
pis auctorem Dardanum (Hom.
II. v, 215.) cum Iove, rapuit
etc. *faveate linguis*: quum fa-
vorem, applausumve indican-
di causâ in usu erat, tum in
sacris faciendis a sacerdote iis,
qui aderant, silentium, ne
verba mali ominis dicerent,
imperabatur, *εὐφημί' ἔσω*,
εὐφημεῖτε. Postremo sensu
noster hoc vocab. sacrum in-
terpretatus est. Non hoc vo-
lo, ut faveatis bonis, sed ut
de iis sileatis. Sic bene ex-
ponit Lips.

res eius ut antistites colite: et quotiens mentio sacra literarum intervenerit, favete linguis! ^bHoc verbum non, ut plerique existimant, a favore trahitur: sed imperatur silentium, ut rite peragi possit sacrum, nulla voce malâ obstrepente.

XXVII. Quod multo magis necessarium est imperari vobis, ut, quotiens aliquid ex illo proferetur oraculo, intenti et compressâ voce audiat. Quum sistrum aliquis concutiens ex imperio mentitur; quum aliquis secandi lacertos suos artifex, brachia atque humeros suspensâ manu cruentat; quum aliquis genibus per viam repens ululat; laurumque linteatus fenex, et medio lucernam die praeferens, conclamat, iratum aliquem deorum; concurritis et auditis, et divinum esse

b. Hoc — *obstrepente*. Fuerunt, qui pro supposito totam hanc ἰστορίαν haberent, e. c. Joseph. Castalio (Obss. in Critic. Lugd. 1608. p. 118 sq.). Immerito. Nec Lipsii coniecturae: *ad favorem trahitur*, sive etiam *trahit* accedo. Senecae mens est, hoc verbum non a favore sacris praestando deducendum esse, sed a favore, qui linguae praebeatur, quippe quam ne dii malo quo afficiant infausta proferentem metuendum sit: ideoque ad silentium hoc verbum refert noster. Sic Graeci: Σίγα πάς ἔσω λέως, quod saepe ap. Aristophanem occurrit.

Cap. XXVII. Alloquium Socratis adversus calumniatores veritatis et virtutum.

1. Vides hic superstitio- num et fanatici generis quaedam commemorari, iis, quae vel nostro tempore passim spectantur potissimum in occidentalibus Europae regionibus haud dissimilia. *Quum sistrum* — *cruentat* — ad Isis sacerdotes et Gallos Cybeles s. matris Deum antistites et Bellonarios spectat, qui ex Aegypto et Phrygia haec sacra enthusiastica (cf. Heynii

Commentat. de Religionum et sacrorum cum furore praest. origg. et caus. T. VIII. Commentat. Soc. reg. Scient. Gotting.) Romam attulere. *Sistrum*, crepitaculum aeneum (hinc aera dicuntur a Tibull. I, 3, 24) Isis sacerdotibus proprium, quo ad divinationes usi esse videntur. *quum* — *ululat* fanatico furore actus ad deos placandos (Tibull. I, 2, 85. ib. Heyne). *laurumque* — *praeferens* et hic ad fanaticos pertinebat, aegyptiorum sacerdotum ritu indutus

Lin-

esse eum, invicem mutuum alentes stuporem, affirmatis. ^a Ecce Socrates ex illo carcere, quem intrando ² purgavit, omnique honestiorem curiâ reddidit! Proclamat: „Quis iste furor? quae ista inimica diis hominibusque natura est? infamare virtutes, et malignis sermonibus sancta violare? Si potestis, bonos laudate: si minus, transite. Quod si vobis exercere tetram istam licentiam placet, alter in alterum incurfate, nam quum in coelum insanitis, non dico

O o 5

„faci-

Cap. XXVII. a. *Ecce Socrates ex illo — reddidit! Proclamat etc.* Hac distinctione Senecam a crimine negligentiae liberavimus. Conf. not. Antea: *Ecce — reddidit, proclamat etc.* Omitto ineptas coniecturas, eo nomine cufas, ut, quae ad Socratem vivum spectare non poterant, ad Senecam ipsum referrentur.

lintheo: laurus et lucerna, illa vaticinii s. enthusiasmi, haec lustrationis signum. *divinum*, instinctum divino numine.

2. *Socrates.*] Quae hic Socratem inducit noster loquentem, sunt haud dubie praeclara et eo digna. Difficultas tamen haud exigua existit ex eo, quod §. 5. anachronismi occurrunt, omnem orationis probabilitatem funditus evertentes. Proinde fuisse, qui ea ad Senecam, tamquam sua persona loquentem retulerint: quamquam omnia haec continuo filo cohaerent, nec a Seneca fatis decore dici possunt: o vos — *conspicere*, et cap. 28. *at ego ex alto prospiciens* etc., quae ad eo capiti 24, 4. aperte ad-versantur. Haecenus bene refutat Lipsius istam opinionem. At quum ipse ad prof-

opropoeiam doctius quam aptius confugit, nullam loco, ut ipse innuit, conclamato, opem attulit. Quare tandem a calumniis, quas Athenaeus (*Diapnosophist.* V, 16 sqq. p. 325. ed. Schaeffer.) in Platonem aliosque philosophos effundit, (*πάντ' οὖν ψεύδονται οἱ φιλόσοφοι*, ait, *καὶ πολλὰ παρὰ τοὺς χρόνους γράφοντες οὐκ αἰσθάνονται*) excusationem petivit. Enimvero his argutiis recte carebimus: saniore enim interpunctione instituta locus facilis est ad expediendum: modo non illud: *ex illo carcere* ad: *proclamat* referatur. „Ad istam procacitatem vestram, ait Seneca, reprimendam adducam vobis hominem, qui multa sublimia et dixit et magno animo exsequutus est. Ecce Socrates nunc vobis adest ex illo carcere! Proclamat

mar

„sacrilegium facitis, sed operam perditis. Praebui
 „ego aliquando Aristophani materiam iocorum: tota
 „illa mimicorum poetarum manus in me venenatos fa-
 3 „les suos effudit. Illustrata est virtus mea, per ea
 „ipsa, per quae petebatur. produci enim illi et tenta-
 „ri expedit: nec ulli magis intelligunt quanta sit,
 „quam qui vires eius lacescendo senserunt. Duritia
 „silicis nulli magis, quam ferientibus, nota est. Prae-
 „beo me non aliter, quam rupes aliqua in vadoso
 „mari destituta, quam fluctus non desinunt undecun-
 „que moti sunt verberare: nec ideo aut loco eam mo-
 „vent, aut per tot aetates crebro incurfu suo consu-
 4 „munt. Affilite, facite impetum: ferendo vos vin-
 „cam. In ea, quae firma et insuperabilia sunt, quid-
 „quid incurrit, malo suo vim suam exercet. Proinde
 „quaerite aliquam mollem cedentemque materiam, in
 „quam tela vestra figantur. Vobis autem vacat alie-
 „na scrutari mala, et sententias ferre de quoquam?
 „Quare hic philosophus laxius habitat, quare hic lau-
 „tius coenat? Papulas observatis alienas, ipsi obfiti
 5 „plurimis ulceribus. Hoc tale est, quale si quis pul-
 cher-

mat etc.“ Iam vero omnes ana-
 chronismi, prosopopoeiae et
 excusationes evanescent. Ex
 alto enim Socrates prospicit,
 retundens procaces illos sa-
 pientiae contemptores. *Prae-
 bui — effudit.* Cf. Xenoph.
 Sympos. VI, 6 sqq. Oeconom.
 II, 3. In primis ab Aristophane,
 in Comoedia, Nubes
 (Νεφέλαι) inscripta, Eupo-
 li et Amipsia exagitatum con-
 stat Socratem. cf. Schol. ad
 Aristoph. Nub. 96. 129. Fa-
 bricii Bibl. Graec. Vol. II. p.
 363. 445. 409. Menag. ad

Diogen. Laert. II, 28. Causae
 vero huius irrisionis contine-
 bantur eo, quod Socrates iu-
 venis Sophistarum, quos po-
 tissimum exagitandos sibi su-
 merent Comici, scholas fre-
 quentaret, et postea Euripi-
 dis, quicum Comici itidem
 depugnarunt, amicus esset.
 Egregie causas hasce, primus,
 nisi fallor, exposuit Tychsen,
 Profess. Gotting. (*Bibliothek
 der alten Literatur u. Kunst.*
 St. I. p. 41 sqq. *mimicorum i.*
comicorum.

„cherrimorum corporum naevos aut verrucas deri-
 „deat, quem foeda scabies depascitur. Obiicite Pla- 6
 „toni, quod petierit pecuniam: Aristoteli, quod ac-
 „ceperit: Democrito, quod neglexerit: Epicuro, quod
 „consumserit: mihi ipsi Alcibiadem et Phaedrum ob-
 „iectate. O vos ^b usu maxime felices, quum primum
 „vobis imitari vitia nostra contigerit! Quin potius
 „mala vestra circumspicitis, quae vos ab omni par-
 „te confodiunt, alia grassantia extrinsecus, alia in vi-
 „sceribus ipsis ardentia? Non eo loco res humanae
 „sunt, etiam si statum vestrum parum nostis, ut vobis
 „tantum otii supersit, ut in probra meliorum agitare
 „linguam vacet.

XXVIII. „Hoc vos non intelligitis, et alienum
 „fortunae vestrae vultum geritis: sicut plurimi quibus
 „in circo aut in theatro desidentibus, iam funesta do-
 „mus est, nec annuntiatum malum. At ego ex alto
 „prospiciens, video quae tempestates aut immineant
 „vobis, paulo tardius rupturae nimbium suam, aut iam
 „vicinae vos ac vestra rapturae, propius accesserint.
 „Quid porro? nonne nunc quoque (etiam si parum sen-
 „titis) turbo quidem animos vestros rotat, et involvit,
 „fugientes petentesque eadem, et nunc in sublime al-
 „levatos, nunc in infima allisos rapit? **** a.“

b. *usu* Lipsius et Gronovius hic adhaeserunt. Ille emendat:
 O vos isti: hic, O vos tum maxime felices! Nam *usu* i. expe-
 riendo, hic parum aptum est. Fortasse eam ob causam to-
 tum hoc eiecerat Muretus. Sed *usu* est hic, ut saepius, i. q.
 eo casu, si hoc fieret, tum.

Cap. XXVIII. a. Hic esse lacunam, haud parvam, patet. Hinc
 signa lacunae apponi iussimus. Lipsio praeunte Opusculum
 de Otio aut Secessu Sapientis seiunximus, quippe a toto
 argumento omnino alienum.

5. *Platoni*] dum navigat
 in Siciliam, ad Dionysium et
 Dionem. Lipsius. Diog. Laert.
 III, 3. quaedam habet, quae
 huc referas. *Aristoteli* — ac-

ceperit ab Alexandro M. *Democrito* — *neglexerit*, cf. ad VI de
 Provident. §. 1. *Epicuro* —
consumserit. Diog. Laert. X, 7.
 Cap. XXVII. Continuatio.

ADDEN-


ADDENDA ET CORRIGENDA.

- p. 2. nott. col. 2. l. ult. post ruina inferas: §. 5.
 — 5. V. L. lin. 17. leg. *perimunt*, non: *percimunt*.
 — 6. nott. col. 1. l. 12. loco $\xi\gamma\omega$ leg. $\xi\sigma\omega$.
 — 8. V. L. lin. antep. leg. Heusing.
 — 14. l. 8. leg. quum, loco cum.
 — 16. l. 12. loco cum leg. quum.
 — 20. nott. col. 2. lin. 17. leg. obsedit.
 — 26. nott. col. 1. l. 6. leg. liberorum. ib. nott. col. 2. lin. 1. leg. eclecticico.
 — 39. nott. col. 2. l. 5. post: nota inferas: *uxor* flagranti crimine comprehensa, ideoque adultera et tantopere impudica, ut mortem adeo contemneret, modo libidini suae indulgere possit.
 — 43. l. 10. leg. quae non sunt irae, non m. etc. deleta vocula: et cum media interpunctio.
 — 46. l. 18. leg. quum.
 — 47. l. 8. leg. quum.
 — 57. nott. col. 2. l. 7. leg. Mufonii. 60. V. L. l. 3. l. $\tau\phi$.
 — 86. V. L. l. 17. post invitans addas: cf. Ernesti ad Sueton. Claud. 39. b.
 — 87. l. 20. leg. quum volēs.
 — 93. nott. col. 1. l. 7. leg. quam. ibid. l. 13. inferas: cf. ad C. XI, 1. de. Const. Sap.
 — 113. nott. col. 1. l. 10. leg. non nimis. col. 2. l. 7. dele: in contrarium — flectamus.
 — 129. l. 7. dele virgulam post: pedes. nott. col. 1. l. 7. inferas post Platon. in Symposio.
 — 142. V. L. l. 1. leg. Servus.
 — 143. V. L. lin. antepen. inferas: eadem loquendi series occurrit de Const. Sap. C. IX, 2.
 — 145. l. 12. leg. defināt.
 — 148. nott. col. 1. l. 20. dele §.
 — 152. nott. col. 2. l. 2. post inferendae addas: e Stobaei Florileg. tit. 21. (p. 386. Schow.)
 — 154. V. L. l. 6. leg. gravius quod vulneri.
 — 156. l. 26. lege: unica restat ex.
 — 157. l. 14. Post merentur addas: cf. Heynii Opusc. acad. Vol. IV. p. 492. not. b.
 — 158. l. 14. leg. ne haec.

- p. 169. V. L. l. 5. post. testatur addas: cf. Fr. Eberh. Rambachii de Mileto Dissertat. ibid. nott. col. 2. lin. ult. Post defendam addas: Iuvabit egregiam Heynii dissertationem de vet. coloniar. iure eiusque causis comparasse. Opuscul. acad. Vol. I. p. 290—330.
- 179. l. 21. leg. quum famem. ibid. nott. col. I. l. 5. add. Sunt haec petita e Claudii Pollionis (memor. a Plin. Epp. VII, 31.) opere ἀπομνημονευμάτων Μουσωνίου ad exemplum Xenophonteum conccripto. Haec est Wytrenbachii sententia, quam exposuit in diss. de Musonio Rufo, philosopho stoico, Amstelæd. 1783. Fabric. Bibl. Gr. Voll. III. p. 566. Harles.
- 181. nott. col. 2. l. b. post Rhet. I. addas: cf. Heynii Opuscul. acad. Vol. IV. p. 424 sq.
- 182. col. 2. l. 5. post lanam addas: idoneum.
- 183. nott. col. 1. lin. antep. addas: cf. Schneideri additamenta ad Vloae commentarium de America meridion. et austral. germanice versum p. 377 sqq. ibid. col. 2. nott. lin. ult. dele marmora et repone: uniones (λίθοι ap. Graec. cf. D'Orville ad Chariton. p. 531. ed. Lips.) Horat. Odd. III, 24, 47. et seq. §. 7.
- 186. l. 9. loco decet lege: dicet.
- 189. V. L. l. 3. leg. Ratio, deleta interpunctione media.
- 203. nott. col. 2. l. 6. addas: cf. Heynii Opusc. acad. Vol. I. p. 133. not.
- 205. l. ult. leg. 794, quum.
- 206. l. 6. leg. auxilium pet.
- 207. nott. col. 2. lin. antep. post eaque addas: feverior.
- 233. l. ult. addas post corruptus: erat, usque ad Gronovium, qui eum persanasse videri potest: *forus* est tabula lusoria s. alveus: *provocatis* i. laceffitis, arcessitis, quaesitis. De re cf. Sueton. Calig. 24. Dio Cass. 59, 10, 11. In Albano, villa sua tesseriis ac alea lusit, aliasque huiusmodi occupationes provocavit i. quaesivit. In omnibus sequutus est Gronov. codd.: unum *ro'* et ante: huiusmodi induxit.
- 246. V. L. lin. ult. leg. omina.
- 254. nott. col. 2. l. 6. addas: inscripta, de Originibus tirocinii ap. Romanos. 1794. Vinar. Initiatos esse mysteriis Liberi, s. liberalibus, pueros eodem die, quo togam liberam sumerent, docet Vir ille Cel.
- 257. V. L. l. 11. leg. fit, non: fit.
- 259. nott. col. I. l. I. leg. vero, non: veto.
- 269. l. 13. leg. Gracchana vestigia, etc.
- 281. l. 4. leg. dominii, cf. ad de Const. Sap. 13. b. e Gronovii certa emendatione.
- 283. l. 2. leg. vetustate.
- 291. nott. col. 2. fin. addas: *Sed ne mater — valuisset* i. e. nec illa suffragationem atque auctoritatem suam adhibuisset pro filio, nisi et ipsa certa fuisset, eum hoc honore dignum esse.
- 320. l. 5. leg. exsilium. ib. l. 19. leg. ad arbitr.
- 337. nott. col. I. l. 7. leg. *νεύσῃ*.

- p. 345. nott. col. 1. l. 15 et 16. lege: Heliaca - constituta. ib. col. 2. l. 9. post exclusis addas: cf. Heynii Opusc. acad. IV. p. 76 sqq.
- 355. l. 3. lege: arserunt; pulcherrimum r. o. monumentum alius laudaverit etc. interpunctione murata. ibid. l. 8. comparaverant.
- 358. l. antep. suffixos iustitiâ: interpunctionem muravi, quum antea esset: suffixos: iustitiâ. Graves enim aliis esse coguntur nulla alia re, nisi iustitiâ.
- 369. nott. col. 2. l. 6. addas: cf. infra p. 518. not.
- 399. nott. col. 1. l. ult. addas: T. VIII. p. 237. Hurten.
- 401. nott. col. 2. l. 4. post referas claudatur parenthesis.
- 403. l. 7. leg. exiguo.
- 404. l. 11. demiserit, non: dimiserit.
- 405. l. 16. vaenalia.
- 415. l. 1. leg. hunc.
- 420. col. 2. nott. l. 10. dele: plura.
- 427. l. 10. leg. respondeo.
- 428. nott. col. 1. l. 3. leg. erat.
- 430. nott. col. 2. l. 4. leg. discessit Chalcidem. ib. l. 7. post bip. addas p. 102.
- 433. V. L. l. 3. scribatur: *ut*, ib. l. 5. post Clementia add. Plato librum Πολιτικός inscriptum,
- 445. l. 11. perniciem.
- 452. nott. col. 2. l. 2. post amicus addatur: Messala.
- 473. nott. col. 2. l. 7. post erant addatur: servi.
- 500. V. L. l. 4. leg. ap. non: ab.
- 510. V. L. l. 2. leg. restituit Gronov.
- 513. nott. col. 2. l. 6. post Delphos inferas: T. IX. p. 239. Hutt. Heynii Opusc. acad. Vol. III. p. 103. ibid. l. 11. in textu tollatur comma post agitatio.
- 514. nott. col. 1. l. 12. leg. ibiq. Bentley.
- 516. nott. col. 1. l. 6. leg. praeparabant.
- 532. nott. col. 2. l. 11. leg. qui ferrum sqq. exc.





ROTANOX

2014

